SVMMA SIVE EPITOME IVRIS FEVDORVM, AVCTORE IACOBO DE ARDIZONE

Veronenſi, nunc multò quàm antehac correctius in gratiam ſtudioſorum Iuris excuſa, & in capita iuxta materiæ cognationem diſtincta.

ADIECTO CAPITVM INDICE CONVENIENTISSIMO.



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

B. R. NEAPOLIS

COLONIAE

Apud Ioannem Birckmannum & Theodorum Baumium, Anno 1568.

CVM GRATIA ET PRIVIL. CÆS. MAIEST. AD DECENNIVM.

REVERENDO ET SPLENDIDÆ VETVSTÆQVE NOBILITATIS VIRO, AC DOmino Ioanni Schenckinck, Metropolitanæ eccleſiæ Monaſterienſis Decano, &c. Ioannes Hauickhorſtius Monaſterienſis

S. P. D.

CVM ius illud, Decane multis nominibus Reuerende, quod in diſceptandis dirimendisq; de beneficiario prædio exiſtentibus controuerſiis poſitum eſt, ad conſeruandam generis humani ſocietatem magnum adferre adiumentum conſtet, cumq; Hortenſium & Gagapiſtū diligentes quidem, & ſtudioſos viros, ſed parùm diligenter hac de re confectos nobis commentarios reliquiſſe perſpicuum ſit: his duabus Conſulti veteres perſuaſionibus, alij literarum Hortenſij & Gagapiſti monumentis interpretationis lumen addere, alij hanc eandem iuris Feudorum diſciplinam aliquanto quàm illi feciſſent, & breuius & diſtinctius proponere conati ſunt. Et quidem ex horum numero, qui in compendiariam quandam methodū hoc ius redigere voluerunt, hic noſter Ardizon eſt. Is enim nonnullorū veterū Iuriſprudentum ſententia, & perſonarū, & rerū, et factorum qualitates eas, quæ iuris varietatem commutationemq; afferunt, hac τῇ ἐπιτομῇ atque ſumma breuiter diſtinctèq;

perſecutus, ita vt nihil in ea ferè, quod ad cõpendiariam Iuris feudorum rationem attinet, à Conſultis deſiderari poſſe videatur: niſi quod tractatio & verborũ ſententiarumq́ veluti conformatio minus ad Rhetorum præcepta reſpondere exiſtimetur. Quod tametſi verũ ſit, (quis enim diffiteri audebit?) grauibus tamẽ multiſq́ de cauſis credo ego neq́ hunc, neq́ quenq́ veterum Iureconſultorum propter dictionem non ſatis elaboratã, ab homine iuris ſtudioſo penitùs negligẽdum eſſe. Nam vt huius æquè atq́ Hortenſij & Gagapiſti, quos primos Iuris feudorũ auctores laudamus ac retinemus, orationem exornatam eſſe ne dicã: illud manifeſtũ eſt, doctrinæ & eloquentiæ nomine celeberrimos quoſq́ & Philoſophos, & Oratores, & Poëtas non eos duntaxat qui propter exquiſitam ſermonis peritiã clari fuerunt, ſed etiam illos, qui res præclaras & inſignes parùm ornato genere orationis quoquo modo literis mandârunt, ſedulò diligenterq́ cognouiſſe. Quid enim grauiſsimus intelligendi dicendiq́ auctor & magiſter Plato, nũquid poſteaq̃ ſermonis Græcæ linguæ & perfectum & variũ & multiplex ſibi genus comparaſſet, externas & barbaras omninò linguas proptereà magno ſtudio percepit, vt Aegyptiorum doctrinam & myſteria cognoſceret? Quid parens ille Latinæ eloquentiæ Marcus Cicero, an non Pacuuij Lucilijq́ monumenta, vt orationem ſuam rebus & ſententijs augeret, lectitaſſe refertur? Quid Virgilius Latinorum Poëtarum longè princeps, nónne

*gemmas Ennij de ſtercore legiſſe traditur? Pro-
pterea nos quoq; cùm ex hoc, tum ex huic ſimilibus
iuris auctoribus cõtrouerſiarũ feudalium, ex æqui
& boni fontibus depromptas deciſiones, prudenter
animaduerſas, ad Reipub. vſum ac vtilitatem ac-
commodemus: neq; nos quicq̃ vulgaris et pro ratio-
ne temporum inculta oratio permoueat, quo minùs
rerum optimarum ex ijs cognitionem percipiamus.
Porrò verò quia nullum mihi dubium eſt, quin fe-
licius aliquãtò q̃ proximis ſuperioribus ſeculis, iam
annis aliquot in ludis literarũ inſtitutis adoleſcen-
tibus paulò difficilius ſit, ex obſoletis veterũ loquen
di formulis, & certas & veras ſententias cõplecti:
quare animum induxi Iuris feudorum Gulielmi
Hannetonij libros quatuor vnà cum ſcholijs noſtris,
vbi aliquantulum otij nactus ero, publicare, quòd
ijs libris vniuerſà hæc doctrina & diſpoſitè & diſer
tè pertractata eſſe videatur. Sed hac de re aliàs:
nunc ad Veronenſem reuertor, eumq; tibi, Reue-
rende Decane, etiam atq; etiam commendo, quo &
legas, & num verè de eo ſcripſerim, iudices: vt ſi tibi
qui & doctrina & rerum vſu, & auctoritate pluri-
mùm vales, minimè diſplicuiſſe videatur, cæ
teri nequaquam reprehendere au-
deant. Vale, Coloniæ è Scho-
lis artium, Anno
1562. No-
nis Iulij.*

CAPITA HVIVS SVMMÆ.

CAP. I.

Qvibus modis feudum acquiritur.
2 Quare conſuetudines feudorum ſcriptis comprehenſæ.
3 Quid ſit feudum ſiue beneficium.
4 Vnde dicatur beneficium ſiue feudum.
5 Cuius expenſis debeat ſeruire vaſallus, & in quo loco.
6 An domino abſenti cogatur ſeruire vaſallus.
7 Quot ſunt genera feudorum.
8 Qui poſſunt fedum dare, tam ex veteri quàm ex noua conſuetudine.
9 De inueſtituris prælatorum.
10 De inueſtituris Marchionum & aliorum.
11 Fœmina etiam dare poteſt in feudum.
12 Quando minor poteſt inueſtire.
13 De vaſallo vniuerſitatis, à quo debeat inueſtiri.
14 De pſonis & rebus quæ alienare & alienari nõ poſſunt.
15 Quando vaſallus feudum in feudum dare poteſt.
16 Si feudum detur in feudum, idq́; in fraudem, & quando fraus intelligatur.
17 Eodem pacto feudũ concedere quis debet quo habet.
18 Quando plus dimidia datum eſt pluribus, qualiter reuocetur.
19 An pretio feudum dari poſsit, & ſi pretium datum eſt, præſumitur fraus.
20 Quod verus dominus poteſt dare feudum pro pretio.
21 Si primus vaſallus decedat ſine hærede, vel refutet feudum, an ſecundus retineat feudum.
22 Nunquid datore ius ſuum recuperante, ius receptoris reintegretur.
23 Quis poſsit in feudum accipere
24 Quæ res poſſunt in feudum dari, & de feudo Cameræ & Caneuæ.
25 De eo cuius ſunt fructus quando decedit vaſallus.
26 Finitur morte domini.
27 Res mobilis datur in feudum.
28 An partus ancillæ datæ in feudũ ſit domini vel vaſalli.

29 De

29 De ſoldata.

30 De eo quod datur nomine gaſtaldiæ vel guar.

31 Vtrum decima poſsit dari in feudum,& à quibus.

32 Vtrum res communes poſsint dari in feudum ſicut res propriæ:

33 Vtrum illæ res,quæ poſſunt dari in feudum, poſsint dari ad certum ſeruitium,& indeterminatè.

34 Quando datur feudum ad ſeruitium equi.

35 Vtrum ſub pacto legis commiſſoriæ licitum ſit feudũ dare.

36 Quibus modis feudum acquiratur.

37 Vtrum vaſallus ex ſacramento aſtringatur ſi dominus rem non tradiderit.

38 Si dominus duos ſeparatim inueſtierit, & primo non tradiderit,ſed ſecundo,vter in feudo ſit potior.

39 Vtrum ex ſola inueſtitura ſeu porrectione baculi poſſeſsio vel ius in re feud.acquiratur.

40 Vtrum iuriſdictio,vel ius decimationis, vel aliæ res incorporales ſine poſſeſsione dari poſsint in feudum,cùm non poſsideantur.

41 Vtrum dominus neceſſariò debeat rem tradere vaſallo,& an liberetur præſtando intereſſe.

42 Intra quantum tempus debeat peti inueſtitura.

43 Quibus ex cauſis excuſetur vaſallus,ſi intra tempus inueſtituram non petat.

44 Vtrum præſcriptio anni & diei currat minori maiori annorum xiij.

45 Quando currat annus vaſallo ad petendũ inueſtiturã.

46 Vtrum idem ſit in agnato cui defertur,& qui, antequã agnoſcat,feudum repudiat, vel moritur.

47 Vtrum frater inueſtitus de parte ſua,mortuo fratre ſuo habeat neceſſe petere inueſtituram pro parte fratris ſui mortui.

48 Quod commodum habeat vaſal. per inueſtituram.

49 Aliquando ex inueſtitura nihil cõmodi conſequitur.

50 Vtrum inueſtitura poſsit dari & accipi per nuncium & procuratorem.

51 Per quos inueſtitura feudi noui probari debet.

52 Quid dicatur inueſtitura.
53 Quibus modis acquiratur feudum.
54 Vtrum præſcriptione acquiratur feudum.
55 Quibus modis feudum amittatur.
56 Amittit, ſi fratrem propriũ, vel filium fratris occiderit.
57 Vtrum ſi vaſallus occidat conuaſallum, feudũ amittat.
58 Si vaſallus vaſalli, dominum antiquiorem offenderit.
59 Si filius vaſalli, domini dominum offenderit, vaſallo mortuo, filius feudum amittit.
60 Si filius repellatur, an nepos ex eo admitti poſsit?
61 Vtrum vaſallus teneatur dominum egenum alere.
62 Vtrum, ſi dominus habuerit prælium campeſtre non mortuus, neque ad mortem vulneratus, & vaſallus eum in prælio dimiſerit, amittat feudum?
63 Vtrum vaſallus alicuius vniuerſitatis, vel collegij, ſeu corporis teneatur adiuuare aliquem ſingularem hominem, de vniuerſitate, vel Rectorem, an ſolùm ipſam vniuerſitatem.
64 Si vaſallus eſt plurium dominorum, vtrum omnes teneatur adiuuare, & ſi non adiuuat, amittat feudum.
65 Vaſallus non cogitur adiuuare dominum, niſi iuſtum bellum moueat.
66 Vtrum vaſallus ſolùm teneatur adiuuare dominum, & an de facto ſuo, an de alieno, videlicet amicorum domini pupillorumq; & adultorum.
67 Vtrum ſufficiat vaſallo, ſi paratus eſt ſeruire domino, quando ei denuntiatur, licèt non offerat ſeruitium.
68 Quibus cauſis vaſallus debet ſeruire & offerre ſeruitiũ domino, quamuis ei non ſit denuntiatum.
69 Quibus ex cauſis excuſetur vaſallus à ſeruitijs præſtandis domino ſuo.
70 Vtrum vaſallus dominum excommunicatum cogatur adiuuare.
71 Vtrum vaſallus teneatur obedire domino, vt contra ipſum ſeruiat.
72 Vtrum vaſallus vel hæres vaſalli feudum amittat, ſi ab hærede domini non petierit inueſtituram intra annum & diem, & ex quibus cauſis excuſetur.

73 Quid ſi duo contendant de hæreditate domini, an vaſallus ab vtroque petere debeat inueſtituram.
74 Quid ſi vaſallus cauſſam amiſsionis commiſit & dominus inueſtiuit de ſuo recto feudo, nunquid agi poſsit contra vaſallum per dominum.
75 Si vaſallus nolit iurare quando dominus velit inueſtituram præſtare, vtrum feudum amittat.
76 Si dominus fecerit vaſallum citari per tres vices, & non venerit, an amittat feudum?
77 Vtrum vaſallus feudum amittat, ſi non vult dare, & in ſcriptis conſignare fundum, & poſſeſsionem feudi domino.
78 Quid ſi dubitetur quid & quantum ſit, feudum ſed certum eſt ipſum eſſe vaſallum & alium eſſe dominum, nunquid præſumetur totum eſſe feudum?
79 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi delator fuerit domini ſui.
80 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi cum inimicis domini contra ſe conſpirauerit, vel ſuam amicitiã cum ſuis inimicis copulauerit.
81 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi contra dominũ accuſatum teſtimonium dixerit, vel eum accuſauerit, vel alijs ex cauſis hîc appoſitis.
82 Vtrum vaſallus feudum amittat, ſi dominum adulterauerit.
83 Vtrum vaſallus præſtare debeat illam reuerentiam domino mortuo, quam præſtare debet eo viuo.
84 Vtrum idem ſit in mare domini quod iũ vxore eius.
85 Vtrum conatus habeatur pro delicto conſummato.
86 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi turpiter cum vxore domini luſerit.
87 Vtrum idem ſit in concubina, quod in vxore domini.
88 Vtrum idem ſit in ſponſa quod in vxore domini.
89 Quid ſi vaſallus fecerit cum voluntate earum, an feudo priuetur?
90 Quod dictũ eſt de vxore, idem de filia domini virgine.
91 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi credentiam ſibi iniunctam, ad damnum domini manifeſtauerit.

92 Si

92 Si vaſallus refutauerit feudum domino, vtrum prçiudicet agnatis viuente vaſallo & eius filijs.
93 Vtrum dominus poſsit liberare vaſallum à vaſallitico, eo inuito.
94 Quibus cauſis feudum amittat vaſallus.
95 Vaſallus amittit feudum, ſi non fecerit id, pro quo datum eſt feudum.
96 Vtrum vaſallus poſsit ſeruire per alium.
97 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi clericus vel conuerſus habitum religionis aſſumpſerit.
98 Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi totum, ſiue partem alienauerit.
99 Alienatio intelligitur per quam dominium träsfertur.
100 An cuilibet ignorantiam alleganti credatur.
101 Vtrum vaſallus qui alienauit, amittat feudum ſi recuperet poſteà.
102 Vtrum conſenſus operetur indiſtinctè, ſiue præcedat alienationem ſiue ſequatur.
103 Nunquid ſufficiat conſenſus maioris, licet conſenſus primi. ſ. proximioris non interueniat.
104 Si ſecundus vaſallus facit contra naturam feudi, vt feudum amittat, feudum ad antiquiorem dominum debet reuerti.
105 Quid ſi plures hæredes domini fuerint, qui non conſenſerunt, ſed vnus vult reuocare & alter non?
106 Vtrum conſenſus agnatorum, ad quos ſpectat feudũ, in alienatione interuenire deceat.
107 Vtrum putentur agnati conſentire, ſi taceat per annũ.
108 Vtrum agnatus faciens pactum, quòd non petet ab eo nec ab eius hæredibus, & ab eo cui dederit, ſi vaſallus poſsidens decedat ſine liberis, ſuccedat.
109 Vtrum vaſallus poſsit transferre feudum in agnatos domini ſine conſenſu domini.
110 Vtrum vaſallus poſsit alienare feudum ſine conſenſu domini, ſi habet per pactum à domino.
111 Vtrum vaſallus poſsit vendere feudum ſuo conuaſallo ſine conſenſu domini, an agnato.
112 Vtrum vaſallus poſsit vendere ius percipiendi fructus impu-

impunè ſine conſenſu domini.
113 Vtrũ vaſallus poſsit vſum fructũ, vel vſum conſtituere.
114 Vtrum vaſallus coactus à iudice vt vendat, feudum amittat.
115 Vtrum ex neceſsitate etiam debiti poſsit vaſallus vendere feudum.
116 Vtrum etiam pignoris obligatio in feudo prohibeatur.
117 Vtrum pignus iudiciale contrahi poſsit de feudo vel etiam in cauſſa iudicati capi.
118 Vtrum conceſsione ſeruitutis vaſallus feudum amittat.
119 Vtrum per contractum emphyteuticum vaſallus feudum amittat.
120 Vtrũ vaſallus locare poſsit feudũ ſine cõſenſu domini.
121 Vtrum ſi vaſallus locauit in perpetuum vel ad tempus, vel ad libellum dederit ad triginta annos ad renouandum, & decedat ſine filijs maſculis, & ad agnatos vel dominos redeat: conductor vel libellarius poterit retinere inuitis domino & agnatis, & ab eisdem recognoſcere.
122 Vtrum, ſi vaſallus patitur vſucapionem procedere & compleri, amittat feudum.
123 Vtrum vaſallus omittendo tantùm poſſeſsionem amittat feudum.
124 Vtrum vaſallus poſsit iudicare pro anima.
125 Vtrum vaſallus vni ex filijs poſsit feudum aſsignare.
126 Vtrum vaſallus poſsit feudum legare.
127 Vtrum vaſallus poſsit feudum donare in viuos.
128 Vtrum intelligatur de omni donatione.
129 Vtrum vaſallus poſsit precario feudum dare.
130 Vtrum vaſallus poſsit feudum dare in dotem, pro filia ſua.
131 Vtrum vaſallus poſsit feudum permutare.
132 Vtrum in feudo prohibeatur diuiſio.
133 Vtrum feudum poſsit diuidi.
134 Vtrũ vaſallus prohibeatur litis æſtimationem ſuſcipere.
135 Vtrum prohibeatur feudum compenſare.
136 Quæ ſit natura feudi.

137 DE SVCCESSIONE FEVDI.

ſub qua Rubrica annotantur triginta quæſtiones infrà ſcriptæ.

Prima,qui ſuccedere debent mortuo vaſallo.
Secunda,an ſucceſsio fiat in ſtirpes vel in capita.
Tertia,an ſuccedant tam fœminæ quàm maſculi.
Quarta,an filius emancipatus ſuccedat in feudum.
Quinta,an filius exhæredatus.
Sexta,an filij naturales ſuccedere poſsint.
Septima,an filij adoptiui ſuccedere poſsint.
Octaua,an filij ſeu nepotes poſsint ſuccedere in feudo,patre mortuo,qui commiſit culpam propter quam amiſerat feudum.
Nona,an collaterales ſuccedere poſsint.
Decima,an aſcendentes ex latere poſsint ſuccedere.
Vndecima,an cognati.
Duodecima,an maritus poſsit ſuccedere vxori.
Decimatertia,an filijs repudiantibus & habere nolentibus nec in feudum nec hæreditatem frater ſuccedat.
Decimaquarta,an ſub appellatione fratris contineatur ſoror.
Decimaquinta,an filius extractus de ventre matris,ſuccedat
Decimaſexta,an hermophroditus ſuccedere debeat.
Decimaſeptima,an clericus.
Decimaoctaua,an mutus,vel alius imperfectus poſsit ſuccedere.
Decimanona,an valeat datio in feudum,in ſeruum à domino ſciente eum ſeruum.
Vigeſima,ſeruo mortuo quis ſuccedere debeat.
Vigeſimaprima,nunquid quis repudiando hæreditati poſsit retinere feudum?
Vigeſimaſecunda,vtrum, ſi Titius conceſsit Mæuio aliquid in feudum,& Meuius conceſsit Seio,& Seius ſucceſſit Titio:ipſe Titius poſsit à Mæuio petere fidelitatẽ.
Vigeſimatertia,ſi habens feudum ea conditione vt contra omnem hominem præſtet auxilium, & hoc iurauit: filium emancipauerit,qui poſt emancipationem, feudum ſibi nouum acquiſiuit,& domino contra omnẽ homi-

hominem iurauit,& eo mortuo vult eidem ſuccedere in feudum,quæritur an teneatur iurare domino,quondam patris fidelitatem,contra omnem hominem,excepto domino ſuo:& ſi nolit,an poſsit à feudo repelli,& an ſufficiat,ſi iurat contra omnem hominem excepto domino ſuo.

Vigeſimaquarta,an omnes filij vaſalli teneantur iurare fidelitatem.

Vigeſimaquinta,an,ſi dominus decedat relictis pluribus hæredibus,poſsit aſsignare feudum vni ſoli inſolidum.

Vigeſimaſexta,an vaſallus teneatur iurare fidelitatem omnibus hæredibus à domino relictis,an verò vni ſoli.

Vigeſimaſeptima,an vaſallus teneat cuilibet hæredi ad ſeruitium inſolidum.

Vigeſimaoctaua,an filij domini ſuccedant domino in vaſallitico,ſiue ſint hæredes ſiue non.

Vigeſimanona,an feudum datum alicui coram paribus ſine inueſtitura:putà dominus dixit corã paribus,vade in poſſeſsionem tam feudi,vel feudum quod præſcriptum eſt tranſeat ad hæredes,

Trigeſima,an imperator tranſmittere poſsit imperium ad hæredes.

138 DE CONTENTIONE FEVDI, ſub qua Rubrica annotantur duæ quæſtiones infrà ſcriptæ.

Prima,qui & poſsint & debeant iudicare,& quorũ ſit cognitio.

Secunda,qualiter in cauſſa debeat procedi & qualiter terminari.

139 Qualiter vſus beneficij ſit tenendus.

140 Qualiter iudicium feudi ſit examinandum.

141 De feudi cognitione.

QVI DEBENT IVRARE FIdelitatem,& qui non,& contra quos debeat iurari,& qui intelligantur excepti à fidelitate,vel ſacramento iurantis:& qualiter & qua forma debeant iurare,& quibus dominis ex poſt facto non teneantur adiuuare ex ſacramento,ſub qua Rubrica annotantur ſex quæſtiones infrà ſcriptæ.

142 Prima, quomodo vaſallus fidelitatem iurare debeat.
Secunda, qui non.
Tertia, contra quos debeat iurare, & contra quos non.
Quarta, qui intelligantur excepti à fidelitate, vel ſacramentò iurantis.
Quinta, qualiter & qua forma debeat iurare.
Sexta, quibus dominis ex poſtfacto non teneatur adiuuare ex ſacramento.
143 Quid ſit nouum feudum, & päternum & vetus, & quæ ſit intereà ſimilitudo & differentia.
144 In quibus caſibus feudum amittatur.
145 De interpellatione feudi.
146 De conſuetudinibus regni.
147 Qui de conſuetudine regni in feudo ſuccedant,
148 Capitula quædam extraordinaria huius doctrinæ feudorum.
150 De feudis & beneficijs conſtitutiones impe.
151. De forma & ſacramento fidelitatis.
152 DE PACE TENENDA & componenda, ſub qua Rubrica annotantur nouem quæſtiones infrà ſcriptæ.
Prima, vnde nomen pacis deſcendat.
Secunda, ad quos ſpectat pacem tueri.
Tertia, quid per pacem & diſcordias contingat.
Quarta, quæ priuilegia contingant amore pacis.
Quinta, qui debeant iurare pacem.
Sexta, qualiter puniantur pacis violatores.
Septima, qui excuſantur à pœna.
Octaua, quid ſit præſtandum quod emendationis cauſſa præſtatur.
Nona, de treuga & de eius pœna, & quo tempore imponatur.
153 DE POENIS INFERENDIS ob culpam extra hanc ſummam notandis, ſub qua Rubrica annotantur nouem quæſtiones infrà ſcriptæ.

Prima,

HVIVS SVMMAE.

Prima, quibus caſibus amittat quis manum.
Secunda, quibus caſibus pedem.
Tertia, quibus oculum vel oculos.
Quarta, in quibus nares præcidantur.
Quinta, in quibus verberetur.
Sexta, in quibus tondatur.
Septima, in quibus comburatur.
Octaua, in qnibus ſuſpendatur.
Nona, in quibus caſibus quis bulletur vel ſignum inferatur.

FINIS INDICIS CAP.

SVMMA FEVDORVM IACOBO DE ARDIZONE VERONENSI IVRECONſulto clariſſimo Auctore, nunc multò correctius êdita quàm vnquam anteà.

CAPVT I.

Quibus modis feudum acquiritur.

PRINCIPIVM Deus, medium, atq; finis: ſimile in Aute. de priui. dot. hæret. mulie. nō præſtan. in prin. Cùm Bononiæ ferè amore legalis ſcientiæ diſcendæ exulaſſem, & perſonā ibidē exinaniuiſſe, quod ſæpè ſcholares facere cōtingit, (vt in de priui. ſcho. Aute. habita ſuper hoc in prin.) quam ſolam noſtro tempore uiuendi rationem optimā eſſe putaui, (ſimile ff. de fideicō. libert. l. apud Iul.) cùm nunquàm decipiatur qui frequenter legerit (in Aute. quō. opor. mo. viuere. §. domini, vel ſi nulla in fi.) & mens fruſtrà vacās nihil bonorum parit (vt in p̄dicto ti. §. oportet enim) audiens ius ciuile à domino Azone iuris profeſſore, legalis ſcientiæ moribus & facundia undique perito, alioſq; præcellēti, prout facere debui & feci (vt C. de profeſ. & medic. l. magiſtros) ac poſt eius mortē (cuius

animæ propicietur altiſsimus) à domino Vgolino presbytero,qui meritò ſacerdos appellatur, vt ff. de iuſti.& iur.l.j.j.reſp.viro ingenij acutiſsimi, colligensq́; argumenta ſubtiliſsima & vtilia ad quæſtiones feudorum pertinentia ab eiſdem collectis hincinde argumentis:viſum fuit vtile mihi Iacobo domino de Ardizone de Broilo,à quo originem ſumpſi,vt C.de munici. & origi. l. filios, ff.ad munici.l.aſſumptio, §.filius ciuitatem,ad cuius commemorationem & honorem ſignum Ar. gloſulis meis & ſummulis appoſui(ad hoc enim me êdidit,vt memoriam ſibi in æuum reſeruarem, vt ff. de verbo.ſig. l.liberorum in fi. cuius perſona mihi ſemper honeſta ac ſancta debet apparere, vt ff.de obſequijs à liberis & libertis præ.l.liberto.cui tam mortuo quàm viuo debet honor exhiberi, vt arg. ff. de excep.doli, l. apud,§.aduerſus,in fi. C.de p̃po. ſac.cubi.l.pen. j.reſpon.qui etiam originem duxit patriæ Veronenſis, quæ Ibernius vocatur, vt in ti. qualiter vſus bene.ſit te.c.ſi quis ex militum ordine.in qua etiam Oto filius Otonis regis,& Corradus rex Burgundiæ cum omnib. Italiæ proceribus colloquium habuêre,vt Lombar.qualiter quis ſe defen.de.l.antiquis:origo enim auctoris nominãda eſt,& per eum nobilitanda,vt ar.ff.de cenſi.l. j.j. reſpon.)repetere viſum fuit mihi vtile,ſummulam quandam ſuper feudorum genera ad noſtri vtilitatem cõmemorationemq́; meliorem componere, & ad quæſtiones & ad alias conſtitutiones imperiales ad

les ad feudum pertinẽtes, aliaq́; capitula feudorũ, habẽtia vel nõ habentia iuris ciuilis argumẽta ſeu adminicula, introducere, & his deficiẽtibus, quæſtiones iure Lõgobardo vel iure Romano decidere: quia ſtudioſus quilibet, vbi caſus emergit qui conſuetudine feudorũ nõ ſit comprehẽſus, abſq; calũnia vti poteſt lege ſcripta, vt in ti. explicit. lib. pri. c. j. Nam & quædam iura moribus ſunt introducta & nõ legibus, vt ff. de ritu nup. l. libertinus, ff. de do inter vi. & vxo. l. j. nam & Py. dicit quòd primò conſiderãda eſt cõſuetudo, quæ adeò vim ſuã extẽdit, vt leges vincat aut mores, vt in tit. explicit. lib. prim. §. in iudicio in. e. j. reſpõn. & in de pace conſtan. §. vaſalli qui tẽpore. §. & ſi qua cõtrouerſia. et in. de. feu. & bene. in ſtatutis, C. de fictis & feudis. & in vaſalli qui tempore guerræ. in prin. §. j. in. ti. de cap. extraor. §. beneficium intelligitur de veteri. ad idem facit quod no. in. e. ſumma. §. in feudũ dare poſſunt, licet aliàs ſit contrarium, C. de lon. cõſue. l. ij. in Lõbarda, qualiter iudi. iũ debe. l. placuit, ff. de vſur. l. j. in prin. quæ cõſuetudo ſit æqua & nõ iniqua: quia mala muẽta malaq́; cõſuetudines nõ confirmãtur etiam lõgo tempore, vt in Aute. vt nulli. iu. §. j. C. de curioſis et ſtatio. l. j. li. xij. propter tamẽ cõſuetudinẽ Longobardorum, legem impiã vetare nõ poſſumus, vt in Lõbar. de to. li. ho. l. recolimus in fi. Secundò procedendũ eſt de ſimilibus ad ſimilia, arg. ff. de legi. & conſti. l. non poſſunt. ff. de contrahen. emp: l. ſi in emptione: §. vlti-

Tertio loco decurrendum eſt ad leges, ſi ſuprà ſcripta deficiant, & ita intelligit Py. in ti. explicit. cre. lib. primus. §. in iudicio. Et ſi hæc omnia deficiant, ad argumenta eſt procedendũ: nam & argumẽtis ſæpè cognoſcitur & examinatur, vt ff. de re mili. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de quæſti. l. j. §. idem Cornelio. ff. ad Trebel. l. qui filium. §. ulti. Verùm quia per tẽpora hucuſque præſenti operi, prout mihi uidebatur vtilius, adieci atq; detraxi (quia qui veritatẽ cauſſarum conuincit, ſi ueritatem examinet, non facilè culpatur, vt in Aute. vt defun. ſeu. fu. eorum. in prin. & omne artificium recipit incrementum, vt ff. de le. ij. l. legatis ſeruis. §. ornatricibus, & natura ſemper multis nouitatibus vtitur: vt in Aute. de conſan. in prin.) tandem deſtructibili tẽpore olim glorioſæ ciuitatis Veronenſis & ſeditionis intrinſecæ alijs ſollicitudinib. deſtitutus, hoc opuſculum, prout dominus Deus ſcientiam mihi miniſtrauit, expleui, rogans quẽlibet legentem attentius, vt ſi quid non ritè vel imperitè compoſitum inuenerit, cautè me excuſet, Caſsium ſequendo, qui benè ſententiam Sabini excuſauit, vt ff. de arbi. l. qualem. §. vlti. Nam omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare potiùs eſt diuinitatis, quam humanitatis: & quia non omnes in omnia, ſed certi per certa quidam meliores & quidã deteriores inueniũtur (vt C. de vete. iur. enuc. l. j. §. ergo iubemus, & §. omnibus auctoribus. & l. ij. §. ſi quid autem) in tãta. Nec enim minore ueritatem

inueſti-

inueſtigante vlla maiori irrogatur iniuria, vt C. de offi. recto. prouin. l. potioris. vel etiam à ſententia alicuius appellando: cùm & quandoq; iudex appellatus in deterius proferat ſententiam, vt C. de appel. l. in maiorib. ff. de ap. l. j. j. reſponſo.

CAPVT II.

Quare conſuetudines feudorum ſcriptis comprehenſæ.

V*Nde tractaturi de feudis, videamus primò quare cõſuetudines feudorũ fuerint in ſcriptis redactæ, & poſtea conſequenter videndum eſt quibus modis feudum acquiratur. In ſcriptis autem cõſuetudines feudorum redactæ fuerunt, quia controuerſiarum quædã decidebantur iure Romano, quæ in ſcriptis erãt redactæ tam in C. quàm in Pandect. vt in libro Elementorum ſeu Autenthicorum: quædam iure Longobardorum, quæ per Longobardam determinantur: quædam. ſ. feudorum ſola conſuetudine, quæ in ſcriptis non erant redactæ. Vnde neceſſarium & vtile fuit de his controuerſijs ſcribere, vel in ſcriptis redigere (vt in ti. explicit. liber primus. j. reſpõ.) non ea ratione quòd aliter non valerent (quia etſi manſiſſent in cõſuetudine, tamẽ uim legũ obtinerent, vt in inſti. de iure naturali. §. ex non ſcripto. ff. de legi. & conſti. l. de quibus in fi. & l. ſi de interpretatione, & maximæ etiã eſſent auctoritatis, cùm eſſet comprobatum iudicium feudi conſuetudine, & non eſſet*

 neceſ-

neceſſe in ſcriptis comprehendere, vt.ff. de. le.& ſena.l.minimè:maximè vbi non denegatur expreſſum, vt ff.ad muni.l.magiſtratus,nam à forma obſeruata non eſt diſcedendum in futurum,vt in prædicto ti. l.conſtitutionibus in fi. tollerabile enim eſt quod vetus conſuetudo comprobat,vt ff. de pollici.l. imperator in fi.)ſed ideo in ſcriptis ſunt redacta, quia melius in memoriam commendantur,vt arg.ff.de pig.l. contrahere; ff. de fid. inſtru. l.iure. hypo. Iure enim Romano nihil de vaſallo vel de feudo poteſt reperiri, excepto quod de clientulo reperitur,qui pro domeſtica perſona reputatur, qui fortè nunc nuncupatur vaſallus, vt ff. de vſu & ha.l.iij. & de his qui deie.vel effu. l.ſi verò.§.j. ff.de penu.leg.l.iij.§.ij.ff.de fur.ſi libertus,ff.de cap. & poſtli.re.l. non dubito. vel quod puto verius,clientes ſunt liberi homines, quibus nec minus quàm ſeruis vtimur:puta liberi homines coloni aſſcriptitij, qui licèt ſint ingenui,tamen in eis vtimur poteſtate dominica & patronatus, vt C. de colo. Thracenſi.l. j. libro. xi.vel ſunt homines capti ab hoſtibus,& à nobis poſtea redempti:nam liberi homines ſunt, & non minus eis vtimur quàm ſeruis, donec precium redemptionis nobis reddatur: & hoc poteſt conijci in prædictis legibus, & in inſti. de vſu& habita.§. item his qui medium.ff.qui teſta.facere poſſunt. l. qui teſtamenta,primo reſpon.ff. de cap. & poſtli.reuer.l. vlt. nam & redimens vinculum pignoris,eum videtur

detur habere, vt ff. de lega.j. l.ſenatus, §. vlti ff. qui teſtamentum facere poſſunt. l.qui teſtamento. primo reſpon. vel ſunt homines quibus vtimur in miniſterio vel in adminiſtratione cauponæ vel tabernæ, vt arg. C. ad legem Iuliam de adulte. l.quæ adulterium. At libertis non vtimur, nec vti debemus vice ſeruorum, vt ff. de alimen. & cibar. le. l. Caio in ſi. Fit etiam mentio militiæ, quæ publica exiſtit, habens quæſtum ex imperiali munificentia, & vendi poteſt & obligari, ad hæredes vel filios etiam non hæredes tranſmitti, & confertur fratribus, & in legitimam imputatur id, vnde empta eſt, niſi ſint beneficia ſilentiariorum, vt in Autent. de exhiben. & introdu. §. optimum in Auten. de æquali. dot. §. quia verò, C. de inofficioſo teſtamen. l. omnimodo. §. vltimo, C. pigno. l. vlti. C. de ſilentiarijs. vltim. C. de proximis ſac. ſcrini. l. ſi quis in ſacris, C. qui militare non poſ. l. eis. §. ſcituris, ff. de actio. emp. l. creditor. §. ſi inter uenditorem. ff. de lega. ij. l. Lucius, ff. de alim. & cibarijs lega. l. libertis quos. §. ab hæredibus Stichum. Item legari poteſt, & tunc æſtimatio videtur legata, maximè cum legatur ei, qui militare non poteſt, vt ff. de lega. ij. l. mortuo bo ue. §. j. ff. de lega. iij. l. x. alias fideicommiſſa. §. ſi ſeruo. Et qui militiam emere debet, præſtare etiam debet quod pro introitu datur, vt ff. de leg. iij. l. penul. §. vltimo, et in prædicto titu. de proxi. ſac. ſcri l.

A iiij ſiquis

ſi quis in ſacris.& l.vnicuiq;.§.illud tamen, & in Autē.vt iudices ſine quoquo ſuffragio.§.hæc omnia,& equites Romani ſecundum gradum poſt clariſsimatus dignitatem obtinent, vt C. de equeſt. digni.l.j.l.xij.

Conſequenter videndum eſt quibus modis feudum acquiratur,tanquam de digniori & vetuſtiori. Nam prius acquiſitum quàm amiſſum fuit,argu.in proœmio digeſtorū in fine,& in inſtit.de rerū diuiſione.§.ſingulorum.argu.ff.de edicto ſucceſſorio.l.j.§.decretalis. in Aute.de nup.§.ſi verò ab initio.ff.de iniu.rupto teſtamento.l.nam ſi ſub condi. ff.de ædili.edicto.l.bouē.§.penulti.ff.quibus ex cauſſis maio.l.nec nō vtilem. Verùm quia ſciri non poteſt,niſi primò quædam præmittantur & intelligātur,de eis meritò prius videndum eſt.

Et primò quid ſit feudum.

Secundò vnde dicatur.

Tertiò quot ſint genera feudorum.

Quartò qui poſsint in feudum dare tam ex veteri quàm ex noua conſuetudine.

Quintò qui accipere.

Sextò quæ res poſsint dari, quæ accipi.

Septimò poſtea videbimus quibus modis feudum acquiratur.

CAP-

CAPVT. III.

Quid ſit feudum ſeu beneficium.

FEudum ſeu beneficium, eſt beneuola actio tribuens gaudium capientibus, capienſq́; tribuendo, & in id quod facit prona & ſponte ſua parata, vt inf. quibus cau. feudũ amit. j. reſpon. à deſcriptione Senecæ tractum. Nam quod in neceſſitate eſt, beneficium non appellatur, vt argu. ff. de lega. ij. l. vnum ex familia. §. j. nec ineſſe dicitur liberalitas, vt ff. de adimen. lega. l. rem legatam in fi, cùm priuilegiũ quis conſequatur cùm volens facit nõ cùm coactus, vt argu. C. de præpo. ſacri cubiculi. l. iubemus. §. hæc omnia, nec beneficium dicitur ab aliquo conſequi, immò nihil commodi, cùm ab eo inuito poſſet extorquere, vt ff. de hæredibus inſtituẽdis. l. ſi ſeruo fideicõmiſſa. ff. de ritu nuptiarũ. l. proxi. cũ neceſſitas nõ habeat legẽ, ſed ipſa legẽ ſibi facit, vt in decreta. j. q. j. c. remiſſione. §. j. & xxxiiij. q. j. c. j. extra de reg. iur. c. quod non eſt: et qui migrat de ciuitate ad ciuitatem cauſſa neceſſitatis, non mutat ciuitatem, ſed potius mutatur, vt in decr. ij. q. j. c. ſcias frater. Et de hac neceſſitate faciunt argumẽta, quæ notantur in ſumma. inf. tit. pxi. §. ſed quæri poteſt ſi coactus. & inf. de pace tenen. §. excuſantur hi: vbi dicitur quod vbi quis aliquid facit propter neceſſitatẽ, quod eſt impunitũ. Ideo autem ponitur in deſcriptione tribuens gaudium capientibus, quia eius gratia datur feudum vt

vſumfructum habeat & commoditatem & vtilitatem. Capiesq; tribuendo. Quod ideo dicit, quia propter commodum debet tribuere domino ſeruitium impoſitum, vt in prædicto tit. in fi. primi. reſponſi: operas enim præbet beneficij loco, vt argu. ff. ſi menſor fal. modum di. l j. primo reſponſo, quia ſpes lucri debet eſſe domino, ex ſuo in vaſallum largiri, & eum beneficio debitorem ſibi acquirere, vt argu. ff. de furtis, l. ſi pignore, §. j. & intereſt domini vaſallos beneficio affici, vt argu. ff. de ſeruis exportan. l. ſeruus ea. lege in fi. & per eum in ſempiternum recordari, vt in de priuileg. arc. §. iuſti & §. vlt. argu. ff. de verborum ſignifica. l. liberorum in fi. & beneficio oportet dominum iuuari & non decipi, vt ff. commo. l. in commodato, §. ſicut in fi. Ei enim qui obſequia & commoda affert, beneficia ſunt munienda & augenda, vt C. de primicereo & ſecundocereo. l. ij. libro. xij. ei verò qui obſequia negligit, ſunt auferenda beneficia, cùm non dignus ſit ea retinere, vt C. de reuocandis donationibus, l. j. Et ipſe etiam prætor non vult beneficium ſuum alicui eſſe captioſum, vt ff. de prætorijs ſtipulationibus. l. Paulus notat, primo reſponſo: vnde etiam ipſo inſtinctu naturæ debet vaſallus ſeruire, arg ff. de condi. indebi. l. ſi non ſortem. §. libertus, cum naturaliter ſit obligatus ad antidora, & ad heunuchia. argument. ff. de petitione hæreditatis ſed & ſi lege. §. conſuluit. in Lombar. de donat. quæ conting. §. ſi quis. Vel feudum eſt illud

benefici-

beneficium, quod ex beneuolentia traditur alicui, vt proprietate eius rei quidem immobilis beneficiariæ penes dantem remanente, vſusfructus eius rei ita ad accipientem tranſeat, vt ad eum hæredesq; ſuos maſculos & fœminas, ſi de eis nominatim dictum fuerit, in perpetuum pertineat, vt ipſe & eius hæredes fideliter domino ſeruiant, ſiue ſeruitiũ nominatim fuerit dictum, ſiue indeterminatè promiſſum, vt inf. quibus cauſſis feu. amit. §. huius, Auten. Nam & datur beneficium amore & honore, & non pecunia, in tit. qualiter iud. feu. ſit, ex. c. ſi quis obligauerit, & de hoc notatur plenius in c. ſumma, & . §. & verſi. & vtriuſq; gratia datur. ſ. do. & vaſal. vt in tit. qualiter in. feu. ſit, ex. §. ſi quis obligauerit. ſic fideiuſſor et pignus, vt in inſti. quibus modis re contrahi. obli. in fi. & in inſti. de fideiuſſo. j. re. Feudum verò paternum vel hæreditarium aliter deſcribitur, vt dicatur: Feudum paternum eſt, quod fuit eius parentis agnationis, vt in qualiter in. debeat vaſ. §. ad filias. vel feudum paternum eſt, quod acquiſitum eſt à quocunque ſuperiore patre, auo, proauo, vſq; in infinitum, vt in qui debent ſucce. in feu. j. reſponſo, & de lege Cõra. §. ſimiliter paternum non dicitur beneficium, ſed potius iniuria, ſi non petat, vt argu. ff. de aqua quo. & æſti. l. j. §. pen. in fi. ꝙ autem feudum dicatur nouũ, dic prout notaui in ſumma, id eſt, nouum non paternum.

CAP-

CAPVT IIII.

Vnde dicatur beneficiũ ſiue feudum.

DIcitur autem beneficium eò quòd beat, hoc eſt, beatos accipientes faciat: nam beare eſt prodeſſe, vt ff. de verborum ſignificationibus. l. bonorum. la. j. Illa verò quæ non beant, quia plus incommodi habent quàm commodi, non dicũtur bona. vt ff. de verbo. ſigni. l. propriè bona. & , vt ait Boëtius in ſecundo libro, in quinta proſa, nego illud eſſe bonũ quod nocet habenti. Nam & quædã ſunt q̃ expedit potiùs nõ habere q̃ habere, vt C. de dona. l. ſi quis argentum. §. ſimiliq́. ff. de ſeruo cor. l. vt tantũ. §. æſtimatio. & rem alicui concedere ad vſum dicitur, rem concedi in beneficium, vt. ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. & ſub nomine beneficij continentur tam maiora beneficia quàm minora, vt in extraua. de ver. ſig. c. tua nobis. Dicitur etiã aliàs beneficium leuamentum, eò quòd aliquem alleuiat. ar. ff. ſi. fa. fur. ſe. di. l. quotiens §. vl.

Feudum autem dicitur à fide vel à fidelitate, ſicut & fideicommiſſum, vt notauit Azo in ſumma. C. de fideicom. §. & appellata ſunt: quia inueſtitura non eſt facienda ei, qui fidelitatem facere recuſat, niſi eo pacto daretur, vt in expli. lib. primus. c. inueſtitura. §. nulla inueſtitura in qui. cau. feu. amit. §. eſt & illa. Nã & quilibet debet iurare pacem, & ſi recuſat aliquis iurare, bona ei auferuntur, vt & lege & tenore pacis nõ fruatur, vt in de pa-

de pace tenen.c.j.§.ſi quis hominem. & l. hac edictali.§.prætereà ſancimus. Item beneficium intelligitur quaſi ex bono præterito vel præſenti vel futuro, & tamen in ſe habet ſeruitium & fidelitatem: niſi pacto excipitur vel adeò modicum ſit feudum ſecundum qualitatem, quòd non eſt veriſimile eos cogitaſſe de fidelitate, vt in de cap.extraor.§.beneficium intelligitur. &.§.de fidelitate.arg.ff.de annu.lega.l. Mæuia.argu.ff.de condi. & demon.l.talem in fi.argu.ff. de iudi.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.ſed & ſi proponas.argu.ff.de lega.inf.l.ſi ſeruus pluriũ.§.vlti.argu.ff de integ. reſti.l.ſcio.arg.ff.quod cum eo qui in aliena po.l.ij.argu.ff.de dona. inter vir. & vxo.l.vtrum.& extra de dona.c.cæterum. & addas quæ notaui infrà eadem ſumma.§. facta inueſtitura.&.inf.qualiter iu.de va.§.fidelitatẽ non iurant. Et ſiue ſit feudum cum fidelitate ſiue ſine fidelitate, ſi contra dominum faciat, amittit parium laudationem, vt in ti.de capi. extraor. §. quando fidelitate: plus tamen delinquit vbi fidem ſacramenti rumpit, vt ff.de mili.teſta.l.ex militari. primo reſpon.in fi. Et graue eſt fidem fallere, vt ff.de conſti.pecu.l.j.primo reſpon.cum noſtra interſit ne fallamur, vt ff.ſi meſſor fal.mo.di.l.j.primo reſpon. Et frangenti fidem fides non eſt ſeruanda, vt C. de tranſact. l.ſi quis maior. Itẽ quia qui pro obſequijs ſuis liberalitatem domini prouocauit ad feudum donandum, non eſt dignus eo cùm cœperit obſequia negligere, vt argu. C.de reuo.do.l.j. Et ſeruitiũ non

eſt præſtandum domino, quia à fide errat, vt C. de hæred. & ma. l. Manichæos in fi. quia excommunicatus vel bannitus eſt à Rege vel Imperatore, ſed potiùs remouendi vel amouendi: vel ſi admonitus à prælato eccleſiæ terram ſuã infra annum purgare neglexerit ab hæretica fœditate, vel ſi dominus à ſua dignitate eſt depoſitus, & vaſalli à fidelitate abſoluti, vt inf. de ſacr. & for. fi. c. à fidelitat. nos ſanctorum iuratos, & c. aliud ſi dominus temporalis. & c. abſolutos in fi. grauem. c. capituli. & inf. hic fi. lex dein. conſ. reg inci. j. reſpon inf de priuil. eccle. l. j. §. ſtatuimus. §. ſi non dominus. §. credentes in Lombarda de fur. l & comes in Lombardia de excommuni. ab epiſcopo. l. j. & extra de hæreticis. c. excommunicamus. §. moueatur, §. credentes. Quia non debet habere illud beneficium vel priuilegium quod alij habent, vt in Autent. de priuil. dot. hær. mili. argu. C. de Epi. audi. l. nemo in foro. & l. iubemus, C. de poſtulando. l. vltima, C. de hære. & ma. l. cognouimus, & in Auten. ibi poſita. Idem de Neſtorianis in medio. in Autē. vt cùm de appella. cog §. generale in Lombar. de excommunicatis ab epiſcopo. l. & ſuper his. Et inquire quæ notaui in ſumma, inf. tit. j. §. & debet adiuuare, inf. qualiter iud. de. va. §. ex ſacramēto. Et ex ſola etiã excõmunicatione prouentus beneficij clerico denegatur, vt extra de appel. c. paſtoralis officij in fi. Itē poteſt intelligi de infamib. q ab omni beneficio & priuilegio eximũtur, licèt nõ à munerib. & onerib.

quia

quia immunitatem habere non debent, cùm reatus omnem honorem excludit, & pœna committatur in crimìnoſum & non dignitas, vt C. de cur. l. nec infamem. & l. ne quis officialium, C. vbi ſenatores vel clari. l. j. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum §. vlt. C. de Iudæis. l. iiij. & l. quicunque. & l. vltima, & C. de hære. l. naturales, & portæ domini non debeant eiſdem patére, vt C. de dig. l. neque famoſis. et nemo ex delictis efficitur pretioſior, vt ff. ad leg. falci. l. pretia rerum. j. reſpon maximè eo caſu, quando honeſtè in curia domini eſt, non poteſt propter delicti enormitatem, vt inf. hic incip. conſti. re. §. ſi quis interfecerit. arg. ff. de inqui. no. infa. l. ij. §. miles. & ff. de re mili. l. qui cum vno. §. adulterij. & l. milites agrum. §. miſsionum. Et de hoc etiam notatur in ſumma inf. tit. j. §. item amittit, ſi ali. fello. in fi. & §. & debet adiuuare.

CAPVT V.

Cuius expenſis debeat ſeruire vaſallus, & in quo loco.

SI verò fidelis eſt dominus, tunc vaſallus fidelitatem præſtet domino in ſeruitio nominatim interpoſito, vel indeterminatè, vt inf. in quibus cau. fe. amit. §. hinc iterũ. Si innominatum eſt ſeruitium, vaſallus debet ſeruire expenſis domini. arg. ff. de vſufruct. l. ſed & ſi quid. §. j. & l. ſicut impendia. ff. de ope. lib. l. imponi. & l. penult. qui enim vtitur miniſterio alicuius, impendia ei debet præſtare,

præſtare, vt argu. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi. id quod. §. j. ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. item de redhibi. l. ſi ſeruus. §. vlti. Si verò nominatū eſt ſeruitium, debet ſuis expenſis ſeruire. vt. ff. de ope. lib. l. ſuo victu. argu. in contrarium. ff. de lega. ij. l. fideicom. Vel melius eſt vt dicatur, quod ſiue nominatum ſit ſeruitium ſiue non, quòd vaſallus debeat ſeruire & dominum tueri ſuis expenſis ſi poteſt: quia vnuſquiſque quod ſpopondit, ſuo impēdio dare debet, vt argu. ff. de ope. libe. ſuo victu in prin. & l. quod niſi in prin. argu. ff. de lega. ij. l. fideicom. alias. l. ſtichus liber. in Autent. vt nulli iu. §. j. in Autent. de proconſule Cappadociæ. §. militaris: maximè ſi modica ſint impēdia, argu. ff. de impenſis in re do. l. quod dicitur impēſas. & l. omninò, fortè vſq; ad fructus feudi. argu. C. de. bo. quæ libe. l. vlti. §. vbi autem no. C. de bonis ma. l. j. vel vſque ad dimidiam fructuū: vt non. inf. proxi. §. ſed vbi vaſal. Si non poteſt ſeruire ſuis expenſis, tunc faciat expenſis domini: & ſi dominus præſtare nolit, tunc priuetur dominus ſeruitio, vt argument. ff. de libe. agno. l. alimēta. ff. de iure patro. l. diuus Claudius. §. j. ff. de bo. quæ lib. § ſi patronus non aluerit. ff. de ope. lib. l. ſuo victu in fi. & l. quod niſi. argu. C. de eroga. mili. anno. l. vlti. primo reſpon. in fi. vel refert vtrum ſit ſeruitium corporale, quod corpore ſine expenſis poteſt impleri, an non. In primo caſu ſeruire teneatur licet ſit pauper, in ſecundo excuſetur propter paupertatem. argu. ff. de mune. & ho. l. cura. §. inopes.

C. de

C. de his qui numero libe. l. vlti. in fi lib x ff. de excu. tuto. l pauper. & l. poſt ſuſceptā, §. j. & in inſti. de excu. tut. §. ſed & propter. ff. man l ſi procurator, §. penult. Vel dicas quod vbi vaſallus eſt pauper, & dominus ei præſtare expenſas non vult, ꝙ ei tanti temporis ſpacium præſtet, vt alimenta & expenſas aliundè recuperet, vt ff. de ope. libe. l. ſuo victu in fi. & l ſeq. & l operarum editionem Vnde huius reſpectu fortè non poſſet dominus paciſci vt vaſallus ſeruiat ſuis expenſis, vt ff. de ope. libe. l. imponi: neq; poſsit adnumerari moræ, ſi iuſta ratione & optima differat, argu. ff. de vſur. l. ſciendum, Secus ſi fraudādi cauſſa dominum hoc differat vel alleget, vt in prædict tit. ſi modò idipſum. non debet dominus oneroſius vel acerbus ſeu contumelioſius exactor eſſe, ſed moderatus, cum efficacia benignus, cum inſtantia humanus: & vaſallus non debet eſſe nimis delicatus, argu. ff. de pig. act. l. ſi ſeruos ut ſi. ff. de vſur. l. ſi bene.

CAPVT VI.

An domino abſenti cogatur ſeruire vaſallus.

ET hoc quod ſuprà dictum eſt habet locum, cùm vaſallus ſeruit domino præſenti: quia fortè abſenti domino non tenetur ſeruire, (ar. ff. de proc. l. ſed he. §. non ſolum. argu. C. quando Imperator inter pupil. & vid. l. j. primo reſpon. in Auten. vt diffe. indi. §. ſi verò contingit, §. hæc

omnia,inf.de pace Cōſtā.§.in cauſsis appellationū. in Autē. de fideiuſ.§.j.in Lombar. de his qui ad patriam defenſi.l.quicunq;. C. de decurionibus.l. curiales.in Auten. vt hæretici curiales primo reſponſ.)cum oneroſum ei eſt & magna captio, ſæpè à rebus ſuis reuocari,argu.ff.quàm ad teſt. aperi. l.ſed ſi quis. Innuo tamen quod vaſallus debeat ſeruire etiam abſenti domino non ſuis expenſis,ſed expenſis domini:niſi vaſallus ideō ſeruiret in abſentia,quòd ſua voluntate mutat domicilium,quo caſu ſuis expēſis debet ſeruire, niſi dominus videatur vagari,arg.ff.de ſeruis export.l.Titius.ff.de iudic. l.hæres abſens.ff.de oper.lib.l.quod niſi.§.j.& l.ſenatus,quæ continuatur cum præcedenti §.& argu. ff.de edēdo.l.prætor ait,infi.ff.ad Trebel,l.recuſare,§.vlti. & l.ſed ſciendū.argu.ff.ad exhibē.l.ſed & ſi,§.j.argu.ff.depoſiti.l.ſi in Aſia,§.j.Sed & vbi vaſallus debet ſeruire expenſis domini,fortè cibaria excipientur,quæ dominus præſtare nō tenetur, (arg.ff.de rei vēditi. l.ſi res mobilis.ff.ad exhiben. l.ſed & ſi hæreditas,§.j.) & maximè illæ expenſæ, quas vaſallus domi faceret,dato tamen ſuperfluo à domino(arg.ff.de petit hæredi. l.ſed & ſi.§.quod autē.ff.ad Trebelli.l. Titius.C.de eroga.milita.annonæ,l.vlt.primo reſpō.) vel ſeruiet ſuis expēſis per menſem: vlterius expenſis domini, argu.C.de re mili.l.vlt.§.& ſi tamen eundo,§.ſin aūt. Nam & miles qui tuetur Rempublicam, ab ea debet ali, vt plenius notaui in ſumma de pace tenen.circa prin.

argu.

argu.cõtra vt indiſtinctè.argu.ff.de vſufruct.l.ſed & ſi quid,§.j.& l.ſicut impẽdia.Verùm vbi vaſallus vadit cum principe eunte Romã ad ſuſcipiẽdã coronã,uel cũ domino ſuo, qui cum principe vadit, puto quòd debeat ſeruire ſuis expenſis,vel dare medietatem fructuũ feudi illius anni domino ſuo(vt inf.de feu.& bene.l.imperialẽ decet,§.firmiter.& l.q ad hoc q allodiũ, §.vt æquitas)vt totius anni vnus fructus cõputetur,vt ff.ſol.mat.l.diuortio,in fi. Verũtamen in Romandiola per regem Corradum aliter fuit ſtatutũ,ſcilicet quòd Lombardus vaſallus præſtare debeat xij. denarios ꝓ modio: in Theutonia terra tertiam partem fructuum illius anni, (vt inf.de capi. Corra.c.hæc ſunt capitula,§.ſimiliter pro vectigali.)vel pro mercibus vehendis præſtare debẽt mercatores octauas(vt C.de vectigal. & com.l.ex præſtatione,& l.allegatis) de frumẽto quinquageſimã:licet emphyteuticarius de hordeo quadrageſimã, de vino & lardo vigeſimam,C. de ſuſcepto.p̃po.et arcar. l.modios;C.de emphyte.iur. l.vlti.de alio metallo octonos ſcrupulos de auro. vij. vt C.de metallarijs,l.j.& l.per annos:de vena verò in locis alienis effoſſa,decima fiſco,et decima domino loci præſtatur,vt C. de metallarijs,l.cũcti.Itẽ dico quòd vaſallus debet ſeruire domino extra ciuitatẽ,ſi dominus vult præſtare expenſas,vt dictum eſt, alioquin non,vt in ſuperiori §.ſi verò fidelis, notatũ eſt:niſi iuſta cauſſa ſubſit,quæ æſtimari poterit ex perſona,ex loco propinquo vel lõginquo,et ex

modo beneficij viri boni arbitrio, vt in tit. hic inci. con. reg. §. ad hæc quantocunque. in tit. de capi. extraor. §. de fidelitate. argu. ff. de condi. & demõ. l. antepenul. §. vlti. C. de decurio. l. curiales. ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §. quod autẽ ait prætor. C. de bon. quæ libe. l. vlti. §. vtantur. Et quod dixi, viri boni arbitratu intelligas, id eſt, iudicis, (vt ff. de verb. obli. l. continuus, §. ij.) qui debet fungi officio boni viri & innocentis, vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §. ait prætor arbitratu. ff. famil. erc. l. cæteræ, §. mala: & ſequi morem agentium, vt ff. de ſta. libe. l. Labeo, §. ſed ſi quæretur. & arg. ff. de fideicom. liber. l. fidei commiſſaria, primo reſpon. videtur tamen argumẽtis quibuſdam, quod in quocunque loco debeat vaſallus præſtare vbi petitur, vt arg. ff. de annu. lega. l. j. ff. de iudic. l. eũ qui. ff. de condi. indeb. l. qui certò. Quod intelligas loco, ſcilicet, idoneo, argu. ff. de conſti. pecu. l. j. §. eũ qui. & l. qui autẽ, §. vlti. ff. de iudi. l. hæres. §. j. ff. de mune. & hon. l. vt gradatim, §. & ſi. Excuſatur tamen quandoq; vaſallus à ſeruiendo, prout notabimus, dante domino, infr. à quibus mod. feu. amit. §. & licèt teneatur, & §. excuſatur, cum ſequentibus §.

CAPVT VII.

Quot ſint genera feudorum.

GEnera autẽ feudorum ſunt quatuor: quia quoddam eſt quod tranſit ad deſcendentes & ad collaterales, & appellatur feudum pater-

paternũ,vt in tit.qui debet ſuccedere in feu. primo reſpon. Quoddam eſt quod tranſit ad filios tantùm & non ad collaterales,nec ad filios niſi ſpecialiter dictum ſit, & appellatur nouum,vt in tit.qualiter iur.deb.vaſ.§.penul.inf.nouũ nõ pa.primo reſpon. Quoddam eſt quod trãſit ad extraneos, puta quãdo quis habet ea.ſ.vt ipſe & ſui hæredes, & cui dederit,habeat,vt in c.vnico,quod incip.ſi quis ea lege de feu.non hab.propriam na.feu.quod quidem intelligi poteſt,ſi ſpecialiter vaſallus extraneo conceſſerit:alioquin ad eum non tranſeat,vt in Aute. de.nup.§.ſoluto igitur.

Quoddam eſt etiam quod non tranſit ad aliquos hæredes,puta regnum,marchia, ducatus, & comitatus, licèt hodie ſit vſurpatum vt filij ſuccedant,vt in tit.de conten.feu.in fi.in tit. qualiter vſus bene.ſit ten. primo reſpon.Et qualiter hoc ſit intelligẽdũ,notaui inf.in ſumma in tit.de ſucceſ.feud. §.in feud.tam. regio. Nam & hæc talia feuda inter conſortes diuidi nõ poſſunt,vt in ti.de feu.& bene.l.imperialem decet,§.præterea marchia. Item princeps non tranſmittit imperium,quia electione non ſucceſſione datur,vt in tit.extrà de electione et electi pop.c.venerabilem, §.j. & de hoc notaui plenius inf.de ſucceſ.feu.§. vlti. Item feudum ſoldate nõ trãſit ad hæredes,vt inf.qualiter iur.deb.vaſ.§. qui à principe,in fi.de quo plenius notaui in ſumma inf.de ſucceſ.feu.§.item in ſoldate feudo.Item feudum quod acquiſitum eſt ſine inueſtitura, ad hære

des non tranſit, vt in ti. qualiter iura.fe.deb.§.ſi qs domino iubēte. Item perſonalia beneficia nō tranſmittūtur ad hæredes, vt ff.de iure immuni.l.j.§.j. l.immunitates,ff. de cēſit.l.forma,§,ſi verò qui. C. de excuſa.mili.l.ſordidorum. De quo plenius nota ui in ſumma inf.de ſucceſ.feu.§.itē ſi perſonale, & inf. ead.ſumma,§. verùm licet huius perſonæ. Itē feudum boſcigandi vel boſcandi, effodiēdi, cedendi alicui conceſſum ad poſteros nō tranſmittitur, ar. ff.de lega.j.l. apud Iul. §.ſi quis alicui.

CAPVT VIII.

Qui poſſint in feudum dare tam ex veteri quàm ex noua cōſuetudine.

IN feudum dare poſſunt Archiepiſcopus, Epiſcopus, Abbas, Abbatiſſa, Præpoſitus ea quæ in dominio habent vel eis aperta ſunt, ſi antiqua fuit corū conſuetudo & euidēter nō ſint diſſipatores: & regulares Clerici, & ſeculares, vt in tit. de feud. et bene. per omnes decretales quaſi illius tituli hic incipiunt conſtitu. lex Corra. & §. ideo ſciendum. & in eod.§.ſciendū, primo reſpon. in tit. extra de dona.c. cæterum. in tit. de capi. extraor. §. beneficiū. intelligitur de veteri: alioquin non valet, vt ti. j, § idē iuris, ne qui ex potentioribus ei neceſſitatem ad hoc imponant, argu. in Auten. de alien. reb. eccle.§.ſed & hæc: quod de regalibus intelligendū eſt ſecundum Azo ſ. vt ſi habeant aliqua beneficia regalia, ea valeant infeudare, argu. C.de fun.patri. l.hi quibus: tamē vſitatū eſt eos feudū dare poſſe ea

ITem ſciendum eſt,quòd vbicunq; primus vaſallus poteſt alij in feudum dare de ſuo beneficio,ſi decedat primus vaſallus ſine hærede, vel refutet in manu domini,vel alia de cauſſa culpâ amittit,quòd tunc ſecũdus vaſallus poterit retinere feudũ,recognoſcendo à priori domino vt idẽ cenſeatur in eo ac ſi ab initio eſſet inueſtitus à domino priori, vt in tit.hic incip.cõſuetud.reg.c. lex Corradi,§.ſimiliter,& in tit.qualiter iur.debe. vaſal.§.fin autẽ

pignor.l.lex vectigali.ff.quib.mod.pignus vel hypo. ſol.l. ſicut re.primo reſp.ff.de in diem adiect.l.ſi res,§.ſed & Marcellus.arg.ff.loca. & conduct.l.ſi quis domũ,§.j.ff.quæ in fraud.credito.l.ſed & ſi, & l.qui autem,§.ſimili modo. & l.ſi pignus,§.vir. Et hæc fraus debet liquidò comprobari. argu.ff. qui & à quibus manumiſ.libe.nõ fian. l.ſi maritus, in fin.C.de dolo.l.dolum.ff.de dolo.l.eleganter, §. vlti.Et ex qualitate facti,ſed nõ leui ſuſpicione,vt C.de reſcin.vendi.l.dolus.ff.de minorib.l.deniq;,§. j.in fin.et de hac fraude inquiras q̃ notaui ſup.in ead.ſumma,§.veruntamen fallit, & §.quod dictũ eſt quod non valet,vt inf.titul.j.§.quid ſi vaſallus excogitat.Sed cõtrà videtur quòd reſoluto iure datoris refutatione, nõ reſoluatur ius acceptoris.arg. ff.quib.mod. pig.vel hypo.ſolu.l.ſi debitor, primo reſp.ff.de pignor.l.iij.primo reſpõ.ff.de ædilit.edict. l.bouem,§.pignus. Vnde ita poteſt ſolui contrariũ, vt dicatur quòd reſoluto iure vaſalli primi morte vel refutatione,ſcilicet reſoluatur ius acceptoris,ſecundi vaſalli,niſi acceptor acceperit in feudum & non in fraudem. vt in prædicta l.de conten.feud.§. j.Si verò eſt alius & non vaſallus, tunc reſoluto iure eius per refutationem,quia propria voluntate facit,nõ reſoluetur ius acceptoris,ſi ius refutatũ duret & non ſit extinctũ: & ita poſſunt intelligi argumenta.ff.quib.mod.pig.vel hypothe.l.ſi debitor,in prin.et ff.de ædil.edict.l.bouẽ,§.pignus.argu.ff.de aliẽ.iud.l.ex hoc,§.vlti.et l.q̃a redhibito.ff.de eui.l. ſi ſer-

ſi ſeruus meus.ff.de iure dot.l. Titia,in fin. Si verò morte vel alio modo,tunc omninò reſoluitur ius acceptoris: vbi acceptor ſecundus recipit voluntate prioris domini,vel pacto.vt argu.ff.de vſufruct.lega.l.ſi qs ſibi.in Inſtitu.quibus aliena.licet vel non, §.contra.ff.de ſeruitu.ruſtico.prædio.l. cùm eſſet, §.j. & ita intelligo leges illas prædictas. et require etiam in ſumma,infrà titul.j.§.ſed quia vaſallus lo cauit.Similiter extinguitur refutatione,ſi per eam ius non ſit tranſlatum,ſed extinctum.argu.ff.quib. mod.pig.vel hypo.ſoluitur.l.ſicut.j.reſpon.arg. con tra.ff.de vſufr.accreſcend.l.iij.§.fin. in titul.hic incip.conſuetud.reg.c.dummodo ſciat.

CAPVT XXII.

Nunquid datore ius ſuum recuperāte, ius receptoris reintegretur.

ITem quæritur in eo caſu, vbi reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, nūquid datore ius ſuum recuperante, reintegrabitur ius acceptoris? Reſpondeo,videtur quod ſic, (argu.ff. de alie. iudic.l.ex hoc,§.penul.ff.quib. mod.pig. vel hypo. ſolui.l.ſicut,& §.ſuperuacuum,& l. voluntate.ff. de adimen.lega.l.cùm ſeruus.ff.de hæred.inſtitu.l. quotiens,§.ſeruus cùm liber,& l.ſeruum meum.ff. de teſtament.manumiſ.l.verum)argu. q non cùm amiſsio facta eſt cum effectu, vt C.de remiſsio. pignor.l.vlt.vt in tit. hic incip. conſuetud. reg. c. hæc ſunt capitula,§.præterea. ff. quibus modis vſusfr.

amitta.

amitta.l.quid tamen,§.j.& §. inanis.ff.de pact. l. penult. Ad hoc pro & contrà inquire argumenta,q̃ notantur in ſumma inf.titu.proxi.§. & cùm amittit. Item poſito ſine praeiudicio,quòd reſoluto iure datoris,ſcilicet primi vaſalli,reſoluatur ius acceptoris,ſcilicet ſecundi vaſalli,vel alterius acceptoris: nunquid primus vaſallus,vel eius haeres tenebitur acceptori? Reſpondeo,circa hoc ita poteſt diſtingui, vtrum acceptor ſciuerit an ignorauerit feudũ eſſe, quod accepit à primo vaſallo: & an primus vaſallus ei conceſſerit tanq̃ feudum,an tanq̃ eſſet ꝓpriũ. Si quidem ei conceſſerit ſimpliciter,ſi quidem accipiens ſciat feudum eſſe, vaſallus vel eius haeres non tenetur:niſi propter culpam ipſius vaſalli reſolutũ ſit ius acceptoris. Si verò accipiens ignorauit, vaſallus vel eius haeres tenetur. Si verò vaſallus cõcedat tanq̃ ſuum & non tanq̃ feudum, tunc vaſallus tenetur,niſi accipiens ſciuerit feudum,quia tunc non tenetur vaſallus,niſi accipiens proſpexerit ſibi de euictione:ſed vbi non proſpexit, puto quòd vaſallus teneatur,ſi propter eius culpam reſolutũ ſit ius acceptoris. Si verò vaſallus conceſſerit tanq̃ feudum, non tenetur nec eius haeres,niſi culpa vaſalli reſolutum ſit ius acceptoris,vel niſi accipiẽs proſpexit ſibi de euictione. Et ad hoc ſunt argu.in titul. qualiter iur.debe.vaſall.§.cùm de re. alie.ff. locat. & conduct.l.ſi quis domum, §.j. in prin. & in fin. & l.ſi merces,§.cõductor.ff.ſoluto matrim.l. pen.in prin. C.de condict.ob cauſ.l.ſi in litem. C.de euict.l.fundus.

dus. & in titul.hic incip.conſuetud.reg.§.ex eo. & titul.ſi de feud.vaſal.fuerit interpel.§.ſi vaſallus. Et facit ad hunc §.quod notatur inf.ead.ſumma, §.& non ſolùm poſſunt dari. Et ſiue faciat quis laicus inueſtituram de propria re ſiue de beneficio ſui militis, & ſiue purè ſiue ſub conditione, & ſiue primò præmoriatur inueſtitus ſiue inueſtitor: ſemper tenetur adimplere inueſtituram, id eſt, rem tradere, & in poſſeſsionem mittere, tam ipſe quàm hæres eius, dummodò ſciatur quòd quando quis facit inueſtituram de beneficio ſui militis, non capiet effectum niſi feudo ſibi aperto. arg. Inſtitut. de vet. oblig.§.ex conditionali. et in Inſtitu.de inutil.ſtipulat.§.antepen. argu.ff.de iure dotiũ, l ſi ego, §.ſi res, in fin.ff.de regul.iur.l.ex qua.C.de liberal. cauſ.l. ſi habeo, §.ſi verò Archiepiſ.in fin. & in tit.qualiter iura.debe. vaſal.in fin.primo reſpon. in titul.ſi de feu.vaſal.fuer.interpel.§.moribus, & §.ſi facta de feudo.in titu. hîc incipi.conſue. reg.c.lex Corradi, §.clerico. & in tit.de capitul.extraord. §.item hæres. Durùm enim eſt & auarum, hæredem infringere quod defunctus voluit.argu.ff.de dona.inter vir.& vxo.l.cum his, §.j. Nec diſtinguitur ſciuerit poſsidens, vel ignorauerit, vel conſenſerit: dummodò eo viuente non fiat ei præiudicium. Et hoc verum eſt in eo qui non habet ſucceſſorē. vt in tit. qualiter indi.feud.ſit ex.c.ſi quis inueſtiuerit. Hodie tamen non poteſt facere inueſtituram de beneficio ſui militis ſine eius voluntate: & ſi conſentiat,

videtur

videtur ius ſuum remiſiſſe, & tunc valet conceſſio. argu. ff. qui potior. in pig. l. creditor. § vlti. ff. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluitur, l. Paulus, primo reſpō. & in titul. de capitul. extraord. §. ſi maritus. & argu. ff. de public. l. licitatio, § .j. C. de locati. prædior. ciuili. l. vlt. §. non tantùm, §. ſanè q̃a, lib. xi. & in tit. qualiter vſuſ. benefi. ſit tenē. c. ſi q̃s fecerit. et in tit. de feud. et benefi. l. quicūq; igitur, §. ſi q̃s inueſtierit, & l. omnibus ſanctè, §. inſup, et l. imperialē, §. præterea Marchia. & argu. ff. de his quibus vt indig. l. ij. in fin. C. de pact. l. vlti. in fi. Sed poſſet reſponderi quòd nō poſſet, ſcilicet vt ſtatim capiat effectum, ſed demū feudo aperto: (vt in titul. ſi de feu. vaſal. fue. interpel. §. moribus) q̄ & hîc in c. compilationis antiquæ feudorū eſt magis improbatū, cū inde occultum & nequiſsimū homicidium oriri poſsit et periurium, vt in titul. de capitul. extraor. §. ſi quis nominatim de beneficio. Periculoſum enim & triſte eſt, coniunctū alicui exſpectare eius mortē, vt ff. de cōditi. & demon. l. cùm tale, primo reſpō. Et ſi à tali vaſallo inueſtito de alterius beneficio euincatur, non agitur cōtra dominū de euictione, vt in titu de capi. extraor. §. generaliter, et §. qui accipit: de qua euictione notatur in ead. ſumma, § . & non ſolùm.

Valet tamē ſi cōferat dominus in filiū vaſalli, vel in cohæredes, cū feudū per vaſallū fuerat alienatū: (vt in tit de feu. et benefi. c. ex parte tua, §. ad hæc, §. aliquoq̃, §. ac in ſecūdo, et §. in tertio (ſecus ſi vaſallus amiſerat propter dilictum commiſſum in do-

minum:

minum: quia tunc filius eius, vel alij vſq; ad quartũ gradũ non poterunt inueſtiri, vt in titul. de feu. & benefi. c. ad aures, in fin. & c. in quibuſdã ꝓuincijs, §. j. & argu. hic incip. cõſuetud. reg. c. j. §. vaſalli f. delinquentis. Nam vaſallo non fit præiudiciũ ſi non conſentiat, vt ſuperius dictũ eſt, & arg. ff. de ſeruitu. prædior. l. per quem. ff. de aqua & aquæ plu. arcen. l. in cõcedendo: fiebat tamen præiudiciũ ei q inueſtiuit, vt arg ff. de contrahen. empti. l. rẽ alienã. arg. ff. de ſeruitut. ruſtic. ꝑdior. l. per fundũ. Legatũ verò relictũ ſub cõditione deficit, ſi legatarius decedat conditione pendente, nec ad hæredem ſuum tranſmittit, vt C. de caducis tollẽd. §. ſin autem ſub cõditione. Idẽ in ſubſtitutiõibus ꝙ in legatis, vt arg. ff. de verb. ſig. l. ſciendum. ff. de ſuis & legitim. l. ſi ex plurimis. ff. de minorib. l. in cauſſa, §. Põponius.

CAPVT XXIII.
Quis poſſit in feudum accipere.

Accipere autem poteſt quilibet nulla diſtinctione adhibita, ſiue ſit ſeruus ſiue non, ſiue ſit minor ſiue maior, ſiue maſculus ſiue fœmina, etiamſi ſit talis qui intellectum non habet. vt in titul. explicit liber primus, §. perſonam. & in titul. ſi de feud. vaſ. fuer. interpel. §. ſi minori. & tit. qui debeant ſucced. in feud. primo reſpõ. argu. ff. de pecul. l. quam Tuberonis, §. pupillũ. argu. C. de acqui. poſ. l. ſi donatorum. argu. ff. de reg. iur. l. quod attinet, in fin. in Auten. de monach. §. hinc autem, in prin.

in prin. Veruntamen videtur quòd pupillus accipere poſſit ſi infans non eſt, ſed proximus pubertati vel proximus infanti. Si verò eſt infans, tunc non poſſit ſine tutore: immò etiam tunc videtur quòd fieri debeat non in ipſum pupillum, ſed tutori pro eo, vt in ipſum infantem intelligatur facta inueſtitura. argu. ff. ad Trebel. l. j. in prin. ff. de acqui. poſ. l. j. §. j. & l. quamuis, §. ij ff. de vſucap. l. iiij. §. ij. C. de bonis quæ liber. l. vlti. §. vbi autem pueril. §. et ſi verò pater. in Inſtit. de inutil ſtipula. §. pupillus. argu. ff. de ſolut. l. Stichum aut Pamphilum, §. vſumfructum. In ſeruo accipiente diſtinguitur vtrũ dominus ſciat eum eſſe ſeruum, vt tunc teneat datio: an ignoret, & tunc non teneat. vt in titul. explicit liber primus, c. inueſtituram, §. perſonam. Similiter in Inſtitut. qui dari tutor. poſ. §. j. in fin. ff. de fideicom. libert. l. generaliter, §. ſi quis tutorē. ff. de leg. iij. l. fideicommiſſa. §. ſi verò alieno. C. de hæred. inſtitu. l. ſi pater. Nam ſeruo id concedi poteſt, quòd liber factus capere poſſet, (vt ff. de lega. ij. l. debitor, §. vlt.) niſi ſit militia, vt in prædicto §. ſi ſeruo alieno. In feudum autem dare ſeruus vel in allodiũ nõ poteſt, (vt in tit. de feud. & benef. l. j. in fi.) enim & alienare non poſſit ſine conſenſu domini, vt in Lombar. de prohib. ali. ſeruo. l. j: argu. C. in quibus cauſ. colo. cenſi. l. ij. de agricol. & cenſitis, l. per colonum, lib. xi. ff. de euict. l. minor, §. j. Sed quæri poſſet, ſi ſciens dedit ſeruo alieno & ſeruus decedat; an reuertatur feudum ad inueſtitorem dominum;

E an apud

an apud dominum ſerui, an apud filios ſerui? diligenter id tractabitur inf. in ſumma de ſucceſ. feud. §. ſed quæritur ſi datum. Item accipere poteſt perſona Eccleſiaſtica, vt in tit. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. item ſi clericus: de quo ſuprà notaui in ſumma, in tit. proxi. §. item amittit, ſi clericus. Veruntamen qui feudum amiſit propter delictum commiſſum contra dominum, (putà quia eum occidit, vel mutilauit) vel eius filius ſeu hæres non poteſt feudi reſtitutionem recipere, nec alia de nouo. vt in titul. de feu. & benefi. c. ad aures, & c. in quibusdam. Nec ille qui eſt in officio cõmunis Veronæ poſitus, tempore ſui officij, niſi ab alio fidelitatem eo tempore acciperet. (vt in titul. de feu. & benefi. conſtitutio. c. nec fidelitatem. & c.) nec per poteſta. nec hæreticus ab Eccleſia. in Auten. de Eccleſiaſt. titul. §. iubemus.

CAPVT XXIIII.

Quæ res poſſint in feudum dari, & de feudo Cameræ & Caneuæ.

P*Oſſunt dari res in feudũ immobiles, vel quæ loco immobilium ſunt, putà quod de Camera vel Caneua datur. vt in tit. explicit liber primus, §. ſciendum: & cùm datur de Camera vel Caneua, datur quatenus facere poteſt, et ſi ita euacuata ſit Camera vel Caneua vt facere non poſſit, non tenetur, ſi ſine culpa domini deſiit eſſe in Camera: vnde exſpectandum eſt donec dari poteſt, & in ſequen-*

ſequentibus annis dabitur quod eſt omiſſum. Etiam intelligitur poſſe facere omni ære alieno deducto, vt in tit. de capi. extraor. §. notandum. argu. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipulantē, §. ſacram, & §. pro quo. ff. de annu. legat. l. legatum, §. vini. ff. quādo dies legat. cedit, l. Firmio. j. reſpō. ff. locat. & conduct. l. ſi vno, primo reſpon. C. locat. & conduct. l. licet, & l. excepto. argu. ff. de reg. iur. l. inter eos, §. is quoque. C. de rei vxor. acti. §. cùm autem. in Inſti. de actio. §. item ſi de dote, & §. idem eſt. ff. pro ſocio, l. verum, §. tempore. arg. contra. ff. de tritico, vino & oleo legat. l. cùm certus. ff. de cōtrahen. emp. l. ſi debitor, §. j. ff. de alimen. & cibar. legat. l. Lucius. ff. de re iudic. l. à diuo, §. vlti. §. & ſunt qui in id. Item habetur etiam ratio ne egeat, vt arg. Inſtitut. de actio. §. ſi de dote. ff. de verb. ſig. l. nepos Proculo. Nam ſi facere non poteſt, videbitur inanis actio aduerſarij, (vt ff. de dolo. l. nā is nullum. in titu. extrà de reſti. ſpolia. c. olim nobis, §. j.) & legatum illius nominis nullum eſt, niſi legetur ipſi debitori. vt ff. ad legem. Falcidi. l. neſcius, in fin. Nam vnuſquiſque ſibi ſoluendo eſt & diues, vt in prædicto titul. l. quærebatur, § . j. quia & qui non habet quod reddat, eius periculo nihil eſt, vt ff. de furtis. l. itaque fullo, primo reſponſo.

CAPVT XXV.

De eo, cuius ſunt fructus, quando decedit vaſallus.

ITem iſtud feudum Cameræ vel Caneuæ morte vaſalli finitur, ſed hæres vaſalli habebit pro toto illo anno, in quo vaſallus ingreſſus eſt. argu. ff. de annu. legat. l. quintus, §. in ſingulos. & l. Caius, in fin. arg. Inſti. mandati, §. ſi adhuc. ff. mandati. l. ſi quis alicui, §. morte. & in Inſtitut. quibus mod. tutel. finit. §. ſimili modo. in Inſti. de vſufruct. §. finitur, & de ſocietate, §. ſoluitur. C. ſi reus vel accuſa. l. ij. & iij. vt in alio feudo fructus aliter diſtribuantur. Diſtinctio tamen ſi vaſallus decedat intra Calendas Martij & Auguſti, quo caſu eſt hæredis vaſalli: ſin autem non, eſt domini, vt in tit. hic incip. conſue. reg. §. ſi vaſallus obierit, & §. ſi vaſallus decedit. Fruges enim extantes non ad dominum, ſed ad filios, vel vxorem, vel ad alios creditores pertinent. vt in titul. de capit. extraor. §. vnum quidem. & in tit. hic incipi. conſue. reg. c. hæc capitula, §. ſi contingeret vaſallum. Et ad hoc etiam notaui infrà titul proxi. §. aliud tamen non præmitto, & §. ſed quæritur ſi vaſallus locauit.

CAPVT XXVI.

Finitur morte domini.

FInitur etiam feudum Cameræ & Caneuæ morte domini, vt in tit. qualiter iura. debe. vaſal. §. q̃. à principe, in fin. Simile dixit Placen. in

cen.in filio decedente qui rem aliquam acquiſiuerat, in qua pater habebat vſumfructum, vt tunc pater amitteret vſumfructũ quem habebat in bonis filij: ſed cõtrarium puto, vt C. de vſu & habitat. l. ſi patri tuo. & ff. ad Senatuſcõſultum Tertyl. l. vlt. §. vlti. In feudo tamen paterno non ſuccedit, vt in tit. qui debe. ſucced. in feud. in prin. et eſt ſpeciale tamen in ſoldata, quia eſt annua & grauita: & in iſtis feudis Cameræ vel Canuæ datur vaſallo contra dominum defenſio, ſi ei bis vel ter fuerit ſolutũ. vt in titul. explicit liber primus. c. ij. §. ſi verò vaſal. argu. in titul. extra de cauſ. poſ. & proprie. c. cùm Eccleſia, §. nos igitur, & §. verum, & c. cùm olim, §. j. argu. C. de fideicõ. l. j. C. de apochis publ. l. quicunque. argu. contrarium C. de pac. l. ſi certis. ff. ad legem falcid. l. quod de bonis, §. nõ idcirco. in titul. extrà de electio. & electi. poteſta. c. q̃rela, §. vlt. in tit. extra de cenſibus. c. olim cauſſam. C. de agricol. & cenſit. l. litibus. j. reſponſo ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo.

CAPVT XXVII.

Res mobilis datur in feudum.

ET nõ ſolùm datur feudũ in rebus ſoli, quod eſt pars ædium, vt ff. de rei vendicat. l. ſolũ, (ſicut area eſt pars inſulæ, vt ff. de ſolut. l. qui res, circa fin. & illa pars fundi, vt ff. de fund. inſtruct. l. ſi ita, in fin.) ſed etiam in rebus cohærentibus ſolo, vt in tit. explicit liber primus, §. ſciendũ.

Et poſſunt dici cohærere ſolo fructus pendētes, quia pars fundi eſſe videtur, vt ff. de rei vendi. l. fructus pendentes: ſed fructus iam percepti inter mobilia ſunt, vt ff. de requirend. reis. l. vlti. primo reſpon. in fin. vel ſeruus glebæ, (arg. C. de agricol. & cenſi. l. quemadmodum. ff. de diuerſ. temp. præſcrip. l. longè, §. poſſunt) vel etiam ſuperficies & ædificia. ad hoc eſt argu. ff. vnde vi. l. j. §. ad ſolam, & §. planè. argu. ff. vti poſſidetis, l. iij, §. ſed ſupra ædes. ar. ff. de lega. j. l. ſi domus, §. vlti. ff. de actio. & oblig. l. obl. §. placet, in fin. ff quod vi aut clam. l. qui acrius. Item vſufruct. fund. vt ff. de vſufruct. l. iiij. ff. de euict. l. ab emptore. ff. de lega. ij. l. cùm filius, §. dominus. ff. de verb. oblig. l. quia vſufruct. Sed quæ & qualia ſint quæ ſolo cohæreant & cū ſolo tranſeant, ſatis poteſt ꝑpendi ex eo quod legitur ff. de actio. empti. l. Iulia. §. vlti. cū legibus ſequentibus, & l. fundi, per totā l, & ff. de actio. empti. l. ſi aquæductus, & l. quāquam. ff. de fund. inſtruct. l. quæſitū, §. ea verò, & §. Papinianus. Poteſt etiam dici quod in feudum dari poteſt fundus cū rebus mobilibus in fundo poſitis. arg. ff. vnde vi. l. j. §. ad ſolam, & §. illud itaq;, & §. ſi fundum. Item inter immobilia computatur, cùm de Camera vel Caneua datur, vt ſuprà dictū eſt §. poſſunt: nam etſi certus redditus daretur, videtur ꝙ inter immobilia contineretur, vt C. de iure dotiū, l. vlti. § ꝓtereà. Itē panes ciuiles, (vt in ꝓdicta. l. & in Aute. de non alienā. aut permu. reb. Eccleſiaſt. §. j. in alijs verò rebus mobilib. feudū dari non.

ri non poteſt, niſi loco feudi euicti detur pecunia: quo caſu pecuniam in locum feudi retinebit, vt in titul. explicit liber, §. ſciendum eſt. in titul. ſi de feud. vaſal. fuer. interpel. j. reſpon. arg. contra. ff. de peculio, l. quam Tuberonis. §. pen. Vel dicas quod in omni re mobili poteſt conſiſtere feudum, licèt non propriè, vel manente proprietate ſalua, ſed remedio ſatisdationis. argu. Inſtitut. de vſufruct. §. conſtituitur, §. ſi vtilitatis. ff. de vſufruct, earum rerum, quæ vſufruct. conſu. per totum.

CAPVT XXVIII.

An partus ancillæ datæ in féudum ſit domini vel vaſalli.

SEd poſito quòd ſerui & ancillæ dati ſint in feudum, & quòd teneat datio, partus ancillarum talium nunquid erit domini an vaſalli? Reſpõdeo, videtur quòd ſit domini: quia non computatur in fructu, (vt argu. ff. de vſufruct. l. vetus. ff. de vſur. l. in pecudum. ff. de iure doti. l. plerunque, §. ſi ſerui. & ff. ſolut. matrimo. l. ſi marito, §. vlti. C. de rei vxo. acti. §. itaque partus. in Inſtitut. de rerum diuiſ. §. partus) neque in partu vſumfructum habet vaſallus, vt in prædicta l. vetus. Vel dicas quòd habeat partum in eandem cauſſam ſecundum quod ancillam habet, ſcilicet in feudum, ad ſimilitudinem ancillæ precario conceſſæ, (vt ff. de pre cario, l. quãuis) vel pignoratæ, vt ff. de pigno. l. ſi fideiuſſor. in §. Paulus. j. reſpon. Vel ad ſimilitudinẽ

ancillæ datæ in dotem, cuius partus augmentat dotē, (vt ff. de iure dot. l. cùm poſt, §. vlt.) & cuius miniſterio vir vtitur: (vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. ſi id quod) quamuis reſtitui debeat ſoluto matrimonio cum ancilla dotali, vt in prædictis legibus. Nam & partus ancillarum peculiarium augmentat peculiū, vt ff. de pecul. leg. l. deniq;, §. vtrū. ff. de pecul. leg. l. pe. in fi. Si verò eſt cōtētio inter dominū & vaſallū de incremēto, nūquid poterit manumittere vaſallus ſeruū q̃ adiacet feudo? videtur ꝙ ſic. arg. C. de fūdis patrimoni. l. poſſeſſores, in fin. arg. contra. C. de mancipi. & colon. patrim. l. ij. lib. xi.

CAPVT XXIX.

De ſoldata.

VBi verò ſoldata datur, non appellatur feudum, ſed in ſuo nomine ſtat, & eſt quædam præſtatio annua & gratuita, quæ à neutra parte tranſit ad hæredes: vnde finitur morte dantis & accipiētis, ſicut dictū eſt ꝓximè de feud. Cameræ & Caneuæ, prout notatum eſt in ſumma, in titul. de ſucceſſ. feud. §. item in ſolda. feud. Et dicitur ſoldata ex eo, quòd plerunque in ſolidi præſtatione conſiſtit, & quandoque in vino & annona: (vt in tit. qualiter iud. deb. vaſal. §. quia à principe. ar. ff. de annu. legat. l. quintus, §. in ſingulos. & l. Caius, in fin. argu. ff. quib. mod. tutel. finit. §. ſimili modo. in Inſti. mand. §. item ſi ad hoc. ff. mand. l. auctoritas in prin. & l. ſi quis alicui, §. morte. C. ſi reus vel

vel accuſator mortu. l. j. & ij.) ſicut & pecunia dicitur omnis res corporalis ex eo, q antiquis pleraq; q̃ habebãt, in pecudibus erãt, (vt ff. de ver. ſig. l. pecuniæ. in decre. j. q. iij. c. totũ) et bona dicũtur ex eo quod beant, hoc eſt, beatos faciũt, vt ff. de verb. ſig. l. horũ. Aliud tamẽ in vſufruct. qa morte fructuarij, ſed non domini finitur, vt C. de vſu & habita. l. ſi patri tuo. C. ad Senatuſconſ. Tertylli. l. vlt.

CAPVT XXX.

De eo quod datur nomine Caſtaldiæ vel Guardiæ.

ITem illud quod datur nomine Caſtaldiæ vel Guardiæ non eſt feudum, quia anno ſinitur niſi certum tempus adiectum ſit, vt infrà eod. §. item, & poſt annum quandocunque auferri poteſt, vt in titul. de contentione feudi. §. item ſciendum. vel ablata Caſtaldia, vt in titul. de capit. extraor. §. quod nomine. Idem cum pro vicecomitaria, Vilicaria, Decaria feudum datur, vt in titul. de capitul. extraor. § .nunquid: ad hæc etiam inquire in titul. de conten. feud. §. & poteſt hoc notari. Verun tamen aliud feudum non poteſt auferri ſine commiſſa culpa, (vt in titul. qualiter vſus beneſi. ſit. te. §. ſcimus vt nemo miles. in titul. de feud. & beneſi. l. in nomine ſanctæ, in prin. & de hoc in ſumma, in titul. j. §. illud tamen ſciendum) etiamſi ſint feuda ſcutiferorum, dum tamen ſeruiant: alioquin auferri poſſunt, (vt in Lombar. qualiter cum phani. l. j.

§.& ſi. & in tit.de capit.extraor.§.feuda ſcutiferorum) niſi ſeruire deſiſtant propter grauitatē domini, vt argu.ff.de alimēt.& cibar.legat.l.Caio, in fin. vel propter infirmitatem ſcutiferorū: nam & tunc ſeruire intelliguntur, vt notaui in ſumma, in titul. proxi.§.excuſatur autem vaſallus. Poteſt etiā dari in feudum aduocatitia, vt arg.in tit.de feud. & benefi.l ſi duo vel tres, §.quicunq; aduocatoriā. Itē ius patronatus, ſed tamen per hoc Epiſcopo ius Parochiale nō minuitur, vt in titul.de feud.& benefi. c.cum ſecundū: nā ius patronatus in laicum cadit, licèt ſpiritualibus ſit annexum, vt in titul.extrà de iudic.c.quāto. & in tit.extrà de iure pat.c.cùm laici.c.de iure.c.cùm autem.c.paſtoralis.

CAPVT XXXI.

Vtrum decima poſſit dari in feudum, & à quibus.

ITem poteſt dari decima in feudum etiam ab Epiſcopo, vel alio prælato: ſed noualium decima non intelligitur per hoc conceſſa, (vt in titul. de feud. & benefic. c. tua, & in c. cum Apoſtolica) vt ipſum quidem ius apud Eccleſiam remaneat, perceptio verò fructuum decimæ in vaſallum transferatur. argu. ff.de iure dot.l.ſi vſufruct.in fin.ff.de do.l.in ædibus, §.j.ff.ad leg. Iuliam de adult.l.ſi poſtulauerit, §.iubet.argu.C.de legi.l.monumēta. ff.ſoluto.matri. l.vſumfructū in dotē.inf.de benefi.feu.c.veſtra.vbi ſimilia argu-

lia argumenta notantur in tit.proximo. §.item quæritur,an poſsit vendere ius percipiendi: vel poteſt dari in feudum decima in perſonam accipientis,& non vt ad hæredes tranſmittat,vt in tit.extrà de deci.c.ad hæc. & in tit.extrà de iure pa.c.cõſuluit. Sunt tamen argumenta,quòd nullo modo poſsint, argu.in titul.de feud. & benefi.c.noſtratibus. & in titul.extrà de decimis,c. quamuis ſit graue, in fin. & c.prohibemus,in.c.ad hæc. & in titul.extrà de p̃ſcrip. c. cauſſam.in decret. j.quæſt.iij.c.peruenit.

Item annua penſio,quæ percipitur de aliqua poſſeſsione vel caſtro,in feudum dari poteſt, vt in tit. de feud.& benefi.c.ad audiẽtiam,c.nouum non paternum.§.quæſitum eſt. Item banna,comeſtiones, placita,forisfaga, quæ quis in illis locis habet,vt ibidem in c.ad audientiam.

CAPVT XXXII.

Vtrum res communes poſſint dari in feudum ſicut res propriæ.

ET non ſolùm poſſunt dari res propriæ,ſed & communes,(vt in tit.de cap.extraor. §.itẽ ſciendum eſt.in Lombar. de vlti. volunt. l.ſi quis res ſuas) ſcilicet vt pars pro indiuiſo detur, quam in re communi habet,vt in alia parte non fiat ei nec ſocio præiudicium: & fortè intelligitur tantùm ſuam partem dare,ſi ſimpliciter dixerit rem meam. argu.ff.de leg. j. l.v.§.vlti.argu. C.de dona.l.portionẽ. C.de cõmuni rerũ aliena. l.j.& l. falſo.

falſo. Nam ſi daret totam rem communē, vel etiam alienam, teneret datio in praiudicium dantis, vt ff. de cōtrahen. emp. l. rē alienā. Vnde ſi euincatur à vaſallo denūciatione p̄miſſa, poterit agere de euictione: diſtincto tamen eo, vtrum datum ſit ſcienti, vt tunc non poſſit agere niſi per pactū ſibi proſpexerit, an ignoranti, & tunc agat etiamſi non conuenerit: niſi dixerit dominus ſe nolle teneri de euictione, & tunc poterit agere vaſallus ſaltem ad precium, licèt non ad intereſſe, niſi etiam de hoc fuerit expreſſum, ſcilicet vt velit nec de euictione nec de precio conueniri, & tunc ſi euincatur, ad nihilum tenebitur dominus. vt in titul. qualiter iur. debe. vaſal. §. cum re aliena. in titul. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ex eo. in fin. in titu. de capit. extraor. §. generaliter verum, & §. qui accipitur. & §. in beneficijs, in fin. argu. C. de euict. l. emptor. & l. ſi controuerſiam. & l. ſi fundum. ff. de act. empti. l. emptorem noxali, §. item poſito ſiue primo. Item non tenetur de euictione, nec vaſallus agere poteſt, niſi inueſtitus fuerit de feudo alterius, (vt in tit. de capi. extraor. §. generaliter, & §. qui accipitur) ité niſi inueſtitus ab eo, qui non potuit infeudare, argu. ff. pro emptore, l. ij. §. ſi à furioſo, & in alieno vel aliena. vt arg. ff. quarū rerum act. nō datur, l. ij, §. j. vel à ſeruo ſine conſenſu domini, arg. de euict. l. minor. §. j. Verùm in eo qui fecit inueſtituram nulla eſt differentia, ſciuerit an ignorauerit, niſi in quibuſdā, (vt inf. qualiter iura. debe. vaſal. §. cum de re) quia

re) quia ſcire debuit. argu. ff. de ædilit. edict. l. j. §. ſi cauſſa huius. ff. de pignora. act. l. tutor, §. j. ff. de cō trahen. emp. l. ſi in emptione, §. ſi emptor. & l. domum. ff. de actio. empti, l. vlti. & l. Iul. in princ. C. cōmunia de leg. l. vlt. §. vlt. Verùm vbi dominus tenetur de euictione, ſi vaſallus fuerit condemnatus per imprudentiam iudicis, non tenebitur dominus, dummodo tu dicas, dominus non fuit præſens condemnationi: alioquin teneretur, vt arg. ff. de euict. l. ſi per imprudentiam, primo reſponſ. C. de euict. l. emptor fundi. arg. ff. de fideiuſ. l. exceptionem. Itē niſi emptor eſt condemnatus, & non appellauit, quod agere nō poteſt contra venditorē, niſi vēditor fuerit præſens, (vt ff. de euict. l. Herennius, §. Caia) & poſſunt alij caſus aſsignari, qui in venditore aſsignantur. Item quòd dictum eſt quòd poteſt facere inueſtituram de re ſua, verum eſt niſi ſit litigioſa, argu. C. de litig. l. ij. & vlti. vel niſi ſit res q̄ prohibetur alienari, (vt in tit. explicit liber primus, §. noui verò) niſi in caſu, vt ibi dicitur & , ſuprà ead. ſumma plenè notatū eſt de his rebus, quæ non poſſunt alien. vel infeudari, in §. maior, & § impeditur, & §. veruntamen. Idem eſt in re communi, vt poſsit partem ſuam in feudum dare, ſi nondum prouocatus eſt ad diuiſionem, nec lis eſt orta. argu. ff. famil. erciſcund l. alienationem. C. communi diuid. l. j. in fin. in Lombar. de vlti. volunt. l. penult.

CAP. XXXIII.

Vtrum illæ res quę poſſunt dari in feudum, poſſint dari & ad certum ſeruitium, & indeterminatè.

ET eſt notandũ quòd illæ res quæ poſſunt dari in feudum, poſſint dari & ad certum ſeruitium, & indeterminatè, vt in titul. in quibus cau. feud. amit. in fin. primi reſpon. et qui debeat ſuccedere in feudum, §. vlt. habita ſimilitudine de liberto, cui poſſunt imponi operæ tam certæ q̃ incertæ: vt in multis ll. ff. de ope. lib. colligere licet. Nam dominus Ioh. ait ꝙ ea quæ in legibus leguntur de libertis, etiam vaſallis ex regni conſuetudine ſunt ſeruãda: & hoc in ſumma, quibus modis quis poſ. ab Eccleſia repellere in nomine domini IESV Chriſti. nam & ſicut vaſallus debet repetere inueſtituram à ſucceſſoribus domini: ita libertus à ſucceſſoribus patronorum, vt in tit. hic incip. conſuet. reg. c. hæc ſunt capitula, in prin. in tit. de feud. & benefi. l. imperialem, §. præterea ſi quis. in decre. xij. q. ij. c. longanimitate. Idem dicit Azo in vaſallo, ꝙ dicitur in liberto, (arg. ff. de oper. libert. l. interdũ in ſolutione Brocardi,) quòd quis poſſit feudo renunciare in generali, de feu. ſeu benefi. et facit etiam ad hoc quod notatur in ſumma, in titul. j. §. illud tamen notandum: eo tamen inſpecto, quod di-

ctum eſt ſuprà eod. in ſumma. §. vel feudum eſt, & §. ſi verò fidelis eſt. Habita etiam ſimilitudine curatoris, qui poteſt creari ad certam rem vel cauſſam, vt in Inſtit. de cura. §. item inuiti. Videbatur enim quòd indiſtinctè addicendo ſeruitium, vaſallus non teneatur ſeruire: veruntamen iudex poterit conſiderare voluntatem domini & vaſalli, & ætatem, & conditionem, & naturam, & ingeniũ, vt arg. ff. de oper. libert. l. eius, §. tales. ff. locati & cõduct. l. ſi merces, in prin. ff. de iure dot. l. cùm poſt, §, gener. argu. ff. de lega. ij. l. quidam in teſtamento. ff. de annu. lega. l. ſicut. ff. de aliment. & cibar. lega. l. cùm alimenta. C. mandati, l. ſalarium. ff. de lega. j. l. ſi domus, in prin. ff. de lega. iij. l. fideicõ. aliàs, l. Stichus liber. Attamen vbi certum ſeruitium eſt adiectum, tunc alia ſeruitia non tenetur præſtare, licèt aliàs teneretur, (arg. C. de pactis cõuen. tã ſuper dote, l. vlt. primo reſponſ. in fine. C. de procuratorib. l. maritus, in fin. ff. de fund. inſtructo. l. cùm delanionis, §. pen. ff. de appellat. l. ſcio, primo reſpõ.) maximè cùm illud actum eſt, vt illud ſolùm præſtetur: alioquin non receditur à ſeruitijs quæ præſtanda ſunt ex natura feudi, quamuis certa ſeruitia ſint nominata arg ff. de actio. & oblig. l. quotiens. ff. de re iudica. l. à diuo. §. exequitur. ff de alimentis vel cibari. legat. l. verba. ff. de fundo inſtruc. l. quæſitum, §. pen. argu. ff. de conſtitut. pecun. l. ſi verò.

CAP.

CAPVT XXXIIII.

Quando datur feudum ad ſeruitium equi?

ITem quandoq; datur feudum ad ſeruitium equi. Si quidem dicatur quòd debeat ſeruire domino cum equo, tunc poteſt dici quòd ſeruiat tanquam miles cum equo, & non tanquam pedeſter: & hoc ex ui verbi, vt equus non ſit in conditione feudi, ſed perſona vaſalli: (vt argu. ff. depoſiti. l. j. §. quæ rebus. & facit etiam ad hoc, quod notatur in ſumma in titul. proxi. § .item vaſallus excuſatur) vel poteſt dici quòd ex conſuetudine interpoſita, vbi ſit mētio de ſeruitio equi, quòd vaſallus debeat tenere equum & præſtare domino ad eius voluntatem: & hoc ſeruitium præſtatur ex vſu, (vt in titul. de feud. & beneſi. l. in nomine ſanct. & indiuid. §. præcipimus) qui vſus in ciuitate Veronenſi talis eſt, quòd vaſallus debeat emere equum nō meliorem vel deteriorē, ſed mediocris figuræ, (arg. C. de dona. l. ſi quis argentum, §. ſimili quoque modo. ff. de leg. j. l. legato generaliter, primo reſpon) & tenere equum ſuis expenſis, & dare domino ad eius voluntatem: & poteſt vti dominus equo ad vſum communem, ad quem apertus eſt, licèt cum periculo. argu. ff. de vſufruct. l. arboribus, §. nauem. ff. de vſu & habitat. l. plenum, §. ſed ſi boue, §. equitij. Et dum dominus habet, ipſe dominus debet præſtare expenſas equo, ſicut in alijs ſeruitijs plenè notatū eſt de

eſt de expenſis ſuprà ead. ſumma, §. ſi verò fidelis eſt dominus: & dũ equus eſt apud dominum, vel precium equi, vel ſi culpâ domini equus ſit peremptus, non tenetur vaſallus alium equum domino emere, ſed dominus reſtituat vel emat equũ, & vaſallus eum retinebit: ſi verò equus ſit peremptus apud dominũ caſu, tũc trãſacto quinquẽnio ex cõſuetudine Veronẽſi vaſallus alium equũ emat & retineat. In quibuſdã verò Curijs tenetur tantũ poſt vi. vel vij. annum, ſed magis de quinquennio obtentum eſt, & à prudentibus conſultum. Item vbi vaſallus pro conditione debet domino tenere equũ, tunc ſi feudum vendatur pro communi ex neceſſitate debiti communis: dominus de eo precio ſuo iure debet percipere duas partes precij. vt in titul. de feud. & benefi. conſtitutio. c. vt feudo pro debito. Item quandoque datur ea conditione, vt vaſallus in feudo habitet, & tunc deſerta habitatione feudum amittit, vt in titul. de capit. extraor. §. vt inter conditionalia. ff. de condit. & demonſt. l. libertis. Nam vbi vaſallus non facit id pro quo datum eſt, feudũ amittit, vt notatur in ſumma, in titul. proxi. §. item ſi vaſallus non facit. Item poteſt ad certum tempus dari, vt inf. eod. §. item de cõdictione feud. §. item ſciendum. & in tit. qualiter. iur. deb. vaſall. §. qui à principe, in fin. argu. C. de donatio. quæ ſub modo. l. ij. in Inſti. qui dari tutor. poſſ. §. ad certum. ff. de tutel. teſta. l. tutor. §. j. ff. de teſtam. milita. l. in fraudem, §. vlti. ff. locat. & conduct. l. item quæri-

 tur, §.

tur,§.qui impleto,& l.qui ad certum.argu.contra. ff.de hæred. inſtitu.l. hæreditas. in Inſti. de hæred. inſtit.§.ex certo.ff. de adopt.l.ſi tibi filius.ff.de reg. iur.l.actus.ff.de ſerui.l.iiij.ff.de act.& oblig.l. obligationum ferè. Poteſt etiam dare dominus alicui vt ipſe habeat in feudū ſi meruerit, vel ſi nō offenderit,& conſiderabitur meritum arbitrio boni viri, vel videbitur mereri etiāſi non ſeruiat,dummodo non offendat,argu.ff.de leg.ij.l.cùm quidam, & l.cū pater, §.rogo.ff.de leg.iij.l.fideicō.§.proinde:qui verò ſint ſine offenſa,habes ff.de manumiſſ. teſtamēt.l.cēturio,§.j.Et multa poſſunt deprehēdi merita,vt ff.de manumiſ.vindicta.l.etiā,§.ij.Debent ab eis vaſallis ſeruitia exigi,vt ex illo mereri videantur,vt argu.ff.de manumiſſ.teſt.l.centurio, primo reſpon. Sed iure feudum habet cùm poterit offendere & non offendit, (argu.ff. de manumiſſ. teſta.l.libertus) & fortè ſatisdabitur de nō offendendo.arg.ff.de cōditio.inſtitutionū, l. mulier quæ, primo reſp.ff.de condit.et demōſt.l. cū tale,in prin. et l. Titio fundus.et l.ij.et l.his cui, et l.cū ſub hac. ff.de condict.ob cauſ.l.dedi,in princ. & ff. locat.& conduct.l. inſulā,in fine. et ff. de donat.l.pen.§.eadem. ff. ad exhiben. l.ſed hominem, §.ſi tibi.argu. contra.ff.de cōdict.ob cauſ.l.dedi,primo reſpon.ff. de annu.legat.l.liberto,§.largius.Vel dicetur mereri,ſi dominū in prælio adiuuerit, vel contra latrones tuitus ſit,vel eum ſanauerit,vel inſidias detexerit,vel ſi periculo vitæ eum liberauit, vel infamia.

Sed

Sed quia lõgum eſſet enarrare cauſſas meriti, docẽdum eſt ꝙ iudex, apud quem de ea re agetur, æſtimet merita ſi interuenerint vel nõ. arg. ff. de manumiſſ. vindict. l. iuſta cauſſa, et l. etiã, §. j. Argumẽtis tamẽ quibuſdam videtur quòd iure feudi non habeat, niſi cùm certum erit eum offendere non poſſe. argu. ff. de verb. oblig. l. ſtipulatus, §. j. ſi poſt mortẽ. vt arg. Inſtitut. de verb. oblig. §. ſi quis ita ſtipuletur.

CAPVT XXXV.

Vtrum ſub pacto legis commiſſoriæ licitum ſit feudum dare.

SVb pacto verò legis commiſſoriæ non licèt rem in feudum dare: putà debitor obligauit rem creditori, & ſi ad certum tempus pecuniam non ſoluit creditori, quòd ipſe creditor habeat rem in feudum. Nam eo caſu auditur debitor recuperare rem volens ſi debitum offerat creditori, quia feudum nõ prætextũ pecuniæ tantùm datur, ſed amore & honore quæritur, vt in titul. qualiter ind. feud. ſit ex. §. ſi quis obligauerit. in titul. qui deb. feud. §. ſimiliter feudum. argumen. C. de pactis pignorum, l. quoniam inter. Sed fortè aliud eſt in pacto inter fideiuſſorem & debitorem: vt ſi debitor fideiuſſorem ita daret ad tempus, quòd ſi fideiuſſor pro eo ſolueret, quòd ipſe fideiuſſor haberet pignora data creditori in feudum; (arg. ff. de contrahen. emp. l. vlti. j. reſpõſ.) ſed prædicta ratio videtur refragari. Idem non poteſt dari pacto in præ

 iudiciũ

iudicium alterius, vbi ſolum pactum reprobatur: putà regulares clerici vel ſeculares concedunt res in feudum, vt dominis de eis decimas ſoluant, & apud eaſdem eligant ſepulturas, & hoc in praiudicium parochialium Eccleſiarum ſibi ſubditarum, vt in tit. j. §. ſi Epiſcopus. Idem de eo qui rem vendidit pro centum et tradidit recepta parte precij, & niſi emptori ſolueret reſiduã partem precij, ad tempus, quòd poſtmodum totam rem retineret in feudum, videtur quòd valeat, quia pactum quod in traditionibus rerum apponitur, valere debet, niſi expreſsè ſit reprobatum. ar. ff. de pac. l. in traditionib. C. de pac. l. legem quam. C. de pa. do. l. j. ff. de praſc. verb. l. reb. & arg. ff. de lege commiſſor. l. ij. & iiij. & per totam. Idem in toto precio, argum ff. de contrahen. empt. l. Celſus, §. j. Fides enim ſeruãda eſt inter dominum & vaſallum, & conditione adiecta in datione beneficij: graue eſt enim fidem fallere argu. ff de iure immunit. l. ij. primo reſpon. ff. de conſtitu. pecun. l. primo reſpon. Idem poteſt dici cùm datur in feudum pecunia accepta ſub pacto addictionis in diẽ: vt ſi alius maiorem quantitatem pecuniæ attuliſſet, quòd remaneret infeudata, arg. ff. de in diem addict. l. j. & ij. per totum. Itẽ poteſt dari eo pacto in feudũ, vt ſi diſplicuerit res, ſit infeudata tempore certo adiecto, argu. ff de contrahen. emp. l. emptio, §. emptio. §. tam ſub condic. & in iſtis duobus caſibus ſi certum tempus non eſt adiectum, ſtatuitur à lege lx. dierum, argu. ff. de edi.

ædil. edict. l. quod ſi nolit, §. penult. per id tamen, quod ſuprà dictũ eſt, poteſt perpendi quòd in feudum poteſt dari pecunia interuenienti: de qua materia ſuprà ead. ſumma notaui plenè in §. itẽ quòd dictum eſt quòd vaſallus poteſt in feudum, & §. vbi feudum, ſecundum quod dictum eſt.

CAPVT XXXVI.

Quibus modis feudum acquiratur.

NVnc ad ꝓpoſitum redeamus, & videamus quibus modis feudum acquiratur. Et certè acquiritur quinque modis: primò ſcilicet inueſtitura, ſecundò ſucceſsione, tertiò propter delictum cohæredis, quartò præſcriptione, quintò quadam conſignatione, de quibus ſingulis videamus. Primò de inueſtitura: acquiritur autem feudum per inueſtituram, vt in titul. qualiter iudic. feud. ſit ex. §. ſciendum. in titul. explicit liber primus, §. ſciendũ, in fin. in titul. hic incip. conſue. reg. 6. j. §. ſciendum. in titul. qualiter iura. deb. vaſ. §. rei autem, & §. per ſuc. Et propter inueſtituram fidelitate ſubſecuta, videtur quòd deberet dominus poſſeſsionem vacuam, de qua fecit inueſtituram, tradere: cùm beneficium intelligatur inueſtitura cum traditione, vt in tit. qualiter iura. deb. vaſ. indi. in fin. primi reſponſi. & argu. in titul. de vlti. volunt. l. ſi quis res ſuas. in titul. de capi extraor. §. beneficium intelligitur inueſtitura, inf. eod. § . ſi autem.

controuerſia.in titul.hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi,§.vbi verò, in fin.arg.C.de probat.l.cùm res. ff.de actio.emp.l.ſi pater tuus. C.de diſtract.pigno. l.qui prædiũ. Nec ſufficit ſi velit pſtare intereſſe,vt in tit.ſi de feud.vaſal.fuer.interpel. § ſi facta de feudo: et ad hoc quod notaui infrà ead. ſumma.§. in feudo autem ſciendum. Credo tamen ſufficere ſi tradat poſſeſsionẽ,licèt non vacuam,quantũ ad hoc vt vaſallo ius in re ſit acquiſitũ: nam etſi nõ vacua, transfertur dominium, dummodo qualis qualis inductio interueniat,argu. C.de rei vendit.l.ſeruũ ff.de contrahen.emp.l. cùm fundus.§.j.ff.de actio. emp.l.Iulia.§.poſſeſsione autem.& ff.de fundo dot. l.dotium, §.ſi fundus. ff.rem ratam, l ſi.indebitum,§.vlti.ff.de publi.acti.l.traditione.ff.de acquirend.rerum domi. l.liber homo,§. quicquid.ff.de pecul.l.eo tempore,§.vltimo,

CAPVT XXXVII.

Vtrum vaſallus ex ſacramento aſtringatur,ſi dominus rem non tradiderit.

QVòd ſi dominus rem non tradiderit, vaſallus ex ſacramento non aſtringitur,vt argu. C.de non numer.pecu. l.indubitati.C.de tranſact.l.ſi ſterilis,& l.ſi quis maior.ff.qui ſatiſda.cogant.l.vlt.ff.locati.& conduct.l.quæro,§.inter locatorem.arg. C.de bonis proſcriptor.l.ſi quis poſt,primo reſpõ.ff.de actio.emp.l. Iulia,§. offerri. in Autẽ.de non eligen.ſecundò nubent.§.vlt. Et

de hoc

de hoc tractatur etiam in ſumma, in titul qualiter iura.debe.vaſal.circa fin.nec quando vaſallus obligauit feudum domino, vt dominus vtatur fructibus,vt in titul. de feud. & benefi. c. inſinuatione: hic addas quæ notaui in ſumma,in titul.qualiter iura.debe.vaſal.§.ex ſacramento,in princip. Sed quando non tradidit dominus,omnem rei vtilitatē præstabit, (vt in titu. qualiter iura.debe.vaſal.§. j.ff.de pericul. & commodo rei vendit. l.j. C.de actio.emp.l.poſt.in Inſti.de empt.& vendit.§.ſed et ſi poſt) id eſt,omne illud quod vaſallus eſſet habiturus, ſi ei poſſeſſio vel res eſſet tradita, (vt argu.ff. de rei vendic.l.præterea.ff.vnde vi.l.j.§.nō ſolùm) ſcilicet omnem vtilitatem quæ circa rem conſiſtat, arg.ff.de act.emp.l.ſterilis,§.cùm per creditorem: ſed quando vitiosè traditur,præſtatur etiam intereſſe quod eſt extra rē, vt ff. de act.empt.l.Iul.primo reſpon. Item poſſet fortè dominus & aliam pœnam pati vt priuetur à proprietate, ſicut vaſallus priuaretur à feudo. vt in titul.ſi de feud.vaſ.fuer. interpel.§.domino cōmittente.in tit. hic incip.conſ. reg.c.hæc ſunt capitula, §.ex facto quæſitum.& ad hoc addantur q̄ notaui in ſumma,in titul proxi.§. præterea niſi dominus.

CAPVT XXXVIII.

Si dominus duos ſeparatim inueſtierit & primo non tradiderit, ſed ſecundo, vter in feudo ſit potior.

 Etſi

ETſi dominus duos inueſtierit & primo non tradidit, ſed ſecũdo, ſecũdus potior eſt in feudo, vt in titul. de cap. extraor. §. beneficiũ intelligitur inueſtitura. argu. C. de rei vendi. l. quotiens. Sed ſi primo tradidit Titio, quem vltimo loco inueſtiuit, & tradidit Seio antequã Titius inueſtitus foret: Seius potior eſt, licet ei primò non fuerit traditũ. arg. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. ſi duobus, in prin. ſimile ff. ſolut. matrimo. l. v. in fin. & l. vi.

Item vbi primus, cui tradita fuit res, ſciat cùm res traditur ſecundo ignoranti, & taceat per annũ, prima traditio pro nulla debet computari. vt argu. in Lombard. de eo qui alij prius deleg. l. j.

CAPVT XXXIX.

Vtrum ex ſola inueſtitura ſeu porrectione baculi, poſſeſſio vel ius in re feuda. acquiratur.

EXhis quæ dicta ſunt poteſt perpendi, quòd ex ſola inueſtitura ſeu porrectione baculi, poſſeſſionem vel ius in re non acquirit in feudo, niſi tradita fuerit, vel adepta voluntate domini. argu. ſuprà dictarum legum, & arg. in Lombar. de vlti. volunt. l. ſi quis res. C. de acqui. poſ. l. iij. C. de rei vendi. l. ſeruum. et C. de act. vendit. l. quod tibi. in titul. de feud. & benefi. c. per litteras. Nam plus

eſt

eſt poſſeſsionem dare quàm inueſtituram concedere, vt in decre. xvi. q. ij. c. iuſſus, §. conſilio. Itaque baculus ei non facit poſſeſsionis traditionem, ſed eſt ſignum ſimile. vt in tit. de cap. extraor, §. ſicut, & § libertum. in Inſti. de emp. & vend. primò reſpon. Alioquin ſi ſine voluntate domini nanciſceretur poſſeſsionem, non tanquam vaſallus intelligeretur poſsidere, ſed potius tanquam prædo, (vt ff. de acqui. poſ. l. ſi ex ſtipulatione, & l fundi venditor) & tradita non intelligeretur, ſi eſſet in præſentia vel in conſpectu oculorum, arg. ff de contrahen. emp. l. clauibus. ff. de acqui. rerum domi. l. qua ratione, §. interdum. in Inſtit. de rerum diuiſ. §. interdum, §. item ſi quis. ff. de acqui. poſſ. l. j. §. ſi iuſſerim. ff. de ſolut. l. pecu. C. ſi certum petatur, l. ſingularia. Item ſi habeat pro tradita, vt cum res erat primò apud vaſallum & patitur eſſe apud eum: vel tradidit claues horrei cùm ſit coram horreo, vel inſtrumentum venditionis in quo res continentur, vel retinendo vſumfructum ſe, vel manifeſtando pro vaſallo poſsidere, (ſuprà dict. l. & C. de latina libertat. tol lend. §. ille etiam nouimus. C. de donat. l. j. & l. ſi quis. ff. de acquiren. poſſ. l in eo. arg ff. de rei vendica. l. quædam mulier) vel imponendo cuſtodem, (vt ff. de acquir. rerum domini. l. quarundam) vel ſignando, vt ff. de peri. & commo. rei vendit. l. quòd ſi neque.

CAPVT XL.

Vtrum iurisdictio vel ius decimationis, vel aliæ res incorporales ſine poſſeſſione dari poſſint in feudum cùm non poſſideantur.

SEd quæritur, q̄d in iurisdictione, vel decima ſeu iure decimationis, vel alijs rebus incorporalibus? Reſpōdeo, ſine poſſeſſione dari poſſunt in feudū, quia non poſſidentur: vel dicas ꝙ ceſsio interueniat, q̄ habetur loco cuiuſdā poſſeſſionis: vel ſufficiat vt dominus patiatur vaſallum vti, vel vt per poſſeſſionem rei corporalis incorporalia intelligātur tradita. arg. ff. de iure dot. l. in ſpōſalibus, §. j. C. de hæred. vel actio. vēdit. l. vlt. ff. de iure iu. l. cui. ff. de officio eius cui mandata eſt iurisdictio. l. j. in prin. & in fin. C. de nouatio. l. ij. in prin. ff. de peculio, l. quis ergo, & l. Sticho. ff. de ſeruitu. ruſtico. prædior. l. j. in fin. ff. de pub. act. l. ſi ego, §. j. ff. de ſerui. quot. ff. de ſeruituti. vrbano. prædi. l. j. in fin & l. ſi ædes, in fin. ff. man. l. ſi procuratorem, in fin. & ff. de minorib. l. quòd ſi minor, primo reſpon. Sed circa hanc materiam inuenias quæſtionem Io. & meam, vbi quæritur an inueſtitus ex ſola inueſtitura habeat vtilē actionē in rē: vbi plenè de hac quæſtione inuenies notatū, idcirco cū breuitate relinquo.

CAPVT XXXLI.

CAP-

Vtrum dominus neceſſariò debeat rē tradere vaſallo, & an liberetur præſtando intereſſe.

IN feudum autem ſciendum eſt quoddam ſpeciale, quòd dominus qui inueſtiuit vaſallum, omnino habeat neceſſe rem tradere, nec liberatur ſi velit præſtare intereſſe, (vt in eod. §. ſi autem controuerſia. in titul. qualiter iur. deb. vaſ. in fine primi reſponſi. in titul. ſi de feud. vaſa.. fue. interpel. §. ſi fœmina. de fo. ar. ff. de act. emp. l. exceptione, in fin. in Inſti. de donat. §. aliæ aūt) cùm beneficium intelligatur inueſtitura. & de hoc etiam notatū eſt ſup. ead. ſumma: & propter talē. Aliud tamē eſt in venditione ſecundū Doctores noſtros, qui dicunt ꝙ agitur ad intereſſe, vt arg. ff. de cōtrahen. empt. l. j. C. de act. empt. l. ſi traditio. Alij dicunt in vtraq; ſcilicet ſi dominus præcisè cogatur, arg. ff. de rei ven. l. qui reſtituere manu miniſtrorum: vel alijs remedijs prætoris, ſcilicet capiendo pignora, & vendendo, mulctam indicendo, vel corpus detinendo, (argu. ff. ſi ventris nomine mulier in poſ. l. j. §. neceſſariò. ff. de ventre inſpiciend. l. j. §. igitur. ff. de agnoſ. liber. l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his. ff. ad l. Iul l. pecu. §. cū eo. ff. de mune, et honorib. l. ſi quis. in Inſti. de ſatisdati. §. vlti.) alioquin ad intereſſe, vt in dictis ll: ſed ego puto vtilius vt petas rem, vel tantum pro intereſſe, vt detur electio cōuēto. Simile no. C. de reſcin. vēdit. l.

rem

rem minoris.ff.de reg.iur.l.miles,§.j.ff.de iur.dot. l.plerunq;,in fin. Meritò autẽ dicitur feudũ acquiri per inueſtituram, quia ſine ea conſtitui non poteſt,(vt in titu.qualiter iudi.feu.ſit ex. §.ſciẽdum) niſi ſit tale quod pro inueſtitura habetur: putà ſi dixerit coram patribus curiæ, Vade in poſſeſsionem illius feudi vel prædij,& teneas pro feudo, vt in titu. hic incip.conſue.reg.c.j.§.ſciendum. arg.ff.de don. l.qui ſaxum. alioquin ſi ingrederetur ſine eius voluntate,videretur potiùs prædo, vt ſuprà dictũ eſt, vt ff.de acquiren poſſ.l.ſi ex ſtipulatione, & l. fundi venditor. Facta autẽ inueſtitura debet vaſallus iurare,(vt in titu.explicit liber primus. l.inueſtituram,§.vlt.) & ſi iurare recuſat,nulla eſt ei facienda inueſtitura,niſi ex pacto ſit acquiſitum,vt in eo. c.§.nulla,vel niſi ſit controuerſia de feudo: nã tunc iurare non tenetur, licèt ſit inueſtiendus,vt in titu, nouum non.pa.c.vlti.§.quæſitum. & de hoc inuenies notatum in ead.ſumma, §. aliquando tamen. & in tit.de contro.feud.§.vt ſi quidem,& §. vbi verò non habet, & inf.tit.j.§.ſed quæritur. Quid ſi vaſallus cauſſ. * vel ſi iurauerit prædeceſſori & ſucceſſoribus? quo caſu non debet iurare ſucceſſori, ſed inueſtituram recipere,prout eſt moris,(vt in tit.de feud.& benefi.l.per voluntatem imperialem,§.præ tereà.& c.per literas tuas.in titu. de ſacra. & for. fideli.c.veritatis.in titu.hic incip.conſue.reg. c. hæc ſunt capitula,in prin.vel niſi feudum ſit modicum, de quo non eſt veriſimile ꝙ iurare debeat ex conditione

tione perſonarum dantis & accipientis, vt in titul. de cap.extra.§.de fidelitate. & addas quæ notaui ſuprà ead.ſumma,§.feudum autem.& in tit. qualiter iur.deb.vaſal.§.fidelitatem. Et ſi talis inueſtitura, tã de nouo beneficio quàm de veteri.de nouo quum aliquod beneficium conceditur, quod non habuit nec anteceſſor,nec aſsignatus eſt: de veteri cũ ſuccedit aliquibus aſcendentibus vel agnatis habẽtibus feudum paternum, vel aſcendentium, (vt in titul.qualiter iur.debe.vaſal.§.ad filias.in titu.hic inci. conſ.reg.c.j.§.ſi verò clericus, & c.hæc ſunt capitula,in prin.in titu.qui debeant ſucced.in feud. in prin.) & tunc non propriè dicitur beneficium,vt argu.ff.de aqua quotid.& æſtiua,l.j.§.pen.in fin.licèt videretur quòd aliter deberet dici nouum feudũ, & vetus,ſcil.nouum,quod eſt acquiſitum nondum tranſacto anno:vetus,quod non eſt nouum, (argu. ff.de vino tri.& oleo leg.l.ex vſu,& l.vetus,& l. nõ aliter.ff.de publi.l.interdum, §.quotiens,§.ſed non eſt ita) quia non debet conſiderari ſpatium temporis tantùm,ſed genus & cauſſa.argu.ff. de ædili. edict.l.vlt.§.vlti. de qua materia inuenies etiam notatum ſuprà ead.ſumma.§.genera autem, & §.feudum non pat.& in ſumm.in tit.nouum non patern.

CAPVT XLII.

Intra quantum tempus debeat peti inueſtitura.

ET debet

ET debet peti inueſtitura veteris feudi infra annum & menſem, quod videbatur locum habere in vaſallo milite, & ſi non petat, feudum amittitur, (vt in tit. in quibus cauſ. feu. amit. §. prima autem, in prin. in titu. qualiter vſus benef. ſit tenen. §. ſancimus vt nemo miles vltra annū. in titul. hic inci. conſ. reg. c. hæc ſunt capitula, in prin. in tit. de feud. & benef. l. imperialem, §. ſi quis. & l. quicunq; ergo, §. nemo miles) maximè ſi vaſallus, qui debet petere inueſtituram, eſt maior xiiij. annis, vt in prædicta l. imperialem, §. præterea. Sed argu. eſt quòd minor excuſetur, ſed in damnum tutoris vel curatoris conuertatur, vt arg. ff. de publi. l. imperator. C. de fundis patrimon. l. ij. & inquire q̄ notaui in ſumma titul. proxi. §. item ſi vaſal. ab herede. & in titul. qualiter iura. deb. vaſ. §. fidelitatē.

CAPVT XLIII.

Quibus ex cauſſis excuſetur vaſallus, ſi intra tempus inueſtituram non petat.

EXcuſatur autem vaſallus, ſi iuſta cauſſa interueniat quare non petat, putà capitales ini micitiæ, infantia, iuſta abſentia, quæ qualiter ſit intelligenda, diligenter notaui in ſumma titul. j. §. item ſi vaſallus ab hæreditate, cum ſequētibus §. vel ſi poſt tempus celeri ſatisfactione ſibi conſulere ſtuduiſſet. arg. in titul. extra de location. & cōduct. c. vlti. argu. in titul extra de reb. Eccle. nō alien. c.

ſi quis

ſi quis presbyterorum.argu.ff.de ali.iu.mu. cauſſa. l.ex hoc,§.ſi quis & ita hæc.

CAPVT XLIIII.

Vtrũ pręſcriptio anni & diei currat mi nori,maiori annorum xiiij.

P*Ræſcriptio anni & diei currit maiori xiiij.annorum,(vt in titul.de feu.& benef.l imperialem,§.prætereà ſi quis)veruntamen ei ſubuenitur per in integrum reſtitutionẽ,argu.C.de in integr.reſtitu.mi. l. minoribus. Aliæ verò præſcriptiones ei nocent,niſi xxx.vel xl. annorũ (C.ſi aduerſus vſucap.l.j.C.in quibus cauſ.in integ.reſtitu. non eſt neceſſ.l.adoleſcentiæ, & l.vlt.C.quib.nõ obijcitur long.temporis præſcrip.xxx.vel xl.an.ſecundum Azo.reſtituitur adultus,vt C.in quibus cauſ. non eſt neceſ.reſtit.l. vlti.C. de præſcrip. xxx. ann. l.ſicut.Sunt & aliæ præſcriptiones quæ currunt minoribus,ſed reſtituuntur:quædam currunt & non reſtituuntur,nec ſunt tuti ipſo iure per l. C. in quibus cauſ.in integ,reſtitu.non eſt neceſſ.l.vlti.quia illa habet locum tantùm in præſcriptionibus quæ olim currebant & iuuabantur,& non in alijs: currit,& datur reſtitutio minori,q̃ infra annũ debuit implere voluntatẽ defuncti, & infra tẽpus facere inuentariũ,vt in Auten.de hæredib.& falcid.§.pupillus.Itẽ ſi p̃ſcriptio incœpit à defuncto maiore, vt ff.de fun.dota.l.ſi fundus.C. de non numer. pecun. l.ſi intra.ff.de minoribus, l.etenim.Ibi obijciebatur ei, &*

ci, & obyciuntur, & nõ * reſtituebatur, niſi hodie, .ſ. illa quæ obijcitur minori volenti accuſare. vt ff. de minorib. l. auxilium, j. reſpon. vel volenti tueri ſtatum defuncti, vt C. de ſtatu defunct. præter quinq;. l ſi mater. ff. ne de ſtatu defun. l. non eſt. Itẽ p̃ſcriptio nõ numeratæ dotis minori alij ſuccedenti. in Auten. de tempo. appel. §. pupillus: item præſcriptio iudicij terminandi, vt C. de iudic. l. properãdum, §. vltimo. Infanti autem ſubuenitur ipſo iure, vt in titul. qualiter vſus benefi. ſit tenendus, § .ſancimus, in fin. Nam nulla præſcriptio ei obijci poteſt, vt C. in quibus cauſſ. non eſt neceſſe reſtitu. in integ. l. vltim. C. in quibus ca. non obijci. longi temporis p̃ſcriptio. l. ſic iure. ff. de publi. l. imperator. Nã nec ipſe nec alius ꝓ eo fidelitatẽ facere cogitur, ſeruire tamen poteſt per aliũ, vt in titul. ſi de feud. vaſall. fuer. interpel. §. ſi quis decedat. Quid in adulto habente curatorem? Reſpondeo, dic vt notaui in ſequenti ſumma, §. quod autem ſequitur.

CAPVT XLV.

Quando currat annus vaſallo ad petendam inueſtituram.

ET currit annus ex quo vaſallus ſciuit dominum mortuum, (argu. ff. quis orn. l. ij. j. reſpon. C. qui admit. ad bono. poſeſſ. l. ij ff. quãdo ap. ſit. l. j. & vlti. C. quomodo & quando iu. abeo. C. de temp. ap. l. j. ff. de cal. l. annus, in fin. ff. de iur. & facti igno. l. j. j. reſpon. C. de iure deliberand. l. vlti.

vlti.§.ſin autem) & ſufficit eũ qualitercunq; ſciſſe & à quocunq;, & debet probari contra eum quod ſciuit. vt arg. ff. de adminiſt. tuto. l. quidã decedens, §. ex quo. & l. hoc autem. ff. de peti. hæredi. l. item veniunt, §. petitam. ff. de probationib. l. vetus. Ignorantia iuris non obeſt vt annus & dies currat, ſed non facti, niſi ignorãtia facti ſit ſupina, craſſa, ſumma negligentia vt ignoret, quod omnes de ciuitate ſciunt. vt argu. ff. de iuris & facti ignorã. l. j. in princi. §. j. l. nec ſupin. & l. regula, §. ſed facti. ff. de ædil. edict. l. cùm ſex menſes. ff. de excuſat. tutor. l. planè. ff. de inſti. act. l. ſed ſi pupillus, §. certè. ff. mandati. l. ſi fideiuſſor, in prin. in tit. de feud. & benefi. l. imperialẽ, §. prætereà. l. ſi quis. Annua enim exceptio remittẽda eſt, magna & iuſta ignorãtiæ cauſſa allegata: (arg. ff. qđ vi aut clã. l. ſemp, §. tertio, in fi. C. q admi. ad bon. poſſeſ. l. quicunq;. ff. de ædi. edict. l. cùm ſex mẽſes. ff. de calumni. l. annus) & maximè hæres videtur iuſtam ignorãtiæ cauſſam habere, vt ar. ff. de re. iur. l. q in alterius locũ. ff. de iur. et fact. ignorant. l. plurimũ. ff. de act. empt. l. ſi ſterilis. §. i. ff. quod vi aut clam. l. vim facit, §. j. ff. de vſucapionibus. l. penul. l. pluribus. ff. pro ſuo. l. vltim. in Inſti. de vſucapionib. ſed tamẽ item aliquando ſimile notauit Yr. in iure emphyteotico, vt hæres excuſetur, ſi ignorãs non ſoluit infra terminum penſionẽ, (vt notauit C. de iure emphy. l. ij. multum etiam facit ad hoc, ff. ad Senatuſco. Silla. l. ſi quis in graui. in fin.) et ita currit à tempore mortis & ſcientiæ, & cùm

G innueſti-

inueſtituram petere potuit, & domini copiam habuit, & ita fortè iſtud tempus erit in initio vtile, in exitu continuū: (arg. ff. de calumn. l. annus. ff. quando appel. ſit, l. j. §. dies autem. argu. ff. de acqui. hæredit. l. vētre. ff. ad Senatuſconſ. Sylla. l. ſi qs in graui, §. vlt.) vel dicatur quòd annus & dies, in qbus vaſallus potuit petere inueſtiturā nō impeditus iuſta de cauſſa, & in quibus copia fuit, à quo peti debuit: & in hoc tempore computabuntur tam dies feriati quàm non feriati, quia de plano peti poteſt. arg. ff. qs ordo in bonor. poſſeſ. ſerua. l. ij. j. reſp. ff. de bonorū poſſeſ. ſecundū tabul. l. ꝙ ex, §. filius. C. qui admit. ad bonor. poſſeſſi. l. ij. ff. de diuerſ. tempor. præſcri. l. j. ff. ad l. Iul. de adulte. l. miles quidam, §. ſexaginta. ff. quib. ex cauſ. manumiſſi. l. ſed et ſi per emptorē, §. ſi feriæ. et ff. de vſur. l. quidā, §. ſi pupillo.

Sed pone ꝙ vaſallus, qui debuit petere inueſtituram infra annū et diem, infra dictum tempus deceſſerit inueſtitura nō petita: nunc quæritur an filius vaſalli, qui in feudum ſuccedit, habeat tantum reſiduū tempus ad petendam inueſtituram, quod ſupererat defuncto? reſpondeo, videtur quòd tantum reſiduum tempus habeat, (argu ff. de mino. l. interdum, §. planè. ff. de re iudic. l. tempus. C. de in integrum reſtitu. l. ea quæ, §. quod, & §. vltim. arg. ff. quis ordo in bonor. poſſeſſi. l. vlti. §. vlti.) vel diſtinguatur vtrū ſupererat defuncto tertia pars anni et diei, vel plus aut minus. Si ſuperat tertia vel plus, tunc habeat tantùm hæres quod ſupererat defuncto:

functo:ſin minus, tunc habeat quod ſupererat, & tantùm aliud tempus detur quòd tertia pars anni & diei compleatur: (argu. C. de iudic. l. properandum, §. ſin autem in media:) vel dic quòd detur reſiduum tempus quod ſupererat defuncto, & etiam alij quatuor mēſes. vt argu. C. ſi pendē. appel. mors interne. l. ſi vnus. Sed ego puto quidquid argumentatum ſit, quòd hæres habeat integrum tempus anni & diei, nulla diſtinctione adhibita, (argu. ff. de iudi. l. ſi iudex. & argu. ff. de verb. oblig. l. & ideo hæſitatur, in fine. argu. ff. ad ſenatuſconſul. Trebell. l. in ſenatus, §. vlti.) maximè cùm hoc beneficium temporis perſonis hæredum datur, argu. ff. de re iudica. l. tempus, in fin. Nam defunctus infra annū & diem non poterat cogi inueſtituram petere, & fidelitatem facere. vt in Inſtitut. de verb. oblig. §. in diē. in Inſtitut. de inuti. lib. ſtipulati. §. pen. ff. de verbor. oblig. l. qui ante Calen. & l. qui hoc anno, & l. cū qui. §. qui ita ſtipulatus ante. ff. de act. & obliga. l. quiſquis. C. an dies leg. ced. l. ex his. ff. de ſoluti. l. ꝙ certò. Vnde in mora nō fuit, ff. ſi certū peta. l. lecta. ff. de reg. iur. l. nulla: meritò cùm in mora non fuit, hæres habebit annū et diē ex ſua ꝑſona ſtatim poſt mortē vaſalli, nō aūt annus et dies hæredis connumerabit demū poſt ann. et diē vaſalli, ſed ſtatim à morte vaſalli. arg. in tit. qualiter vſus benef. ſit tenē. §. ſacimus vt nemo miles vltra. in ti. in q̃b. cauſ. feu. amitt. c. vt aūt ea, in prin. in tit. hic inci. cōſue. reg. c. hæc ſunt capitula, primo reſpō. in tit. de feud.

 et bene.

& benefi.l.quicunquie igitur,§.nemo, & l.imperiale,§.prætereà ſi quis hæres quãdiu inſtitutus. argu. ff.de ſucc.edict.l.j. §.ſi intercedente.C. qui admit. ad bono. poſſeſ.l.vlti.in Inſtitu.de bono .poſſeſſi.§. liber. & §.ſi quis itaq;.ff.de bono.poſſeſſ.l.ſi plures.

CAPVT XLVI.

Vtrum idem ſit in agnato cui defertur, & qui,antequam agnoſcat, feudum repudiat, vel moritur.

IDem poteſt dici vbi defertur agnato, & antequam agnoſcat,feudum repudiat vel moritur,vt ſequens in gradu admittatur,licèt olim ſecus erat:(argu. C de le. hære. defuncti.in Inſtitu.de legiti. agnator.ſucceſſ.§.placebat,§.ſed nos: ff.de iure patro.l.ſiue patronus,§ vlti.ff.de bo.liber. l.ij.j.reſpon.in conſti. Græca veteris iuris alienationes,§.ſub quocunque obſeruandum. argu. C.de proxi.ſac.ſcri.l.vnicuique,§.quod ſi quis. de hoc etiam notaui in ſumma,in titul.de ſucceſſ.feud.§.vbicunque tamen,§.ſed quæri poteſt,§. vbi dictũ eſt) ſed ſi agnouit agnatus feudum,ſed infra annum inueſtituram non petierit, vt ipſum feudum amittat;ad dominum videbitur redire & non ad agnatos.vt in titul.de feud. & benefi. l.imperialem,§. prætereà ſi quis.in tit.hic incip.conſ.reg.c. hæc ſunt capitula,in prin.arg.quod agnatis. ff.de ſuc.edic. l.j.§.ſed inter centeſimum. C .qui admitt. ad bonor.

nor.poſſ.l.vlti.in Inſti.de bono.poſſeſ.§. liberis,§. ſi quis itaque.ff.de bono.poſſeſ.l.ſi plures. Agnatis alijs incipiet currere ex quo tempus præterijt in perſona anterioris,& ſciuerunt.arg.ff.de iuris & facti ignorāt.l.j.§.item ſi quis,§.ſi fiat.ff. ad ſenatuſc. Trebell.l. ij.§.vltim.de qua materia notaui plenius in titul.proxi.§,item ſciendum, et §. ſed quæritur ſi filius.Itē poteſt quæri dominus de domo eius.

CAPVT XLVII.

Vtrum frater inueſtitus de parte ſua, mortuo fratre ſuo habeat neceſſe petere inueſtituram pro parte fratris ſui mortui.

SEd quæro, nunquid frater qui de parte ſua eſt inueſtitus,mortuo fratre habebit neceſſe petere inueſtituram pro parte fratris? Reſpondeo, ſi frater mortuus nondum ſuam partem agnouerat et eius pars fratri ſuperſtiti accreuerit,quòd frater ſuperſtes non habet neceſſe petere inueſtituram,uel iurare nouiter fidelitatem pro parte fratris mortui deficientis:(arg.ff.de hared.inſtitu.l.liber homo,§. Titius ex ſe.ff.de acqui.hære.l.ſi quis hæres inſtitutus.ff.de manumiſ.vindi.l.ſi hæres,in fin.ff.ad Trebell.ſenatuſ.l. Pōponius tractabat.ff. de peculio.l. peculium.§.ſi cre.ff. de bonor.poſſeſ.ſecundum tabulas,l.æquiſsimum, § .ſi duo) ſecus tamen eſſet ſi mihi per me nō accreſceret,ſed per eum qui in mea

poteſtate eſt: nam tūc neceſſaria erit alia aditio, vt ff. de acqui. hæred. l. ſi ſolus, in fin. Idem puto ſi dominus augmentet feudum, nam tunc habet naturam veteris feudi, & non ſortitur naturam noui feudi: quod dic vt no. in ſumma, in titul. nouū non patern. §. ſi quæritur. Si verò ambo fratres de feudo inueſtituram accipiant, ſi vnus poſteà decedat, frater qui ei ſuccedit, tanquam ſucceſſor quilibet debet petere inueſtituram, vt dictum eſt in hærede. Si verò frater amittit ex delicto, quia infra annum non petijt inueſtituram, tunc fratri accreſcit: vnde tunc non eſt neceſſaria inueſtitura, vt argu. in Auten. de hære. & fal. §. ſi quis autem, circa prin. Item non eſt neceſſaria inueſtitura vbi vaſallus propter offenſionem amittit feudum, & dominus poſteà remittit offenſionem, (argu. ff. de excuſat. tutor. l. Titius, in prin. ff. ad l. Iul. de adulter. l. ſi vxor, §. vlti. ff. de militar. teſtam. l. in fraudem, §. j. ff. de adimē. leg. l. iij. §. vlti. l. quòd ſi iterum. & ad hoc etiā inquire arg. in ſumma, in titul. proxi. §. illud tamen. in fin. & §. ſed pone. & in tit. de conten. feud. §. vbi tamē ideo) niſi dominum occidiſſet vel mutilaſſet, quo caſu nō poteſt ei remitti, (vt in titul. de feud. & benefi. c. ad aures, in fin. & c. in quibuſdam, §. j.) vel ſi non longo tempore, poſtquam priuatus eſt, etiā per ſententiā fuerit vaſallus à domino inueſtitus de eodē feudo: nam tunc non dicitur nouum, ſi domino nondū reſtituerat feudū. vt argu. ff. de ritu nuptiar. l. pleriq. ff. de iure dot. l. ſi mulier poſt diuortiū, et l. diuus Seuerus

nus Seuerus. arg. ff. rerum amotar. l. vlti. arg. ff. de pact. l. ſi vnus, § quòd ſi ſpē. ff. de liber. et poſthu. l. filio. ff. ſoluto matrimo. l. ſi mulier. ſed cōtra hoc eſt arg. ff. de precario, l. ſed ſi manente, in fin. ff. de arbi. l. ſi cū dies, in prin. ff. de decuri. l. ij. §. ſed ſi iudex. ff. de acqui. hare. l. cum hæres, §. j. in fin.

CAPVT XLVIII.

Quod commodum habeat vaſallus per inueſtituram.

P*Er totalem aūt inueſtituram tale commodū conſequitur vaſallus, ſcilicet vt eodē iure habeat vaſallus, quo habuit qui inueſtiuit, (vt in tit. de cap. extraor. §. item eadem lege. arg. ff. de acquir. rerū domi. l. traditio) vt rei vendicationem vtilem habeat contra quemlibet poſſeſſorem, et etiā cōtra dominū. vt in tit. qualiter. iurar. debeat vaſall. §. rei aūt, in tit. hic incip. cōſ. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſi cauſſa arg. ff. de rei vēdica. l. in ſpeciali, §. ſuperficiario. ff. de ſeruit. l. & hui pignori ff. ſi ager. vectiga. peta. l. j. §. vltim. ff. de pignor. l. tutor, §. vlti. et ff. de pig. l. grege, §. iij. ff. de ſuperfici. l. j. §. ꝙ autem, §. is autē. Directū verò dominiū ad alium ſpectat, vt in titu. qualiter iura. deb. vaſal. §. è contrario: quia remanet apud dantem, vt in titul. in quibus cauſſ. feud. amit. j. reſp. & poterit vaſallus fructus fundi petere non tanquam ipſe, ſed loco domini, cuius auctoritate debet fungi. vt in ti. de feud. & beneſi. c. ad audientiam noſtram.*

CAPVT XLIX.

Aliquando ex inueſtitura nihil commodi conſequitur.

ALiquando tamen ex tali inueſtitura nihil commodi conſequitur, vt domino aliquod ſeruitium fiat: vt ſi quæſtio eſt de feudo, & dominus inueſtiat vaſallū de ſuo recto feudo, qđ facere cogitur, ne curſus temporis pendente cauſſa noceat vaſallo: nam tunc intelligitur facta tātum de iuſto feudo, (vt in tit. de capi. extrao. §. benefi. intelligitur, in prin. §. ſi qua cōtentio de benefi. in fi. arg. ff. ad Trebelli. ſenatuſcō. l. ille à quo, §. ſi de teſta. in uerb. §. ſed qđ ſi fidei cōmiſ. in tit. explicit l. primus, §. inueſtitura autem. in titul. nouum nō pater. §. ex eo quod ſcriptum. in titul. hic incipi. conſ. reg. c. lex Corradi, §. ſi inter dominū. argu. C. de inofficioſ. teſtament. l. ſi quando. j. reſpō. argu. ff. de ritu nup. l. quanquam, j. reſpon. ff. de pac. l. tres fratres. C. de excep. l. aduerſus. ff. de liberatio. legat. l. nō ſolum, §. ſi hæres. ff. de aqua quotid. & æſti. l. pen. argu. ff. q̄ in fraud. credit. l. ſi pater filio. in titul. extrà de accu. c. olim. j. reſpon. in fin.) ſicut et cùm quid poſt cōfirmationem innouatur, ius nouum non cōquiritur, ſed antiquum cōſeruatur, vt extrà de cōfirm. vtili vel inuti. c. cùm dilectæ, §. nō igitur, in fin. in tit. extrà de priuil. c. ex parte, in fin. in decre. xij. q. vj. c. p̄ceptis. Vbi autem ſciens uaſallum amiſiſſe feudū inueſtiuerit, tacitè puto ipſum remiſiſſe. argu. ff. de adimend.

admend.legat.l.quod ſi totũ.ff.de iniur.l. non ſolũ §.j.ff.de lege commiſſoria.l.poſt diem.ff.de eo quod certo loco.l.vlti.C.de in integr.reſtitutio.l. j. C. de iure domini.impetran. l.ij.C.de condictiõ.indebiti.l.indebitũ,§.j.ff.depoſiti.l.ſi hominem,§.quotiẽs. arg.ff.ad l. Iul.de adulterio.l.ſi vxor,§.vlt.ff.de excuſa.tutorum. l.athletæ.§.da.C.de operis libertor. l.libertæ.ff.rerum amotar.l.iij.§. ſed. & in titul. de feud. & benef.l.de militum.de hac etiam materia notaui in ſumma, in titul.de content.feud.§. at ſi quidem,§.vbi verò non habet, §. vbi tamen ideo, ſuprà ead.ſumma,§.ſed quæritur nunquid frater, inf.tit.j.§.ſed quæritur quid ſi vaſallus cauſſam,§. iſtud tamen,in fin.§.item ſi potuit,in fin.

CAPVT L.

Vtrum inueſtitura poſſit dari & accipi per nuncium & procuratorem.

TAlis inueſtitura poteſt dari & accipi per nuncium vel procuratorem,nec nouum aut mirum me accipere quod per alium accipio, ut argu.ff.de donat.inter vir. & vxor.l.iij.§.ſed ſi debitorem, in fin.ff.de calum.l.ſi quis ab alio.ff.de adminiſt.tutor.l.ita autem,§.geſſiſſe.ff. de fide. & hær.tuto.l.poſtulare.ff.de legat. l.filius.ff. de don.l. iiij.& in titu.explicit liber primus,§. perſonam in titul.de capitu.extraord.§.inueſtitura.in titul.extrà de præbẽ.c.accedẽs.arg.ff.de bono.poſſeſ.l.bonorũ,§ acquirere.ff.de ſucceſſorio edict.l.j.§.proinde

ꝓcur.ff.ad Trebel.Senatuſc.l.qui ita,§.j.ff.de manumiſ.vindict.l.etiã.§ abſens.ff.de offic.ꝓcura. Ca ſa.l.j.in fin.ff.de acquirẽ.hæred.l.ſi quis alicui mãdatũ.C.mandati,l.ſi maritus. Nam & per aliũ iurare poteſt in animam vaſalli,vt notaui in ſumma, inf.qual.iura.debe.vaſal.§.generaliter omnis.arg. contra.ff.de acqren.hæredi.l.procuratorẽ.C. vnde liberi,l.nec mulierem. Libertatem autem per nuncium vel procuratorem dare nemini conceditur, niſi per deſcendentem,vt in d.l.nec mulierem. C. communia de manumiſ.l.j.§.vlt.ff. de manumiſſ. l.ſi cõſentiente,& l.nepos.ff. de manumiſ.vindi.l.ſurdi,& l.pater ex,in princip.

CAPVT LI.
Per quos inueſtitura feudi noui probari debeat.

INueſtitura noui feudi probatur vel probari debet per pares curtis,ſi ſunt pares et adſunt,aliàs per extraneos probari poteſt:ſed in inueſtitura veteris feudi indiſtinctè omnes admittuntur, vt in tit.hic incipit. conſue. reg. c. j. §. ſi verò clericus,§ quod autem. in titul.de capi.extraor.§,quod autẽ,§.idcirco.in Lombard.de vltima volunt. l. ſi quis res ſuas,& in titu.de feud.& benef.l. quicunq; igitur,§.ſi quidem vaſallus. In feudo verò clericorũ æqualiter admittuntur tam pares quàm extranei, vt in tit.qualiter iudi.feud.ſit ex.§.ſi inter dominum,in principio,& in fin. de quo etiam notatur

in

in ſumma,in tit.de content feud.§.ſi verò vaſallus.

CAPVT LII.

Quid dicatur inueſtitura.

ET dicitur propriè inueſtitura ipſa poſſeſſio, ſed abuſiuè dicitur,quando haſtam vel baculum vel virgam porrigit dominus inueſtituram faciendo.vt in titul. explicit liber primus, incipit ſecundus,§.inueſtitura propriè. Nam benè dicitur inueſtitura cum traditione, (vt in titul.de cap.extraord.§.beneficium intelligitur) & plus eſt poſſeſſionem dare,quàm inueſtituram concedere,vt in titu.decret.xvj.quæſt.ij.§.viſis,§.conſilio itaque. Nam baculus vel virga nihil aliud facit,niſi quòd eſt ſignum inueſtituræ: ſicut & liber in quo iuratur,vel arrha,vt in titul.de cap. extraord.§ ſi cui,& §.librum.in Inſtitut.de contrahen. emp.in princ.

CAPVT LIII.

Quibus modis acquiratur feudum.

ACquiritur autem feudum non ſolùm ꝑ inueſtituram,ſed etiam pluribus alijs modis,putà per ſucceſſionem.vt in tit.hic incipit cõſ. reg.c.j.§.ſciendũ,& in titu.qualiter iurare . debe. vaſall.§. per ſucceſſionem, argu. Inſtitut. per quas perſõ nob.acqri.§.hactenus)et hoc verũ eſt ab inteſtato. Nã ex teſtamẽto nulla voluntas ſuprema poteſt eſſe in feudo, (vt in tit.de ſucceſ.feud. j. reſpõ. arg.

arg. in Auten. de non eligen. ſecundò nubent. §. præſpeximus. in Autē. de nupt. §. veniet, & §. et ſup his, & §. ſed hæc quidem. in tit. de feud. & benef. c. nuper, §. nos, §. quid autem) ſicut dicit Placē. in tutela & cura presbyterorum & diaconorum & ſubdiaconorum, quòd admittuntur ad legitimam, & nō ad teſtamentariam vel datiuā, vt in Auten. de Epiſ. et cleric. §. presbyter, et inf. tit. j. p anima iudica. & §. legare. Sed quod dictum eſt quòd feudum acquiritur ſucceſsione, propriè videtur habere locum in cohæredibus & non in filijs, quia viuēte patre domini intelliguntur, & ad bona propria venire intelliguntur, nec eſt neceſſaria aditio: quia ſtatim ipſo iure hæredes exiſtunt, & nihil eis videtur deeſſe viuentibus parētibus præter adminiſtrationem. vt in Inſtitut. de hæredum qualitat. & differen. §. ſed & ſui. ff. de ſucceſſorio edicto. l. j. §. largius. ff. de ſuis & legitim. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. l. in ſuis. Vnde uidetur quòd filij non acquirant ſucceſsionem patris de feudo, ſed potius acquiſitū capiant: largo tamē modo benè dicitur quòd acquirunt. Item acquiritur feudū propter delictū agnati, vt in titul ſi de feud. vaſall. fuerit interpell. §. ſi vaſallus culpa. in titul. hic inci. conſ. reg. c. j. §. vaſalli feudum.

CAPVT LIIII.

Vtrum præſcriptione acquiratur feudum.

Item

ITem acquiritur præſcriptione, putà ſi rem alterius detinuerit quis xxx. an. tanquam feudatã à domino ſine inueſtitura, vt in titu. qualiter. iu dic. feud. ſit ex. §. quidam obligauerat. Nam licèt vaſallus pro alio poſſideat, nõ poteſt præſcribere domino directo: poteſt tamen præſcribere ius auferẽdi. (arg. C. de præſcrip. xxx. ann. l. malè, & l. cõperit, in fin. & l. cùm notiſſimi, §. ſed cùm, in fin. & §. vlti. C. de fundis patrimo. l. ius emp. & l. vlti. C. de fundis Reipub. l. pen. ff. de capti. & poſtlim. reuer. l. in bello, §. ſi qs ſeruũ) nec ipſe vaſallus priuatur feudo quantocunq; tẽpore ſteterit, etiam xxx. ann. q̃ domino nõ ſeruierit, dummodo petẽti ſit paratus ſeruire, vt in titul. qualiter vſus bene. ſit ten. §. ſancimus, §. vt nemo nullos, in fi. in tit. ſi de feud. vaſal. fuerit interp. §. licèt vaſallus. Vbi uerò qs recepit per inueſtiturã rẽ alterius à non domino bona fide, poteſt præſcribere, & ius ſibi acquirere præſcriptione longi temporis: (vt in titu. de cap. extraor. §. in beneficiis) ſi verò mala fide, tunc nulla præſcriptione temporis poterit ſe tueri, vt ibidem: quod intelligo longi tẽporis, ſi poterit ſe tueri xxx. ann. arg. ſuprà dictarum ll. & C. de præſcri. xxx. anno. l. ſi quis emp. §. j. in Auten. vt ſponſalitia largitas. §. rurſus. Si verò vaſallus ſine domini conſenſu vendidit, emptor nullu præſcriptione ſe tueri à domino poteſt. vt in titul. de feud. & benefic. c. imperialem, §. vnde imperator. in tit. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. j. ſimilia habes in titul. de cap. extra-

extraord.§.in beneficijs,in fin.& §. ſi alter ex fratribus. & C.de bonis mater.l.j.in fin. C.de annali except.l.fin.C.de vſufruct l.neq; C.vbi quis de curiali vel cohor.l.j.C ne rei dominicæ.vel tẽplo. l. j.in fin.C.de præſcrip.xxx. an l cõperit,et l.p̃ſcrip. C.de decurion.l.ſi quis decuria.C.de metal larijs. l.vlt.C.de agric.& cen.l.cùm ſatis,j.reſp.C.de fundis limitro.l.vlt.§.j.C.de fabricenſibus,l.iiij.C.de fund.Reip.l.nemo.arg ff.ad l.Iul.repe.l.pen. arg. ff.de vſucap.l.ſi habeo.Videtur tamen ꝙ poſſent intelligi illa verba, Nulla præſcriptione &c. ad p̃ſcriptionem longi temporis,vt illa non obſtet,(in titul. qualiter iurar.deb.vaſal.§.q̃d ergo ſi precio.argu. C.ne rei dominicæ vel templorum,l.ij.& iij.C.communia de legat.l.vl.§.ſin autem)cùm longi temporis præſcriptio in malæ fidei contractibus locum nõ habeat:(vt C.de lõgi tempor.præſcrip.l.ſi fraude) obſtet tamen præſcrip.xxx.an.vel xl.arg. in titul. ſi de feud.vaſall.fuer.interp.§.ſi quis per xxx. & tit.qualiter iura.debe.vaſ.§. donare.et in tit.qualiter iud.feud.ſit ex.§.quidam obligauit.& in tit.de cap.extraor.§.in beneficijs.in.Autẽ.de nupt.§. iuſta certa.in fin.C.de fund.patrimo.l.vlt..C.vbi de curiali, vel cohor.l.cohor.§.j.C.de p̃ſcri.xxx. ann. l.oẽs nocendi C.vnde vi.l.vlti.in fin.in Auten. vt ſponſali.largi.§.rurſus.C.de fund.Reipu.l.eũ q̃ do minus tamen.Py.dicit nullã præſcrip.longi tẽporis obſtare,& hoc ꝑ l.Frederici,qui caſſat omnes alienationes hactenùs impetratas,vel in poſterũ impetran-

trandas: quòd ſatis admitto cùm vaſallus alienat, vt emptor non poſsit præſcribere vllo temporis ſpacio. Nam ſicut vaſallus ꝓhibetur alienare feudū, ita prohibetur pariter feudū vſucapi vel præſcribi, cùm ſub verbo alienationis contineatur, & in fraudem domini videatur fieri, vt arg. ff. de ſtat. libert. l. ſi ſtatu liberi, §. j. ff. de verb. ſignifi. l. alienationis. ff. quæ in fraud. credit. l. iij. §. j. cum ll. ſequēti. ff. de vſuca. l. ſi Labeo. Verùm ſi emptor alij bona fide vēdat, emptor ſecundus poterit præſcribere ſpacio longi temporis. arg. Inſtit. de vſucapi. §. ſed tamē, & §. quòd autem. C. de his quæ vi metúſue cauſſa. l. ſi vi, in fin. Lex enim Frederici prohibet præſcriptionem fieri ab emptore, qui emit à vaſallo: non autem prohibet ſi alius vendat, & non vaſallus. Item domino non obeſt præſcriptio temporis, ſi vaſallus concedat ſeruitutem alij in prædio feudi, vt in titul. qualiter debe. vaſa iu. §. quid ergo ſi precio: de quo plenius notaui in ſumma, in titul. j. §. ex ſeruitute.

Sed nunquid præſcriptio obſtabit cohæredi? reſpondeo, ſcienti obeſt, ignoranti verò non obeſt, niſi ſit præſcriptio xxx. vel xl. ann. nec fortè nocet illa hodie: cùm potior ſit cauſſa agnatorum quàm dominorum, & hodie non obſtat, vt in titul. qualiter iura. debe. vaſall. §. donare. & in titul. ſi de feud. vaſall. fuer. interp. §. Titius filios. & in tit. de cap. extra. §. ſi alter ex fratrib. et in tit. hic incipi. conſ. reg. c. hæc ſunt capitula, §. in titu: de feudis & benefici. l. imperialem, §. vnde imperat.

Sed

Sed vbi vaſallus vult ſe tueri à domino præſcriptione longi temporis vel xxx. anno. tunc iurare debet quòd rem ipſam habet, vel anteceſſores ſui habuerunt ab aliquo domino, & dominum debet nominare, (vt in titul. hic incip. conſue. reg. §. item ſi inter dominum. & l. in tit. qualiter iud. feud. ſit ex. §. quidam obligauerat. argu. in Auten. de teſtib. §. quia verò nulli. in Lombard. de præſcri. lõgi temporis. l. de poſſeſsione, & l. ſunt tres fratres. & arg. ff. de vſur. l. cùm de in rem verſo) cum fortè ex ſolo tẽpore nõ cõſtituitur, vt arg. ff. de ſeruitu. l. iij. arg. ff. de actionib. & obligati. l. obligatio. ferè, §. penul. Ad hæredes tamen hoc feudum non tranſit, vt in titul. qualiter iud. feud. §. item ſi quis domino viuẽte. Sed quæritur, ſi vaſallus, qui acquiſiuit feudum, poſt xxx. an. cadat à poſſeſsione feudi, an poſsit eã recuperare? reſpondeo, videtur diſtinguendũ vtrũ habuit bonam fidem ab initio, an malam. Et primo caſu habet exceptionem contra quẽlibet agentem, & actionem contra quemlibet poſſeſſorem extraneum, ſed non contra dominum. In ſecundo caſu habet exceptionem contra quemlibet, ſed non actionẽ: quia nec contra dominum, nec contra alios habet actionem, niſi contra eum qui abſtulit violenter, vel contra eũ qui eſt miſſus in poſſeſsionẽ, quia vaſallus non venit ad iudicium. arg. C. de præſcrip. xxx. an. l. ſi quis emptionis, in prin. & §. j. & §. hic, & §. ſed & ſi quis. Item Comes qui regiæ ditioni aſsignauit vel conſignauit, bona, quæ ei deferuntur a Rege, bene-

ge, beneficiali iure obtinet, vt in titu. de pace tenēd. l. quoniam diuina, §. ſi verò pacis violator, in fin. §. quicunque, in fin.

SECVNDA PARS PRImæ principalis.

CAPVT LV.

Quibus modis feudum amittatur.

CVm prædictum eſt quibus modis feudum acquiratur, conſequenter videndum eſt quibus modis feudum acquiſitū amittatur. Nam et in libello Inſtitutionū primò tractatur de ordinandis teſtamētis, deinde quibus modis teſtamēta infirmentur: item primò de obliga. contrahendis, poſtmodum quibus modis tollitur obligatio. Vt autem ſummotenus capiantur quæ in hac ſumma tractantur, ſciendum eſt quòd feudum amittitur faciendo, omittendo: verbi gratia faciendo, ſcilicet delinquendo contra dominum, & quandoq; contra alium alienādo feudum, inordinatè feudum tractando. Omittendo, ſcilicet ſi vaſallus ſeruire omittat domino cùm ei neceſſe eſt, vel denunciare domino cùm ei mors immi- net, vel patrimonij iacturā ſi omittit facere id prò quo datum eſt feudum, vel petere inueſtituram infra annum, vel iurare fidelitatem requiſitus, vel venire coram curia requiſitus, uel feudū dare per ſcriptum, cùm ei præceptū eſt, ſi latrones præſentare

omittat admonitus à iudice: ſi vaſallus proprium filium delinquentem contra dominum, deducere ad ſatisfaciendum dominũ omittat, vel ſuum vaſallum: vel ſi beneficium occaſione propria deſertum habuit & infra annum non ſatisfecerit, ſi poſſeſſionem feudi omittat vt alij cedat, vel patiatur feudum quòd vſucapiatur: verbi gratia, amittitur feudum repudiando, inficiando feudum, credentiam domini manifeſtando ad eius læſionem, accuſando vel deferendo dominum, teſtimonium dicendo contra dominum in accuſatione, pronunciando contra dominum, cùm in cauſſa appellationis obtinuerit, ſi vxorem domini contumelijs affecerit, de quibus inferius denotabimus. Connumeremus ergo caſus amiſsionis feudi, & vbi de amittendo quæritur, ſecundum quam numeratione͂ poſteà propter agnatos plenius denotatur. Amittit ergo feudum vaſallus, primò ſi dominũ interfecerit vel eius mortem conſiliatus fuerit, ſi fratrem propriũ occiderit, ſi conuaſallum, ſi felloniam fecerit, ſi dominũ antiquiorem offenderit: ſi vaſalli filius dominũ offenderit vel cohæres, ſi non denunciauit cùm ſciebat mortem domino imminere vel captionem vel patrimonij iacturã, ſi potuit facere ne dominus incideret in periuriũ, ſi dominum egenum nõ aluerit, ſi in prælio dominũ dimiſerit & non adiuuerit de eius facto, vel amicorum denunciatione præmiſſa vel non, et q̃bus de cauſſis excuſetur ſi non ſeruiat per ſeſe vel ſubſtitutum: ſi inueſtituram vaſallus vel hæres va-

ſalli

ſalli non petierit à domino, vel ab eius hærede, niſi iuſta cauſſa intercedat: vel ſi admonitus fidelitatem iurare noluerit, vel ad cauſſa vocatus venire recuſauerit, vel feudũ præſcriptũ admonitus domino nõ dederit, ſi delator domini extiterit, ſi vaſallus litteras domini deſpexerit, ſi ſtatuta contra honorem domini ordinauerit vel tractauerit, ſi nonas & decimas dare neglexerit, ſi rem domini acceperit ab eius miniſtralibus ſine iuſsione domini, ſi cũ inimicis domini contra ſe conſpirauerit vel contra eũ in accuſatione fideiuſſerit, ſi in ſeruitutem dominum falsò reuocauerit, ſi contra dominum pronunciauerit & in cauſſa appellationis dominus obtinuerit, ſi cum vxore domini concubuerit, vel exercuerit, vel turpiter luſerit, vel contumelijs affecerit. Idem de concubina & ſponſa, & de filia domini, & de nupta filio, & de nepte ex filio, ſi credentiam ſibi iniunctam ad damnum domini manifeſtauerit, ſi feudum refutauerit. Idem vbi patronus ſine liberis inueſtiuit libertum, & poſteà liberos ſuſcipiat. ſi beneficium occaſione propria deſertum habuit, & infra annum, poſtquam dominus cognoueirt, non ſatisfecerit: ſi inordinatè beneficium tractauerit, ſi latrones non repræſentauerit cùm facere potuit & ei denunciatum fuit, vel eos in domo ſuſceperit, ſi ſcienter feudum fuerit inficiatus, ſi non facit id pro quo datum eſt vel ſeruire non vult cùm per alium poſsit facere, ſi clericus efficiatur, ſi feudum ſciens alienauerit ſine conſenſu domini &

agnatorum, ſcilicet vendẽdo, vſumfructum concedendo, pignori obligando, ſeruitutem concedendo, dando in emphyteoſim, patiendo rem vſucapi, omittendo poſſeſſionem, pro anima iudicando, vel vni aſsignando, filijs legando, dando inter viuos vel cauſſa mortis, concedendo precario, in dotem dando, permutando, diuidendo, litigando, litis æſtimationem recipiendo, compenſando, tranſigendo, in ſolutum dando. An filius domini poſsit conqueri de culpa commiſſa in dominum viuentem, vel è conuerſo an in feudũ dare poſsit. Item ex quibus cauſſis ingratitudo filiorum, liberorum donatariorum debet eſſe cauſſa amiſsionis conuicta & cognita: an ad dominum vel ad agnatos feudũ reuertatur, ſi vaſallus priuetur, an idem ſit in domino quod in vaſallo dicitur. His ita prælibatis, ſingulariter per ordinem tractandum eſt. Amittit autem quis feudum ſi dominum interfecerit, vel Epiſcopum à quo feudum detinet, vel ab Eccleſia cui Epiſcopus eſt caput, & cui tanquam capiti principaliter eſt vaſallus obligatus, vel rectorem Eccleſiæ, vel clericum eiusdem, à qua feudum detinet, vel eos mutilauerit, vel eius mortem conſiliatus fuerit, vel id egerit vt per eius culpam & negligentiam moreretur, vel vulnerauerit voluntariè, vel aſſaltauerit, vel eius caſtrum in quo ipſe eſt, vel ei inſidiatus fuerit, vel ei mala dixerit, & infauſtas voces aduerſus eum iactauerit. argu. in Auten. de nup. §. Theodoſius, in fin. & §. rurſus, in fin. §. mater. & in Auten.

ten.vt cùm de appellat.cognoſci.§.cauſſas, in prin. arg.ff.de obſequijs.à liberis et libert.præſtan. l.j.in fine. C.de obſe.patron.præſtan.l.ſi manu. C. de lib. & eorũ libe.l.ij. C.de reuocã.donati.l.vlt. inf. eod. §.j.in fin. & in tit.de feud.& benefi.l. ob militũ. j. reſp.& l.vaſallus, & c.ad aures, & c.in quibusdã. in Lombar.qualiter mundu.mũ.ami.l.j.ij.& iij. in Lombar.de publi.l.j.in tit.de ſacra.& for.fideli.c.cùm clerici, & c.de forma, c. ſi quis laicus, c. ego Epiſcopus.in Lombard.de ſuc.l.nullus.in titul. qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſi valuaſores. & in titul.in quibus cauſſ.feud.amittatur,§.porrò. arg. ff.de iure dot.l.penul.in fin.ff.ſolut.matrimo.l.ſi ab hoſtibus,§.ſi vir.ff.de his quibus vt indig. l. indignum, & l.ſi inimicitiæ.in Lombard. de debitis & valdi.l.ſi quis alij.ſi tamen dominus in probatione deficiat, vaſallus poterit ſe purgare cũ alijs, vel ſolus vſu curiali, vt in tit.de feudis & bene. §.militum.

CAPVT LVI.

Amittit, ſi fratrem proprium vel filium fratris occiderit.

ITem ſi fratrem proprium ſuum occiderit, vel filium fratris: aliud ſi fratrem domini occiderit, quia tunc feudũ non amittit, vt inf. eod.§.ſi fratrem.in tit.in quib.cauſſ feud.amittatur,§.deniq. & in titul. hic.incip.conſuetud.reg.c.lex Corradi,§.ſi quis interfecerit. Nam qui fratrem proprium occiderit, lege Pompeia de parricidijs tene-

tur.vt ff.ad l.Pomp.de parrici.l.j.argumēta tamē poſſunt induci in contrarium, quæ ſunt in proxi.§. & inf.in ſumma de pace tenen.§.ſed ſi compoſitionem.

CAPVT LVII.

Vtrum, ſi vaſallus occidat conuaſallum, feudum amittat.

QVæri poteſt an vaſallus, ſi occiderit conuaſallum, feudum amittat: videtur quòd nō, quia ſi occiderit fratrem domini quod plus eſſe videtur, non ideo amittit feudum, vt dictum eſt proximè: ergo non debet amittere ſi occidat conuaſallum, quod minus eſſe videtur, (arg.ff.de inoffi. teſtament.l.ſi inſtituta,§.de inofficioſo.arg.ff.de ſenatorib.l.indignus. et alia argumēta faciūt ad idē, & eſt optimum arg.ff.de peculio,l.ſed ſi duo) poteſt tamen dici quibusdam argumentis contrarium, vt dicatur quòd feudum amittat, nam miles ſi commilitonem ſuum occidat vel vulneret, officium & beneficium militiæ amittit.vt ff.de re militar.l.omne delictū,§.ſi quis commilitonem. Item quia quædam fraternitas eſt inter eos: (arg.ff.pro ſocio,l.verum.j.reſpon.) vnde idē quod in fratre vaſalli dicendum eſt, prout in ſuperiori §.dictum eſt. Item beneficium datum à principe in plures milites, vno decedente ſine hærede ad commilitonem defertur. vt C.ſi ſoci.liberalitatis imperialis.l.j.li.x. Item quia vaſalli quodammodo videntur eſſe in familia domini

domini,& gratia domini intelligitur fieri quod ſit gratia clientũ.ar ff.de furt.l.ſi libertus.ff.de pœnis, l.reſpiciendũ, §.furta ff.de penu legata,l.iij. §.ſed q:et ad hoc ſunt argumenta quæ notaui infrà ead. ſumma,§.& non ſolùm videtur,et §.item filius.Itẽ ratio pietatis debet eſſe inter vaſallos,arg ff.de ritu nup.l.quanquã, §.ſimiliter.Item amittit feudũ ſi alium occidat præmeditatè,quia ad dominũ redit viuente malefactore.vt in titul.de feud.et benefic. c.in ſtatutis.ver. de rebus in qbus ac. Itẽ amittit,ſi aliquã feloniam commiſerit,vt amplius in curia do mini eſſe non poſſit:(vt in tit.hic incip.conſue.reg.c. lex Corradi,§.ſi quis interfecerit) putà ſi hominem tradiderit,vt ibidẽ,vel adulteriũ cõmiſerit et de eo fuerit damnatus,vel propter aliquod delictum fuit ignominiosè miſſus à curia, vt ante dominum ſtare non poſſit,(vt argu.ff.de his qui notãtur infamia,l. ij.§.miles.ff.de excuſ.tutor. l.ſed miles, §.ſed ignominia ff.de re militar.l.iiij.§.adulterij,l.milites,§. miſſionũ:ſed huic contradicit in tit.hic incip.conſ. reg.§.ſi vaſallus contra conſtitutionẽ) vel latrones nõ repræſentauerit cùm ei denunciatũ eſſet, vel in domum eos ſuſceperit,(vt in tit.de feu.et bnefi.l.vt iudices qui latronum) vel quos pœna coërcuit,& ab honore adminiſtrandi vel adminiſtrandæ rei remouit,(vt ff.de manumiſſ.teſtõ. l.teſtõ,§. centurio,in fin.)vel ſi ſurripuerit arma alterius vaſalli, vel vaſallos ad rixã cõcitauerit,vel conuaſallũ vulnerauerit:ſi turbator pacis extiterit,ſi ſecreta do-

mini inimicis nunciauerit, (vt argu. ff. de re milita. l. j. §. qui aliena. §. in libello, §. qui ſeditione, & l. omne delictum, §. exploratores, & §. ſi quis commilitones, & l. vlti. in titul. qualiter vſus benefi. ſit tenend. c. capitanei. j. reſpon. & facit etiam ad hoc quod notaui in ead. ſumma, §. item amittit ſi credẽtiam. in titul. qualiter iura. deb. vaſall. §. iurant autem) vel non poteſt morari in eius curia ſine dedecore, vel verecundia, vel pudore. ad hoc eſt ff. de vſur. l. iij. in fin ff. de doli except. l. apud Celſum, §. aduerſus. ff. de obſequiis patron. præſtand. l. licet. ff. de arbi. l. ſi cũ dies, §. penul. item quibus ex cauſſ. maio l. in eadẽ, in fin. ff. de condit. inſtitu. l. filiusfamil. & l. conditiones. C. ſi cui plus quàm per l. Falcid. l. hæc autem. j reſpon. ff. de iure dot. l. auus, in fin. Nam talis vaſallus portas domini non debet intrare, argu. C. de dig. l. nec famoſi, lib. xij. ad hæc etiam faciunt quæ notaui in ſumma ſuprà tit. j. §. feudum autem dicitur, & §. idem poteſt.

CAPVT LVIII.

Si vaſallus vaſalli dominum antiquiorem offenderit.

ITem ſi vaſallus vaſalli de eodem feudo dominũ antiquiorem offenderit, & à vaſallo primo ad ſatisfactionem non deducatur, nec ille per ſe ſatisfaciat, vterq; feudo priuatur, et ad antiquiorem dominum reuertitur: nam & ſecundus vaſallus intelligitur eſſe conſtitutus à domino. Si verò pri-

mus

mus vaſallus velit ſecundum vaſallum, qui offendit, deducere ad ſatisfactionem, ſed ille nolit ſatiſfacere: ſecundus ſolus feudum amittit, & ad vaſallum primum reuertitur & non ad antiquiorem, vt amplius ad delinquentem vel eius liberos non redeat. vt argu. ff. de pecul. l. depoſiti, in fin. ff de ſeruis exportand. l. pen. ff. de iure patrona. l. diuus. j. reſp. in Inſtitut. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt, §. vlti. in titul. de benefi. & feud. l. imperialē, § illud quoque, & c. ad aures, in fin. & c. in quibuſdam, §. j. & in titul. hic incip. conſue. reg. §. j. §. vaſalli. & de hoc etiam notaui in ſumma, in titul. j. inf. in quib. ca. Itē ſi vaſallus committat: (argu. ff. de feud. & in ead. ſumma, §. item excuſatur ſi vult) & ſunt iſta in argu. quòd ſi ſecundus vaſallus vendat feudum, quòd ad priorem feudatarium dominum redeat, niſi proximus redimat. arg. in tit. de feud. & benefi. l. imperialem, §. j. Item videtur quòd vaſallus ſecundi vtrunque dominum reſpiciat, (argu. ff. de iudi. l. iudiciū. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſ. eatur, l. ſi filio. ff. de vi & de vi arg. l. vlti. ſimilia argumenta inuenies infrà ead. ſumma, §. dictum beneficium, et §. ſed nunquid ſufficit conſenſus maioris) ſed tamen primus vaſallus debet ſeruire domino ſuo. ſ. primo vaſallo & non priori domino: & hoc tenuit Azo in ſumma, C. qui potiores in pignor. habeā. in fin. niſi fortè primus vaſallus vellet quòd ſecundus vaſalli non ſit vaſallus domini. argu ff. vſuf quemad. ca. l. vſufru. in. j. reſpon. argu. ff. ſi cui pluſquàm per l.

H v Falcid.

Falcid. l.videamus, & l. vlt.in fin.ff. de verbo. ſig. c.licet,in fin.§.j.& l.Modeſtinus.j.reſpon. argum. ff.de pecu.lega.l ſi peculium,§.ſi ſeruus. argu.ff.de agnoſcē.liberis,l.ſi quis ali.à liberis,§.ſi quis à libe. arg.ff.pro ſocio,l.nam ſoci.ff.de regu. iur. l. conſilÿ, §.ſocÿ ff.de precario,l.quæſitum. j.reſp.ff.de vi & vi armat.l.cùm à te,& l.j.§.qui à me. C.ad Senatuſconſ.Trebel.l.vlti.ff.loca.& conduct.l.ſi in lege. §.j.& l.qui fideiuſſor.argu.ff.de leg.iÿ.l.ſuos,§.vicarios.C.de pericu.nominato,l.ÿ.in fin lib.xj.ff.de euiction.l ſi res quam.arg.ff.de vi & vi armat.l.vlti.in fin.ff. de pecu.lega. l.ſi ſeruus meus.

CAPVT LIX.

Si filius vaſalli domini dominum offenderit vaſallo mortuo,filius feudum amittit.

SI filius vaſalli domini dominum offenderit vaſallo mortuo,filius feudum amittit ſecundum quoſdam,alÿ contra: (vt in titul. qui debe. ſucced. in feud. §. quæſitum) ſed hodie altercatio ſopita eſt,vt dicatur quòd feudum amittit, ſi non veniat ad ſatisfactionem. Nam & pater, ſcilicet ipſe vaſallus ſi viueret, & nollet eius filium deducere ad ſatisfactionem, feudo priuaretur, licèt non debeat quis exhæredari pro alieno facto, vt ff. de hæred.inſtituend.l.paterfamil. in fin. Nam & pro omnibus domeſticis ſuis debet ſatisfacere, ſcilicet infra annum,vt in titul de feud. & benefi. l. in nomine

mine ſanctæ,§.ſi fortè.arg.ff.q.et à qbus manumiſſ. liberi nõ fiãt,l.vlt.in prin.ff.ad Syl.Senatusc. l.j. et arg.ff.de offici.pconſ.& leg.l obſeruare,§.pficiſci. in Lõbar.de his qui alios defen.debẽt,l.ij.§. vlt.ſic eſt etiam contrà,quia dicitur quòd quis non debet priuari beneficio ex facto alieno,vt ff.de hæred. inſtituend.l.pater.C.de inoffi.teſtament.l.ſi qs ſuo,§. legis. Nã et filius mortuo patre vaſallo,poteſt ſatisfacere pro eo,vt ff.de iure fiſ.l.res quæ.j.reſponſ.ff. ad l.Iul. maie.l.vlti.ff.de acquirend.hæred.l.Pantonius,§.rei. Nam ſemper hæredis intereſt defuncti æſtimationem purgare, vt ff.de iniur.l.j.§. quotiens:immò & ſine purgatione filius retinebit, nec priuabitur ex facto patris ſi dominus de eo vaſallo in eius vita non fuerit conqueſtus,prout notaui infrà ead.ſumma,§. item ſi potuit remouere vaſallum dominus, & facit ad hoc dictũ de domeſticis, id quòd notaui inf.ead ſumma.§.et nõ ſolùm. arg. ff.de re mili.l.qui cum vno, §.qui filiũ,et §.edictũ. Et videtur etiam mirum, quòd hic quæritur de amiſſione ſucceſſionis hominis viuentis propter leges.ff.de collatione bono.l.ij.§.ſi impuberem ff. de vulgari ſubſtit.l.ij.§.quiſquis,in fin.ff.de act.emp. & vendi.l.j.ff.de acquiren.hæred.l.ſi quis mihi, §. iuſſum. Eodem modò ſi cohæres vaſalli dominum offenderit & non ſatisfecerit,non ſuccedat vaſallo, & ſi ſatisfecerit,ſuccedat.vt in titul.de feud.et beneſic.l.in nomine ſanctæ,§.præcipimus.

CAPVT LX.

Si

Si filius repellatur, an nepos ex eo admitti poſſit.

SEd quæritur, ſi filius repellatur, an nepos ex eo admitti poſsit? & videtur quòd poſsit, ſi viuebat tempore delicti commiſsi à patre ſuo. arg. C. de libert. & eorum libe. l. ij. Idem fortè erit ſi non erat conceptus nec natus vt nepos ex eo admitti poſſit, (arg. ff. de ſena. l. emancipatum, §. vlti. ſed contraria eſt lex prædicta) ſed iure iſto videtur quòd nepos non admittatur cùm pater eius amiſerit, vt in tit. ſi. de feud. & benefi. vaſall. fuerit interpella. §. ſi vaſallus culpam. Nam nepos priuari debet nõ tantùm propter ſua merita. ſed etiam propter delicta patris. vt argu. ff. de bono. poſ. contra tabulas. l. ij. §. ſi emancipatus, in fin. argu. C. de naturalib. liberis, l. vlt. Maiorum enim exempla ei præiudicat, (vt arg. C. de curia, vel cohorta. l. ſi cohortal. §. j. in fin.) & vaſallus ſibi & liberis præiudicat, licèt non cohæredib. vel domino. ad hoc inquire inf. ead. ſumma, §. item amitt. feud. vaſall. §. item ſciendum eſt. Sed illud capitulum, Si vaſallus culpam, poteſt intelligi cùm tenẽs feudum amittit: vnde eius deſcendentes non retinent, vt arg. in titul. de feud. & benefi. c. in quibusdam, §. j. Sed hic filius non tenebat, ſed ſperabat habere, vndè eius perſona tantùm tollitur de medio & ſequens amittitur, argu ff. de iureiu. l. vlti. j. reſpon. ff. de duobus reis, l. vlti. & in Inſtitutio. de legiti. agnato. ſucceſsi. §. placebat, §. ſed

ſed nos.C.de legi hære.l.defuncta.ff.de ſucceſſo.edicto,l.j.§.quibus.ff.de legiti tutoribus l.ij.§.non tamen.in Inſtitu.de bonor.poſſeſsi.§.liber,in fin.ff.de bon. liberto.l.ij.& ad hoc inquire in ſumma, ſuprà titu.ij.§.ſed pone quòd vaſallus,circa fin.& in ſumma,infrà de ſucceſsi.feud.§.ſed nunquid nepos, & §.quod dictum eſt ſuprà vtrum filij,circa finem. Vel dicatur quòd nepos ſuccedat patre eius mortuo vel eo viuo,ſi in eius poteſtate nõ eſt:nam aliud eſſet ſi in eius poteſtate foret,vt per mortẽ ei non acquiratur.vt ff.de bonis libert.l.quæritur,& l.ſi ex.§.j. in fin.& l.quòd ſi filius.ff.de operis libert.l. cũ patronus. Nã quæſita dignitas liberis propter crimen patris auferẽda non eſt,vt arg ff.de ritu nupt. l generali.§.vlti.quià nullum delictum patris obeſt filio,vt ff.de cur.l.ij.§.in filijs:cùm alicui criminis ſucceſſor non conſtituitur,vt ff.de pœnis.l.crimen.nec ex perſonali nota patris debet filius excludi.vt ff.de iure patrona.l.diui fratres.j.reſpon. in fin & §.j.ſimilia etiam inquire inf ead.ſumma,§.ſed quæri poteſt.Item ſi ſcit aſſaltum contra dominum faciendum, & domino mortem imminere, vel captionem,vel grandem iacturam patrimonij, & non denunciauit domino cùm potuit, vel cauſſam vel conſilium præbuit, feudum amittit:(arg. ff.ad leg. Pompeiam de parricidijs,l.ij.argum. in titul.de ſacra.& forma fideli.c.grauamen & dolorem.arg.ff.de his quib.vt indig.l.indignum, & l.ſi qui.ff.de iure patron.l.ingrat.in Auten.de nup.

§.ma-

§.matrem,in fin.arg.ff.locati & condu.l.itē quæritur,§.exercitu.& in titu.in quib.cu.ſi.§.item ſi vaſallus,§.ſed q,in fin.& in tit hic incip.conſue.regni.c.lex Corradi,§.ſi à morte.) aliud eſt in leui iactura patrimonij, arg.ff.de furtis,l.ſi lib.ff.de pœn l.reſpiciēdum,§.furta. arg.Inſtitu.de excuſa.tutor.§.item propter litem.ff.de excuſa.tuto. l. propter litem,in prin.ff.de dolo.l.ſi quis affirmauerit,in fin. in Lombar.de furtis.l.ſi quis ſuper.ff.de in integrū reſtituti.minorū. l.ſcio.arg.ff.de iniuri.l. prætor,§.prætereà,& l.non ſolùm,§.quanquam.Sed & quibusdam argumentis videtur,quòd etiam propter minimam rem vel iacturā.arg.in Inſtitu.vi bono.rapto.in fin.j.reſp.ff.vi bonor.rapto.l.ij.§.& generaliter.in Auten.vt omnes obedi.iudici.§.j. in Inſtitu.de rerū diuiſio.§.gallinarū.Sed quid ſi potuit facere ne incideret dominus in periurium cùm tenebatur dominus dare aliquid ſub ſacramento,& non fecit vaſallus,an ideo amittat feudum? reſpondeo quòd nō,(vt in tit ſi de feud.vaſal.fuerit interpel.§.inde quæſitū,in tit.hic incip.cōſue.c.lex Corradi,§.ſi vaſallus poterit)quòd licèt vaſallus teneatur domino ſeruitutem præſtare, non tamen tenetur debitum ſuum exſoluere nec pro eo cauere, niſi pro delicto teneretur in vinculis.argu.ff. de liber.agnoſcen.l.ſi quis,§.parens quāuis. C.ne filius pro patre,l.vlti.arg.C.de actio.& oblig.l.ob cauſſas.in Auten.vt cùm de appellat.cognoſcitur,§.cauſſas.in ver.ſi quēlibet.in tit.in quib.ca.feud.amitta. §.

exhere-

exhæredationis.arg.ff.de adminiſt.tuto.l. cùm plures,§.cùm curator.ff.de curato.furio.l.conſilio. Et erunt leges prædictæ in argumẽtum, quòd vaſallus, licèt debeat ſeruire cum perſona,nõ tamen cùm rebus. Ad idem eſt argumentum ff.quod iuſſu, l. dominum.C.de pactis dotali.l.hac lege:ſed ſunt argumenta,quòd vaſallus,poſtquã perſonaliter tenetur adiuuare,multò magis cum rebus.vt arg.C. in qb. cauſ.coloni.cenſit.l y.lib.x & C.q.potio.in pignor. habean.l.aſsiduis.ff.in quib. cauſ.pignus tacitè cõtraha. l.ſi gratuitam,§.ſi quis. C.ne fideiuſ.dotiñdentur,l.y.arg.C.de ſacroſanc.Eccleſi. Auten.ingreſsi. Nã & qui ius non habet in reb.alterius, multò minus in perſonam ipſius.vt argu.C.de agentib. in rebus. l. ex eo. j. reſpon.in fin. & circa hoc poterunt inquiri argumenta, ſuprà in proxi.ſumma,§. dicitur autem beneficium:vbi quæritur an vaſallus debeat ſeruire ſuis expenſis.

CAPVT LXI.

Vtrum vaſallus teneatur dominum egenum alere

ITEM ſuprà dicta argumenta poſſunt induci ad quæſtionem,vbi quæritur an vaſallus teneatur vel non teneatur dominum egenum alere:ſed quòd debeat alere poſſunt & alia argumenta induci.(ff.de agnoſcen.libe.l ſi quis à liberis, §. ſolet iudices,& l.vlt.C.de opis libert.l.j.in fin. arg. C.de reuocã.donatio.l.j.in Autẽ.vt cùm de appel.

cognoſ.

cognoſci,§.cauſſas,in ver.ſi quilibet.ff.de vſufru.l. loci,in prin.& l.ſed & ſi quid,§.j.ff.de relig.& ſum ptu.fune.l.j.§.ſi in uſufructu,in fin.arg.ff.de petiti. hæred.l.ſed & ſi lege,§. conſuluit.in Lombar.de donati.quæ cum Thinga.vel Lãnechil.l.ſi quis) & maximè vſque ad quantitatem fructuum,feudi. argu.in titul.de feud.et benefi.l.de militum,§.vlti. C.de bonis matern.l.j.& de bonis libertor. l. vlti. §.vbi autem voluntas.argu.ff.ſoluto matrim.l.ſi cum dotem,§.ſin autem,§.in ſæuiſsimò.arg.ff.de alimẽt.legat.l.ſi vnus,in ſin.argu.ff.de donatio.inter virum & vxorem.l.ex annuo.vel medietatem fructuum pro cauſſa exercitali,vel pro corona regis ſuſcipienda,(vt in titul.de feud.& benefi.l.imperialem decet,§.firmiter,& l.ad hæc quæ allodiũ, §.& vt æquitas, & l.de militum,§.j.ſuprà titul.j. §.illud verò.argu.in Lombar. de eribannis, l.ij.) vel xij.denar.pro modio,ſi vaſallus eſt Longobardus:ſi Theutonicus, tertiam partem fructuum.vt in titul.hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,§. ſimiliter. & facit etiam ad hoc quod notaui ſuprà proxima ſumma,§. & vt ſecundum. Nam in dubio melius eſt impendia fieri,quàm denegari alimẽta ei,qui dominus bonorum aliquo caſu futurus eſt, (vt ff.de ventre in poſſeſ.mitten.l.j.§.ſed & ſi incertũ)& ſi hoc deberetur,ſimiliter dominus deberet vaſallum alimenta petentem alere in neceſsitate: ſed eo recuſante,ab omni beneficio, quod in vaſallũ habet,priuetur.argu.ff.de agnoſcẽ.liber.l.alimẽta,

j.reſponſ.

j.reſpon.ff.de bon.liber.l.ſi patronus non aluerit.ff. de iure patrona.l.diuus Claudius. C. de latina liberta.tollen.l.j.§.ſcimus.vnde dominus Py. ſcripſit in ſumma C.de alen.libe.§.vlti. quòd vaſallus & dominus ad inuicem tenentur ſe alere: Nam milites debent ali à Republica quam tuentur & defendunt & adiuuant cõtra hoſtes,vt notaui in ſumma inf.de pace tenẽ.circa prin.hoc tamen nunquã audiui fieri,nec conſuetudine videtur obtentũ. Vnde dicamus quòd non teneatur vaſallus alere,& præcipuè,(arg.ff.de admi.rerũ ad ciuit. pertinen. l.iij.§.pen.& ff.vbi pupill.educa.debe.l.iij. in fi.) niſi dominus pro facto vaſalli cõſumaſſet bona ſua, (arg.ff.de decuri. l. decurionibus:& ad hoc ſunt argumenta inf.ead.ſumma, Is poſſet quæri, in fi.) vel niſi eſſet legatus Apoſtolicæ ſedis,qui adiuuandus eſt in ſuis neceſſitatibus à ſubiectis,vt in tit. de ſac.& for.fideli.c.ego Epiſcopus,§.legatum. argu. in tit.extra de ſimo.c.& ſi quæſtiones.

CAPVT LXII.

Vtrum, ſi dominus habuerit prælium campeſtre non mortuus,neq; ad mortem vulneratus, & vaſallus eum in prælio dimiſerit, amittat feudum.

SI dominus habuit prælium campeſtre nõ mortuus nec ad mortem vulneratus, & vaſallus eum in prælio dimiſerit & cũ eo nõ laborauerit

 tum

cùm potuit, feudũ amittit. vt in c.j.j.reſp. & in tit. qualiter vſus benefi.ſit tenend.§.ſi quis miles beneficium. in titu.in quib.cauſ.feud amit.§. item qui dominum.& in tit.de feud.& benefi.l. quicunque igitur,§.hoc etiam præcipimus,& l. vaſallus. arg. ff.locati & conducti,l.item quæritur, §. exercitu. arg.in Lombar.de publi.cri.l.pen.in l. Allemanorum.c.xciiij. §.ſi qua in exercitũ.arg.ff.de damno infecto.l.ſi finita,§.ſi qui metu.arg.ff. de re milita. l.iij.§.vlt.& l.omne delictum,§.vlti. Nam qui obſequijs ſuis liberalitatẽ domini prouocauit ad feudum dandum, non eſt dignus quòd eum retineat, cùm cœpit obſequia negligere, arg. C.de reuocã. donati.l.j.& ingratus eſſe, vt ff.de iure patrona.l. ingratus: niſi periculum iure ei videatur imminere, arg.ff.de operis liberto.l.hæ demum, in prin. cùm mortiferè vel grauiter eſt vulneratus, vt arg.ff. ad Senatuſconſ.Syl.l.ij.§.pen.nec intelligitur dimiſiſſe dominũ, qui cauſſa ſuæ ſalutis dimiſit, vt arg.ff.de acquir.poſſeſsi.l.interdum,§.j.in fin.vel cũ nõ poſſet adiuuare, (vt ff.de dãno infec. l.ſi finita,§. ſi qs metu) nõ turpi de cã, ſed timẽdo crudelitatem tyrãni, (vt arg.ff.qb.ex cauſ.in poſſeſ.eat.l.Fulcinius,§.qd aũt ſi.& facit ad hoc, qđ notaui inf. ead. ſumma,§ & licèt teneatur vaſallus) vel ꝓpter valetudinẽ parentũ vel affiniũ, vel quia neſcit adhuc vti militia, cùm pro milite adiuuat, (arg.ff.de re milita.l.q.cũ vno, in fin.) vel cùm nõ potuit reſiſtere, vt arg.ff.de re milita.l.omne delictũ,§.vlti. Seruus verò cùm

do-

dominus occiditur, vel periculũ mortis domino imminet, debet ferre opem armis, manu, clamoribus, corporis obitu, vt ſuam ſalutem ſaluti domini non anteponat, alioquin vltimum ſupplicium patiatur: (vt ff. ad Senatuſcõ. Syl. l. ij. §. ſerui quotiens, §. potuiſſe, & l. cùm dominus) attamen ſalus domini non eſt committenda arbitrio ſerui eius, vt ff. de quæſtio. l. vnius, §. ſerno. ſed ſi ſit appetitus & non occiſus dominus, Senatuſconſul. non habet locum, ſed ipſe dominus poteſt in eum animaduertere ff. ad Senatuſconſul. Syl. l. & ſi certus, §. vlti. Si verò vaſallus tulit domino auxilium, intelligitur non ſolùm qui ſeruauit dominum, hoc eſt, qui opẽ tulit vt ſaluus eſſet dominus, putà adiuuando corpore, terrendo aggreſſorem: ſed etiã qui exclamauit, vt aliqui venirent in adiutorium, & hoc in caſu dominus ſaluus factus ſiue interfectus. Non tamen tuliſſe opem intelligitur qui clamauit tantùm & potuit manu depellere, vel qui ſe vulnerauit, vel languorem ſimulauit, vt nõ videatur eſſe in culpa. arg. ff. ad Syl. Senatuſc. l. ij. §. pen. ff. de re milita. l. omne delictum, §. exploratores, & §. vlti. qui enim ſe ſollicitauerit, ab alio veniã non meretur, vt ff. de re milita. l. qui cũ vno, §. qui filiũ. Vbi verò plures domini ſunt qui indigent ſeruitio vaſalli, tunc vaſallus ferat opem omnibus ſi poteſt, cùm tã labor quàm pecunia diuiſionem recipiat, vt ff. de annu. lega. l. Seio amico. j. reſpon. non in corpora vel in partes, ſed in numerum, vt ff. ſi certum petatur. l. nam & ſi fur.

in fin.ff.de condict.indebi.l ſi penè, §.ij,et vlt.ff. de verbo.oblig.l.in ſtipulationib.§.j.& l.ſtipulationes nō diuidūtur,j.reſp. Nec tūc debet vni gratificare vtroq; dominorū inſtāte, (arg.ff. de bonis auctori. iudicis poſſiden. l. ſi non ex.§.ſi vterq;) & ſi non poteſt opē ferre omnibus,ferat antiquiori,quia potior eſt.vt in tit.de feud.& benefi.l.imperialem, §. illud,§.quoque.de quo notaui infrà ead.ſumma,§ excuſatur etiam ſi vaſallus:& ſi ſunt æquales,putà duo fratres, adiuuet quem velit,nec imputetur ei ſi vnum elegerit,arg.ff.de acquirē.hæred.l.ſi ſeruus communis.ff.ad.Syl.ſenatusconſul.l.ſi quis, §.ſi cū omnes.& in titul.hic incip.conſue.reg.c.j.§.contra omnes,in fin. Sed ſi vterque dominorum petat auxilium vaſalli,adiuuare debet vaſallus illū dominū,qui primo ei denūciauit.arg. C.de teſta.manumiſ.l.vlt.§.ſi autem deeſt:C.de cōmuni ſeruo ma. l.j.§.ſin autem vno.argumen.ff.de le.l.ſi pluribus, in fin.ff.de noxa.l.ſi quis à multis.ff. qui potior. in pigno.habean.l.qui potior.in prin.ff.de pecul.l.ſi verò. Et multò magis debet adiuuare eum qui denūciauit,quàm alium qui non denunciauit, licèt ſciuit vaſallus ei periculum imminere:& ſi cauſſa defendendi alium dominum, vel pro ſeruitio alterius domini ſui dominum offenderet, quem ſine fraude antè habuerit,non punitur. vt argumen. ff. de iniur.l.ſi vnus,§.ſi iuſſu,in fin.& in titul. de feud. & benefic.l.imperialem, §.illud quoque:quod intelligo cùm adiuuat eum qui iuſtè deprecatur,

ſcili-

ſcilicet ad defenſionem, & ad guerram iuſtam, vt potiora iura videatur habere quàm alius dominus qui incipit, & guerram iniuſtam apprehendit: argum. in Inſtitu. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt, §. penultim. C. de edict. diui Adria. tollen. l. iij. & in titul. hic incip. conſue. reg. circa princ. ff. ſi quadru. l. j. §. cùm arietes. ff. ad legem Aquil. l. v. in principio, & l. ſcientiam, §. pen. argum. ff. ad Senatusconſul. Syl. l. ſi quis, §. iij. Vel fortè non tenetur aliquem fratrem adiuuare, vt argum. in tit. de feud. & benefi. l. ſi imperialem, §. præterea Marchia, in fin. argu. ff. de operis liberto. l. hære. §. j. & circa hãc materiam inquire infrà de ſucceſſi. feudi. §. dubitari conſueuit, & §. ſi dominus decedit. Sed quid ſi ſeruus habet feudum alicuius acquiſitum ab alio, nunquid debet ſeruire vtrique, vel cui potius? reſpondeo, circa hanc quæſtionem require in ſumma, in titul. de ſucceſſio. feud. §. ſed quæritur ſi datum fuerit feudum ſeruo, & §. ſimilis quæſtio poteſt notari.

CAPVT LXIII.

Vtrum vaſallus alicuius vniuerſitatis, vel collegij, ſeu corporis teneatur adiuuare aliquẽ ſingularem hominem de vniuerſitate, vel Rectorem, an ſolùm ipſam vniuerſitatem.

VBi verò eſt vaſallus alicuius vniuerſitatis, vel collegij ſeu corporis, non tenetur adiuuare aliquem ſingularem hominem de vniuerſitate, vel rectorem, ſed ipſam vniuerſitatem. argu. ff. de rerum diuiſ. l. iterum, §. vniuerſitatis. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac, §. qui manumittitur. ff. q cuiuſque vniuerſi. no. l. j. & ij. & l. ſicut, §. j. in Inſti tu. de rerum diuiſ. §. vniuerſitatis. argum. ff. de libertis vni. l. j. ff. ad Trebelli. Senatuſconſul. l. omnibus. ff. de quaſtion. l j. §. ſeruum municipum: abſtinere tamen debet ab offenſione rectoris, vel alicuius ſingularis rei, alioquin feudo priuetur. argu. in titu. de feud. & benefi. c. in quibuſdam. Nam & aliàs contingit quòd quis non tenetur ſeruire, ſed ab offenſione debet abſtinere, vt ſuprà notaui in ead. ſumma, §. prætereà ſi refutauerit. vel dic quod ibi loquitur in prælato collegij Eccleſiaſtici, vel clericis eiuſdem: aliud in vniuerſitate, vel alio collegio ſeu corpore. Nam prælatus vel Epiſcopus caput eſt Eccleſiæ, cui principaliter vaſallus eſt obligatus, vt in tit. de ſac. & for. ſide. c. cùm clerici. Nã & ex delicto prælati priuatur Eccleſia feu. dum viuit prælatus. vt in titul. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. & iterum. Sufficit etiam vaſallo ad excuſationem ſui, ſi denunciet rectori vel prælato vt inueſtiatur. quàmuis conceſsionem non habeat, habet tamen procuratione͂, vt arg. ff. quod vi aut clam, l. prohibere, §. ij. & l. autem, §. item ait. & ad hoc eſt ſuprà ead. ſumma, titu. j. §. quid ſi vaſallus eſt alicuius

cuius

cuius vniuerſitatis. Eodem modo poteſt dici quòd ſi vniuerſitas vel collegium habeat feudum, & aliquis ſingularis homo de vniuerſitate offendat dominum, quòd vniuerſitas propter hoc feudum non amittat, argumento prædictarum ll. non ergo vniuerſitas de facili dolum committere poteſt vel conſentire, niſi dicamus quòd vniuerſitas vel collegiũ puniatur ex facto adminiſtratorum: quo caſu punitur vniuerſitas, ſcilicet durante vel viuente adminiſtratore, & eo mortuo redeat feud. ad collegiũ vel vniuerſitatẽ, arg. ff. quod vi aut clam, l. ſed ſi ex dolo, §. j. ff. de acquirẽ. poſſeſ. l. j. in fin. ff. de lib. vni. l. j. ff. ad Treb. Senatuſcon. l. j. §. ſi aũt collegiũ, & l. omnib. ff. de origi. iur. l. ij. §. deinde quia difficile. & in tit. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. & iterum ſi clericus. arg. in titu. de cap. extraor. §. beneficium pate. §. cùm feu. §. ſi alter, & §. vlti. & in tit. de feu. & benefi. c. in ſtatutis. c. in rebus in quib. argu. C. de vſurpa. l. aduerſus. in Auten. vt cùm de appella. cognoſci. §. generalem. vbi tamen prælatus vel actor collegij vel vniuerſitatis non petit inueſtituram, vel aliquis de collegio ſeu vniuerſitate, infra annum non priuatur collegium feudo, vt arg. ff. de bono. poſſeſsi. l. iij. §. à municipibus.

CAPVT LXIIII.

Si vaſallus eſt plurimũ, dominorũ vtrũ omnes teneatur adiuuare, & ſi nõ adiuuat, amittat feudum.

SI verò vaſallus eſt pluriũ dominorũ, tunc tenetur adiuuare oẽs ſi poteſt, vt ſuprà ead. ſumma, §. vbi verò plures, notatum eſt: & ſi cõtra vnum faciat vel eum non adiuuet, amittit feudũ pro parte illius domini, veruntamen hodie non cogeretur habere niſi vnum dominum. vt argu ff. ad ſenatuſconſul. Syl. l. ſi quis in graui, §. ſicut omnis. ff. de vſufru. quemad. caue. l. ſi vſusfruct. §. vlti. & in tit. de feud. & benefi l. imperialem, §. præterea Marchia. in tit. hic incip. conſu. reg. c. lex Corradi, §. ſi vaſallus contra conſtitu. arg. cõtra. ff. de arbi. l. nõ diſtinguemus, §. cùm in plures. Et quod dictũ eſt quòd hodie non cogitur habere niſi vnum dominum, intelligi poteſt vt non patiatur pœnam ſi contra vnum faciat, niſi omnes conſentiant in actione vaſalli. arg. ff. de ædil. edi. l. quòd ſi nolit, §. ſi plures, & §. Marcellus. ff. qui & à quib. manumiſ. liberi non fiant. l. ſi quis, §. vlt. ff. de in diem addic. l. interesse, §. vlt. & l. quòd ſi vno. & ad hanc materiã require in ſumma, infrà de ſucceſ. feud. §. ſed vbi dominus non aſſignauit, §. quæritur an teneatur cuilibet inſolidum. in ead. ſumma, §. ſi cùm plures, et § vbi autem vaſallus qui alienat plures, et §. vlt.

CAPVT LXV.

Vaſallus non cogitur adiuuare dominum, niſi iuſtum bellum moueat.

Et

ET debet adiuuare dominum vaſallus ſi guerram iuſtam faciat, alioquin non cogitur, ſed volẽs admittitur: ſicut nõ cogitur adiuuare dominũ excommunicatũ, vel bannitum, vel hæreticum, vel eum dominum, à quo vaſallus à ſacramẽto ſit abſolutus, vt tamen principali domino non faciat præiudicium, qui nõ eſt in culpa. arg. in decre. xj. q. iij. c. nõ ſemper, §. ſi dominus ei iubet. et in tit. extrà de elec. et elec. po. c. venerabilem, §. n ũquid. in ti. de ſac. et for. fide. c. à fidelitate, c. nos ſanctorũ, c. iuratos, c. ſi dominus tẽporalis, et c. abſolutos. in titu. de priuile. Eccleſi. l. ad honorem, §. ſi verò dominus. in tit. de feud. & benefi. l. imperialẽ, §. illud. in titu. hic incipit conſue. reg. j. reſp. arg. ff. ad Senatuſconſ. Syl. l. ſi quis, §. ſi tamen. in Lombar. de excõmuni. ab Epiſcopo. c. j. in Lõbar. de fur. l. & Comes. C. de hæreti. & Manichæ. l. Manichæos, §. vlt. quia ab omni beneficio debent eſſe expertes. arg. in Auten. de priuile. dot. hæreti. mulieri. Veruntamẽ domino excõmunicato, vel bannito, vel hæretico ad fidem vel ſatisfactionem veniẽte, recuperatur priſtinum ius, vt inde de medio tempore non conqueratur. arg. in Auten. vt cũ de appella. cognoſci. §. generalẽ. in Auten. de Samaritanis, §. tamẽ ſi eadẽ. & in tit. de pace Conſtan. §. poſſeſſiones quas. & in tit. de feud. & benefi. l. imperialem, §. inſup, §. illud quoq; in tit. de ſac. & for. fide. c. ſi quis laicus. Sed fortè nec dominum infamem cogetur adiuuare, quia ab omni priuilegio, & beneficio eximitur,

ſed non à muneribus & oneribus: quia immunitatem habere non debet, cùm reatus omnem honorẽ excludat, et cum pœna concomitatur crimino ſum, & non dignitas. vt C. de decur. l. nec infamis, & l. ne quis officialium. C. vbi ſenatores, l. j. ff. de interdic. & relega. l. relegatorum, §. vlti. & nemo ex delicto efficitur precioſior, vt ff. ad legem Falcidi. l. precia rerum, j. reſponſ. & facit ad hoc in ſumma, ſuprà titu. j. §. feudum autem dicitur, & §. idem poteſt. & in titul. qualiter iura. debe. vaſal. §. ex ſacramento, & infrà eod. §. excuſandus eſt vaſallus.

CAPVT LXVI.

Vtrum vaſallus ſolùm teneatur adiuuare dominum, & an de facto ſuo, an de alieno, videlicet amicorum domini, pupillorumq́; & adultorum.

ET non ſolùm videtur quòd vaſallus debeat adiuuare dominum de facto eius, ſed etiam de facto amicorum domini & pupillorum & adultorum ſi ipſe velit, & maximè familiaribus, videlicet pro liberis miſterialibus, & vxore & econtrà, vel pro patre. vt argumentum ff. de vſu & habita. l. plenum, §. ſi Sabinus, §. ſi vſus. argu. ff. de verbo. ſignific. l. licet, §. j. ff. de ritu nupti. l ſiliofami. ff. ad Senatusconſul. Syl. l. j. §. domini appellatione etiam filiusfa. l. ſi quis in gratia, §. ſi cùm omnes,

nes,in fin.arg. de quæſti.l.de minore,§.j.C.de quæſti.l.ij.ff.de excu.tutor.l.libertum,in prin. & §.j.ff. quæ in fraud.credito.l.ſi pater filio.ff.de liberali cauſſ.l.vlti.§.vlti ff.de donat.inter virum & vxorem.l ſi quis pro vxore.arg.ff.de officio præfe.vrb. l.j.§.cum patronus.argu.ff.de operis liberto.l.ſi libertus artem.ff.de leg.ij.l.cum quæritur.§.j.ff. de penu.le. l.iiij.in prin. & §.ſed quod, & l.iiij.§. j.ff.de aur. & argen.le.l.vxori ſi quis,in fin.ff.de vulgari ſubſtitu. l.ſed ſi plures,§.in arrogato.ff.de manumiſſ.l.iiij.j.reſpon.ff.de precar.l.cum precario.ff.quod vi aut clam.l.aut, §.ſed & ſeruus.ff. de in ius vocan.l.ſed in hac,§.vlt.ff.quibus ex cauſ. maio. l.ergo.in Lombard. de homici liber.ho.l.ij. & l.ſi homo occiſus. C. de tranſact.l. tranſactionem quæ. C.ad legem Iul.ma.l.quiſquis. j.reſpon. C.de rap.virgi.l.j.in Auten. quo.op.milit miſi.facere.§.hoc autem. & debet adiuuare contra omnes ſaluo ordine ſuo & dignitate, hac honeſtate,vt non ſolum contra extraneos,ſed etiam contra domeſticos, & filios & fratres.vt in titul.hic incip.conſue.reg.c.j.§.contra omnes. & in titul.de feud. & benefi.l.imperialem,§.inſuper.in titul.de ſac.& for.fide.c.ego Epiſcopus,§.Papatum. ff.de oper.liberto. l.eius,§.j.& l.hac demum. ff.ad ſena tusconſul.Syl.l. j.arg. contrà. ff.locati et cõduct.l. qui inſulã, §.vlt.et circa hãc materiam ingre arg. quæ notantur in ſum.inf.de pace tenẽ.§.ſed ſi poſt compo-

compoſitionem. & in tit.qualiter iura debe.vaſal. §.generaliter, & §.nunquid,et ſuprà ead.ſumma, §.quæri poteſt.inf.eod.§.ſed quid ſi dominus,in fin. & §.quod dictum eſt. Nam vaſallus tenetur pro domeſticis ſuis, & filijs, & vaſallis ſatisfacere,vel eos deducere ad ſatisfactionem ſi poteſt,vt plenius notaui ſuprà ead.ſumma,§.item ſi vaſallus dominum vaſalli, & §.item ſi filius vaſalli.

CAPVT LXVII.

Vtrũ ſufficiat vaſallo,ſi paratus eſt ſeruire domino quando ei denunciatur, licèt non offerat ſeruitium.

ET licèt teneatur vaſallus dominum adiuuare,non tenetur offerre ſeruitium, ſed ſufficit ſi paratus eſt ſeruire ſibi ſi denuncietur à domino,vel eius procuratore, vel actore,ſeu ſeruo: (arg.ff.ad legem Iul.de adul.l.ſi denunciaſſe.j.reſpon. & §.ſed propter)vel ſufficit etiam à quocunq; denunciatum ſit,arg.ff.de adminiſtra. tuto.l.quidam,§.ex quo innotuit.ff.de pètitio. hæredi. l.item veniunt,§.à quo denunciatum. Vnde ſi ſteterit etiam per multa tempora quòd domino non ſeruierit, non tamen feudum amittit,niſi ſciuerit dominum in clauſtro recluſum, vel aſſalitum, (vt in tit.ſi de feudo vaſal.fuerit interpel.§. & ſi in omni,& §.licet.in titu.qualiter vſusfruct.benefi.ſit tenen.c.ſancimus vt nemo miles,in fin.j. reſpon.in titu.hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi,§.nõ cogitur.in Lombar.de

bar.de his qui ad patriam defen.l.j.ij. & iij.argu. ff.quorum leg.l.ij.§.j.ff.de operis noui nunciat.l.de pupillo,§.qui opus.C.de fideicō.liber.l.ſi volūt, in fi. C. de euict.l.emptor,et l.ſi parētes,in fi.ff.de actio. emp. l.emptorē, §.deniq;.ff.vt legato ſeu fideicommiſſa.ſeruā.l.j.§.non exigitur.ff.de collati. bono.l.ſi quis,§.ſtipulatio ff de operis liberto. l. cum patronus,primo reſpon.ff.de verbor. obliga.l.ſi ex legato, in fin. l.interdum,in fin.primi reſponſi.ff.quib. ex cauſ.maio.l.item ait,in fin.) quia vbicunque vaſallus ſenſerit dominum periclitari,debet ad prohibēdas inſidias concurrere,vt arg.C.de his quib.vt indig.l.vlti.in fin.ſine tamen periculo vitæ, (argu. ff.de operis liberto.l.hæ demum,in prin.ff.de acquiren.poſſeſſi.l. interdum,§.j.in fin.) licèt pericula vaſalli eſſent remuneranda,& præmijs hortanda,arg. ff.de iure immu.l.ſemper, §. negociationes:aliud in ſeruis, vt notaui ſuprà eadem ſumma,§.ſi dominus habuerit:vel refert vtrum negligat obſequium neceſſarium,quo caſu ingratus dicitur,vt arg.ff.de iure patrona.l.ingratus:aut nō neceſſarium,quo caſu priuatur beneficio.argum. C.de libe.cauſſa.l.ſolo. ſed aliter puniatur iudicis officio,argumen.ff.de iure patrona.l.j. Et licèt debeat ſeruire quando denunciatum eſt,debet tamen cum aliqua moderatione temporis,ſi dilationem commodam capere poſsit,(argu.ff.de collat.bono.l.ſi quis,§.vlti.ff.de ferijs,l.j.in fin.) vt cibaria præparet ſibi,(argum. ff.de operis liberto.l.quo metu, & l.aut certè,& l.

opera-

operarum) vt parciſsimè ſpacium temporis det domi-nus, vt argu. ff. de re milita. l. officium, §. j. nec poterit moræ adnumerari, ſi optima ratione differat, vt argu. ff. de vſur. l. ſciendum. Aliud ſi cauſſa fraudandi dominum ſeruitio, argu. ff. de vſur. l. ſi modo: non debet enim dominus eſſe nimis auſterus, vel acerbus, vel contumelioſus exactor, ſed moderatus, & cum efficacia benignus, & cum inſtantia humanus, nec vaſallus nimis delicatus, (argu ff. de pigno. actio. l. ſi ſeruos, in fin. ff. de vſur. l. ſi bene.) & vt ſeruiendo continuè non teneatur ſeruire, ſed otium habeat & meridiano tempore conquieſcat, & omnia temporis ſpacia libera ſint his, quæ ad curam corporis ſunt neceſſaria argu. C. de excu. artificum. l. j. lib. xij. ff. de operis liberto. l. medicus lib. & l. cum patro. §. vlt. & l. operarum. C. de teſta. l. cum antiquitas, §. j. neq; enim liberum eſſe virum homini. ſemper laborare, vel ſemper vacare, cũ permutatio & varietas mentẽ humanã delectet: (vt in Autẽ. de ordine ſedẽ. §. ſi quẽ aũt, in fin) nec omne momentũ exigendũ eſt, vt argu. ff. de conditi. & demonſtra. l. ſi qs ita legârit. Veruntamen ſi præſtare debet diurnas operas, non incipiat à ſexta hora diei, vel vltima hora, ſed manę: (argumen. ff. de anu. lega. l. ij ff. de operis liberto. l. operas ſtipulatus, in fin. ff. quando appella. ſit, l. j. §. dies) & non cogatur die noctuq; operari, ſed moderatè deſideretur ex bono & æquo. argu. ff. de ædil. edict. l. ſi quid. ff. de verbo. obliga. l. continuus, §. ij. nam & quoti-

dianum dicitur quod quotidie fit vel fieri poteſt: & ſi aliquo momento temporis non fiat. argu. ff. de aqua quotid. & æſti. l. j. §. quod autem ſcriptum. Iudices tamen pedanei debent ſedere ad ius reddendum matutino tempore, maximè meridie & veſpere, vt in Auten. de iudicibus, §. ſedebunt: magiſtratibus tamen eſt inconueniens in publicum eſſe temporibus veſpertinis, vt ff. de origi. iur. l. ij. §. & quia magiſtratibus.

CAPVT LXVIII.

Quibus cauſſis vaſallus debet ſeruire & offerre ſeruitium domino, quãuis ei non ſit denunciatum.

QVædam tamen argumenta ſunt quòd vaſallus debeat ſeruire & offerre ſeruitium domino, quamuis ei non ſit denunciatũ, (vt argu. C. de contrahen. ſtipul. l. magnam. C. de emphy. iur. l. ij. ff. de fideico. libertati. l. ſi quis rogatus. ff. de lege commiſſo. l. dubitat) ſed illud contingit ratione diei appoſitæ, vel fauore libertatis. Vnde demum, cùm nominatum fuit ſeruitium vaſallo & ei denunciatum, debet ſeruire non obſtantibus prædictis argumentis. & ad hoc eſt argum. ff. de operis liberto. l. ſi quis hac, §. iudicium, & l. cùm patronus. j. reſpon. & l. quotiens, in fin. ff. de verbor. obligati. l. interdum puta, in fin. j. reſpon. Si verò eſſet denunciatum & non exhiberet ſeruitium, feudum

dum amitteret, vt prædictũ eſt, et argu. in Lombar. de his qui ad patriam, l. ij. niſi poſteà dominus beneficium ſuſceperit ſponte, (argu. in tit. de feud. & benefi. l. quoniam interdum, in fin. argu. ff. de arbit. l. Celſus. ff. de eo quod certo loco, l. vlti. C. de pac. inter emptorem, l. commiſſionis. ff. de lege commiſſo. l. de lege, §. vlti. & l. poſt. ff. de minorib. l. Aemylius, §. pen. ff. manda. l. ſi verò non remunerandi, §. ſi mandauero, in fine. C. de iure dominij impe. l. ij. argu. C. de vſur. l. quamuis paſſa. C. famili. erciſcũ. l. in ipſius) niſi dominus ſuſcipiendo ſeruitium dixerit ſaluo iure ſuo, fortè cauſſa adiecta, vel aliqua commemoratione facta. argu. ff. ad l. Iul. de adul. l. qui vxori, & l. denunciaſſe, in prin. & §. quid ergo. & argu. ff. quib. mod. pig. vel hypothe. ſolui. l. ſi debitor, §. j. C. de his qui ſponte publi. munera ſub. l. j. in fin. libro. x. ff. ad legem Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum, §. ſi calicem. ff. de bonis liberto. l. ſi pater exhæredato. argu. ff. de concubinis, l. iij. ff. de agnoſcẽ. libe. l. j. §. quendam, in fin. ff. de religioſis & ſumptib. funerum. l. ſi quis, §. ſed interdum, in fin. ff. de ædilit. edict. l. ſi tamen, §. cùm redhibi. & in titul. extrà de regu. & ingre. ad reli. c. conſulti, in fin. ff. de acquiren. hæred. pro hærede. l. §. j. in tit. extrà quod metus cauſſa. c. j. §. j. ff. de pac. l. iure gen. §. quod ferè. ff. nautæ, caupones, ſtabula. l. debet. j. reſpon. in fine. & extrà de cenſi. c. olim, §. j. Hodie autem videtur quòd propter conſtitutionem Henrici in titul. de feud. & benefic. l. de militum, §. j. quòd vaſallus

in omni anno ſeruire debeat domino, alioquin feudum amittat: niſi fortè occaſione guerræ vniuerſalis non exhibuerit ſeruitium, vt in tit. de pace Conſtan. c. vaſalli qui tempore, & c. etiam. in titu. de feud. & beneſi. l. vaſalli qui tempore. Sed poteſt intelligi, quòd in omni anno debet ſeruire ſemel, ſi eſt ſeruitium impoſitum fuerit & ei denunciatum, & tunc ſi non faciat, feudum amittit: vel id redimat per medietatem, quod tunc valuerit feudum. Si verò intra annum ſeruierit, quòd ſit leuiſſimum, & dominus aliud ſeruitium impoſuerit, & vaſallus neglexerit, & dominus indè damnum paſſus eſt: tunc damnum à vaſallo præſtetur vſq; ad fruges feudi, vel vaſallus, ſi ſe defendere voluerit, per duos vel ſaltem vnum parem offerat qui hæc dicāt, & cum eis iurent, vel ſi pares non habuerit, tunc ſeruitia nominet, & ea feciſſe & intra annum ſeruiuiſſe iuret cū duobus vel tribus parentibus. Sin autem intra annū concorditer ſe habuerit cū domino, ſcilicet ſæpè videndo dominū: tunc dicimus vt probet per teſtes ſe ſeruitiū feciſſe, vt in d. l. de militum, §. j. & ij.

CAPVT LXIX.

Quibus ex cauſſis excuſetur vaſallus à ſeruitijs præſtandis domino ſuo.

E*Xcuſatur autem vaſallus ſi non ſeruierit domino, ſi propter ætatem vel infirmitatem ſteterit quòd non ſeruierit, vt in tit. ſi de feud.*

nec valetudine podagræ, vt C de decur. l. à muneri bus: niſi vaſallus probet ita afflictum valetudine pe dum, vt proprÿs rebus interceſſum accommodare non poſsit, vt C. qui morbo, l. podogra. li. x. Sed nunquid excuſatur propter paupertatem? dic vt notaui in ſumma, ſuprà titu. j. §. ſi verò fidelis: & quòd dictum eſt quòd vaſallus excuſatur propter ætatẽ, ſubaudias maiorem, arg. ff. de arbitris, l. licet. ff. de vſufruct. l. de arboribus, §. de illo. ff. de aliena. iudicÿ, l. non ſolùm, §. ſi quis autem. ff. de operis liberto. l. liberta. C de decurio. l. ſi vult. ff. de iure immuni. l. maiores. ff. de munerib. & honorib. l. iÿ. §. q̃uis, et §. circa. C. qui ætate, l. j. lib. v. C. qui æta. l. iÿ lib. x. in Inſtitu. de excuſa. tuto. §. item maior. ff. de excu. tutorum, l. iÿ. in prin. ff. de cenſibus, l. iÿ. ff. de teſtib. l. inuiti. ff. ad Senatusconſul. Syllani. l. ſi quis, § ignoſcitur. ff. de termino amo. l. ÿ. argu. contra. C. de donati. l. ſenatus. C. de decuri. l. à muneribus. ff. de vacati. & excuſa. munerum, l. j. in fine, & l. ÿ. §. numerus, et l. in honorib. ff. de munerib. & honorib. l. reſcripto, §. vltim. C. de muneribus patri. l. neque. Nam maiores noſtri eundem honorem dederunt ſenibus, quem magiſtratib. tribuêre, vt ff. de iure immuni. l. ſemper. Sed vbi vaſallus maior ætate excuſatur, poteſt dici quòd per alium debeat ſeruire: (argu. C. de agentibus in reb. l. agentes) vel dic quòd non excuſetur in totum, ſed excuſatur vt minus puniatur quàm iuuenis. argumen. ff. de termi. amo. l. j. Item & propter minorem æta

K ÿ tem

tem excuſatur, ſicut ſi eſt infans vel minor xiiij. annorum vaſallus maſculus, vel fœmina minor xij. et maximè ſi ei ſeruitium imponatur quòd ætas recuſat: verùm per alium admittetur ſeruitiū. argum. ff. de operis liberto. l. nec audiendus. ff. de cenſi. l. iij. ff. de decur. l. nō tātùm, §. j. ff. de munerib. & honorib. l. ad rempub. ff. ad Senatusconſul. Syllania. l. ij. §. impubes, & l. excep. & l ſi quis in graui, §. ignoſcitur. argum. ff. de teſti. l. iij. §. lege Iulia. in titul. qualiter vſusfr. benefi. ſit tenen. §. ſancimus vt nemo miles. & in tit. ſi de feud. vaſal. fuerit interpell. §. ſi quis deceſſerit. in titu. de feud. & benefi. l. imperialem decet, §. præterea ſi quis: argu. C. de munerib. patrimonio, l. iij. ff. de munerib. & honorib. l. iij. §. de cæteris. & facit ad hunc §. in ea. ſumma, §. quod autem ſequitur infantia. Item excuſatur propter ſexum, putà mulier, maximè ſi virum habet & nupſit voluntate domini. Nam inconueniens videtur eā ſeruire domino, cùm debeat in officio mariti eſſe & eius ſeruitio: & eam poteſt cogere operari, vt ex operibus acquirat viro, vaſalla tamen remanet & ob offenſione ſe cuſtodire debet: immò etiam vaſalla remanet quoad omnia, quando mulier eſt domina, (arg. ff. de operis liberto. l. interdum, et l. ſi cùm patronus. ff. de munerib. & honorib. l. iij. §. corporalia. C. de operis liberto. l. qui ex liberta. C. de obſequi. patron. l. libertæ. ff. qui potio. in pignore habeā. l. vlti. & argu. ff. de vſufruct. l. idemq́, §. j.) niſi eſſent ſeruitia patrimonialia vel corporalia ſe-

xui

xui congruentia, à quibus non excuſatur, (vt arg. C.de munerib.patri.l.patrimonij. C.de his qui numero libero.excuſa.l.pen.C.de mulierib.in quo loco.l.j.libro x.argu.ff.de bonis liberto.l.Iulianus,in fin.) niſi ſit quinquagenaria,vt arg.ff.de operis liberto.l.liberta maior. Eſt tamen arg.quòd mulier vaſalli debeat potius ſeruire domino,q̃ viro.arg.extrà de coniugio ſer. c.j.Et licèt mulier excuſetur ratione ſexus & verecundiæ ipſius,per alium tamẽ debebit ſeruire,et maximè p̱ maritum, (arg.C.de his qui veniã ætatis impetra.l.ij.C.de naturalib.liber.l.ſi quis,in fi.in Autẽ.q̱b.modis natura.libe.effici.legitimi,et ſui.§.ſi verò ab initio) & tunc maritus debebit vti et frui feudo dũm ſeruit, (vt arg.in Autẽ.de donati.l.curialiũ,§ quòd ſi plures fuerint filiæ, §.quòd ſi fœminæ,et §.vlt. C.quãdo & à quib. quar.pars debe.l.ij.§.ad filiorũ,et l.vlti.§.adhuc, in fine,libro x.)ſicut & vaſallus debet ſeruire viro dominæ. argu.ff.ad ſenatuſcon.Syllania.l.ſi quis in graui,§.ſicut omnes,in fin. & eius ſeruitio poteſt vir vti,argu.ff.de donati.inter virum & vxorẽ.l.ſi vir vxoris:ſicut vteretur de proprio vaſallo.argu.ff.ad ſenatusconſul. Syllania.l.ij.§..ſi vir aut vxor, & l. ſi quis in graui,§.ſi maritus, & §.ſi autem. & viro pro facto vxoris poteſt fieri denunciatio, & ſufficit. vt ff.quod vi aut clam,l.aut qui,§.ſed & ſeruus.argumentum contra C.de manumiſſ. vin. l. nec mulierem.et addas quæ notaui infrà de ſucceſſ.feud. §.maritus, & §.ſicut ergo nepos.

Poteſt etiam excuſari qui vinctus à quocunq; detinetur, et data opera erumpere vincula non poſſit. Item imbecilles, putà ſurdus, cæcus, mutus, & furioſus. vt argumentum ff. ad ſenatusconſul. Syllani. l ſi quis in graui, §. ſubuenitur, & §. ignoſcitur. & facit ad hoc quod notaui in ſumma, inſ. tit. ij. §. mutus. Item vaſallus excuſatur propter dignitatem accreſcentē vaſallo. ſi fortè vaſallus incœpit eſſe eiuſdem imperij cuius eſt ipſe dominus, (argu. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur) vel ad eam dignitatem perueniat, vt inconueniens ſit domino ſeruire: (vt ff. de operis liberto. l interdum, §. ſed ſi liberta) quamuis hoc non fiat ſine damno vel iniuria domini, vt in prædicto titu. l. operis obligatus. Et non excuſatur propter dignitatem antè acquiſitam, niſi imponat dominus ei tale ſeruitium, quod videatur eſſe contra dignitatem vaſalli: quia vult quòd vaſallus miles tanquam pedes ſeruiat, vel ad caſtrum calcem vel onera portet, vel priuatum opus faciat, vel vadat piſcatum aut venatum, vel ſimilia faciat. Dignitas verò vaſalli tunc videtur ſaluari, vt ſi ei non imponatur vt cum domino moretur, vel cum eo peregrè proficiſcatur, vel negotium eius exerceat, vel fabriles operas faciat, vt argumentum ff. de operis liberto. l. hæ demum, in fine. ff. de vſufruct. l. ſed ſi quid, §. mancipiorum, & l. ſi pendentes, §. loci, & §. j. ff. de re militari, l. officium, §. j. & ij ff. de excuſatio. tutor. l. ſpadonem, §. ſcire. C. de decurio. l. vlt. j. reſpon. ff. de arbitris. l. non diſtingue-

gnemus, §. qui permiſſo. ff. de procu. l filius, §. vltim. Debet enim dominus vaſallo tale ſeruitium imponere, quod vtrique conueniat: & hoc conſiderabitur ex ætate, dignitate, valetudine, neceſsitate vtriuſq; (argu. ff. de operis liberto. l patronus qui, & l. eius arti, §. vltimo, & l. nec, & l be. & ff de lega. iij. l. fideicommiſ. aliàs l. Stichus) & quòd non ſit contrarium miniſterium vaſalli vel inuſitatum, vt argu. ff. de vſufru. leg. l. cùm, §. j. de quo etiam notaui in ead. ſumma, §. exerceri etiam poterit. Vnde non debet audiri dominus ſi peteret id quod ætas recuſat, vt in prædictà l. nec audiendus: verùm licèt propter dignitatem ſeruire excuſetur, ſeruiret tamen per alium. arg. C. de decuri. l. nullus qui, et l. neminem. C. de Epiſco. & cleri. l. ad ſimilitudinem. argu. in titu. extrà de præben. c. extirpandũ, §. qui verò. et an vaſallus poſsit aliquo caſu ſeruire per alium, notaui ead. ſumma, §. quæri conſueuit an ſcilicet velit. Excuſatur etiam vaſallus ſi dominus vult quòd eum adiuuet contra antiquiorem dominum, quia non cogitur contra antiquiorem dominũ adiuuare, immò poteſt antiquiorem iuuare contra poſteriorem: (vt in titul. de feud. & benefi. l. imperialem, §. illud quoque. argu. ff. locati. & conduc. l. in operis. in titu. de ſacr. & for. fide. c. qui fidelitatem, in fine. & titul. hic incip. conſuetu. reg. c. j. §. contra omnes) & ſi dominus præcepit per ſacra vt faciat, cogi poterit dominus vt reuocet, propter ſacramentum prius factum à vaſallo prio-

ri domino, vt argu. in titu. extrà de iureiur. c. veniens ad ſedem, in fin. ſicut & vbi quis cogitur ad illicitum vel iniuſtum ſacramentum, vt ff. qui & à quibus manumiſſ. liber. non fiant. l. ſine volun. j. reſpon. Nam & vbi vaſallus iurat fidelitatem minori, ſimpliciter poterit iurare, nec videbitur deierare: quia in primo ſacramẽto maior dominus tacitè intelligitur exceptus. vt in tit. de ſacra. et for. fide. c. petitio, & c. ea te credimus, & in p̄dicta l. imperialẽ, §. vlt. & in tit. extrà de elect. & elect. poteſt. c. venerabilem, in fin. de qua materia ſatis plenè diximus ſuprà ead. ſumma, §. vbi verò plures, et in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. iurare autem. Itẽ excuſatur ſi dominus vult quòd eum adiuuet cõtra dominũ ipſius domini: nam ſi eum offenderet, niſi ei ſatisfaceret, feudo priuaretur, vt in titul. de feud. & bene. l. imperialẽ, §. illud. & in alienando feudũ cõſenſus maioris domini debet interuenire, vt in prædicta conſti. j. reſpon. & §. j. Vel dicatur quòd benè tenetur vaſallus adiuuare dominum contra alterũ ſuperiorem, & non puniatur, quia in ſeruitio domini ſui facit. arg. ff. de iniur. l. ſed vnius, §. ſi iuſſu, in fin. de qua materia notaui ſuprà ead. ſumma, §. itẽ ſi vaſallus vaſalli, & §. vbi verò plures. Item ſeruus vaſalli excuſatur, ſi dominus feudi petat vt eum adiuuet contra dominum ſerui, in cuius eſt poteſtate: cùm ſeruus ſequendo dominum non puniatur, cùm neceſſitate poteſtatis domini excuſetur ſeruus parẽdo domino, (vt ff. ad legẽ Cor. de fal. l. diuus,

§. item

§.item ſenatus) licèt dominus debeat damnari, vt in Lombar.de eo qui ſine volun.mund.l.ſi quis fratrem,in fin.in Lombard.de debi. & gualdi.l.ſi qs grege,in fin.maximè ad defendendum,licèt videatur ſecus ad delinquendum in atrocioribus:(vt ff. quod vi aut clam, l. is qui, §.ſi tutoris iuſſu.ff.de reg.iur.l.ad ea.vlti.charta.& ff.de iniur. l.ſed ſi vnius,§.ſi iuſſu ff.re.amota.l.ſi mulier,§. j.immò & in atrocioribus ſeruus parendo domino excuſatur,ſi dominus faciendo excuſaretur,(vt arg.C.ad l. Iul. de adulter.l. Gracchus)quia dominus ſerui maiorem habet poteſtatem in eum,quàm dominus feudi:quia corripere eum poteſt perſonaliter, & quia habet poteſtatē in ipſum necis & vitæ,(vt C. de emend.ſeruo ff.ad Senatusconſul.Syllani. l. & ſi certus,§.vlti.& in Inſtitut.de his qui ſui vel alie. iur.ſunt,§.j.ff.de vſufr.l.loci,§.j.arg.ff.de pignor. acti.l.eleganter,§.vlt.& ff. de libe. & poſthu.l.in ſuis,in fi ff.de leg.j.l.quid ergo,§.ſi hæres.ff.de verbo.obliga.l.qui ſeruum)& ſeruus cogitur præſtare cuſtodiam domino,tam a domeſticis quàm ab extraneis periculo capitis,cùm aliter domus domini tuta eſſe non poſsit,(vt ff.ad Senatuſconſ.Syllania. l.j. j.reſp.)& ſeruus tenetur anteponere ſuæ ſaluti ſalutem domini ſui,ſed non vaſallus.argu.ff.ad Senatusconſul.Syllani.l.ij.§.ſerui quotiens.ff.de operis liberto.l.hac demùm.ff.de acquirend.poſſeſsio. l.interdum,§.j.in.fi.Item licèt dominus ſerui iuret fidelitatem imperatori,non tamen eius ſeruus de-

 bet

bet iurare, vt in tit. de ſacr. & for. fide. l in nomine Chriſti iuro ego in fin verumtamen videtur ꝙ princeps ſit præferedus omni creaturæ (vt arg. in tit. extra de maio & obe. c ſolitæ. in prin §. quod autē ſequitur, regi) & vt ſeruus teneatur potius imperatori q̃ domino: (vt ff ad l Iul. maie l. famoſi, §. quòd ſerui. argumentum C ad legem Iul. maie. l. vltim. §. vltim. C de delatorib. l. ſeruum, in fin.) ſed dominus feudi poteſt dici quòd habeat leuem emendationem. argumentum C. de emendat. propinquorum. ff de peculi. l. reſpiciendum, §. furta. l. aut f ct. 2, §. j. argum. ff. de offici. præfect. vrba l. j. & l. cum patronus ff. ad legem Aquil l ſi quicquam, & l. præceptoris. ff. locati. & conduct l. item quæritur, §. itē Iul. ff. de offic. eius cui mandata eſt iuriſdicti. l vlt ff de iuriſdict. omniū. iudic. l magiſtra. ff de vſufruct. l. idemq;, §. j ff. de iniur. l. p̃tor, §. p̃terea. et l. nō ſolū, §. quanquā, & §. leuis. et l itē apud, § adijcitur aduerſus. in Auten. de nupt. §. aſſcripto autē. C. de agrico. & cenſit l. vlti. & in Lōbar. qua liter mū. l. vlt. de qua materia ſuprà eod. mētionē feci, §. ſed quid ſi ſeruus, & notaui etiam in ſumma de ſucceſ feud. §. ſimilis quomodo poteſt notari. Nā & dominus iuriſdictionem habet inter vaſallos & miniſteriales. argumen. in Auten. de quæſtore, § ſi verò forſan. Item excuſatur ſi non adiuuet dominum contra patronum, arg. ff. de conditio. & demōſtra. l ſi quis tale: quia maius periculū imminet q̃ periculum mortis, quia in ſeruitutem incideret pro-

propter ingratitudinē:(arg.de opis libert. l.hæ demum,in prin.in Inſtitu.de excuſa.tuto.§.itē is qui ſtatus)vel excuſatur ſi non adiuuet cōtra patrem, argu.ff.de bonis, quæ lib.l.qui cum maior,§.prouocatus:vel contra filium, argumen.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius,§.quod deinde,in fin. vel contra pupillum ſeu fratres.arg.C.de peric.tutor.l. humilitatis.ff. de in ius vocādo,l quæſitū.ff.de poſtulād.l. hi qui. ff.de legatio.l.ſi abſenti,§.j.in tit.extra de poſtu. c. vlti.ſed contra dicitur in tit. hic inci.cōſue. regni,§. contra omnes. Item poteſt excuſari ſi ſeruiat viro dominæ prætermiſſa domina, cùm non poteſt vtrique.arg.ff.ad ſenatuſcon.Syllania. l.ſi quis in graui,§.ſi cum omnes, in fine §. Item ſi non adiuuit dominum contra patrem ſuum,argumen.ff.de bonis liber. l.qui cum maior,§.prouocatus.argu. contra. ff.de caſtren.peculio.l.iij.contra filium autem adiuuare debet,(vt in tit.hic inci.conſue.reg.c. j.§.cōtra omnes)& eum ad ſatisfactionem deducere,vt in titu.de feudis & benef.l.imperialem,§.inſuper. arg.tamen videtur quòd pater debeat filium in omnibus tueri,vt ff.de iniur.l.ſed ſi minus,§.quod demū,in fin.l.Sed vbi plures dominos habeat æquales indigentes ſeruitio vaſalli quid obtineat,hic nō tradi:quia ſuprà ead.ſumma,§.vbi verò plures, notaui,& infr.in.ſumma de ſucceſſi.feud.§.ſi verò dominus decedat.Excuſandus eſt vaſallus,& potius præmio afficiendus,ſi non ſeruierit domino contra principem vel patriam ſuam,vt in tit. de feud. & benefi.

benefi.l.imperialē,§.vlti.in tit.de ſacra. & forma fide.l.illud.& c.q̄ in fidelitatē,in fin.& c.eſt & alia. in Auten.vt cū de appel.cognoſci.§.cauſſas,in ver. ſi eos in criminalib.arg.ff.de religioſis & ſumptib. fune.l.minimè.arg.ff.de iuſti.et iur. l.ij. argumen. ff.de de delato.l.vltim.libr.x.argum.ff. de interdict.& relega l.poſtliminium,§.filius.ff. ad legem Iuli.de annona,l.j. Quilibet enim debet patriam ſuam defendere:(vt in Lombar.de his qui patriā defen.l.j.& vlt.) & non poteſt pater iure patriæ poteſtatis reſiſtere quominus patriæ obſequatur, (vt ff.de muneribus,& honoribus,l.honor,§.plebei, in fin.) & princeps omni creaturæ præferendus. vt in titu.de maior.& obedi.c.ſolitæ. Magna enim ſecreta ab vniuerſis ſubditis debentur imperio,vt C. de operibus publicis,l.quicunque locus.

CAPVT LXX.

Vtrum vaſallus dominum excommunicatum cogatur adiuuare.

*ITem nec dominum excommunicatum cogetur adiuuare,vel bannitum,vel ſi dominus p̄ guerra iniuſta ſeruitiū vaſalli,*vel contra honorem Eccleſiæ,vel contra Deum & eius ſanctos.vt in titu.de ſacr.& for.fideli.c.iuratos,in fin.c.ea re.j.reſponſ.in fin.& c.petitio: quod dic,prout notaui ſuprà eadem ſumma,§.& debet adiuuare. & in titul.qualiter iura.debe.vaſall.§.iurare autem, & §. ex ſacramento. Excuſari etiam poterit vaſallus,ſi dominus petat ſeruitium,quòd facere non*

poſ-

poſsit, vel poteſt ſed cũ dedecore, vel famam lædit, vel pietatẽ, vel æſtimationẽ: vel poteſt cũ difficultate, vel turpitudine, vel cũ periculo vitæ, vel cũ incõmodo ſcilicet magno, vel vexatiõe, vel infamia, vel cum obturbatione dignitatis, (vt argumentum ff. de verborũ ſignificationib. l. nepos, in fin. ff. de iudicijs, l. ſi locus. ff. ſi vſufru. peta. l. j. in fine. argumentum C. de reſcriptis, l. reſcripta. ff. de ſtatu liber. l. ſi peculium, in fin. ff. de annu. lega. l. iij. argumen. de auro & argento lega. l. quintus, §. ſeruus. ff de damno infec. l. ſi finita, §. ſi quis metu. & in titul. quibus cauſsis feud. amitta. §. ſed nec eſt, in fin. argumentum ff. de operis liberto. l. hæ demum, & l. ſicut patronus, in fine, & l. eius. ff. de iure dotium. l. auus neptis, §. j. ff. de conditio. inſtitutio. l. iij. & l. filius. ff. ad Treb. Senatuſconſul. l. fœmina, §. ſi ſub conditione, in principio. ff. de pecul. l. moris, § ſunt. ff. manda. l. ſi fideiuſſor, in principio. ff. quib. ex cauſ. maio. l. in eadẽ cauſſa, in fine. ff. quæ ſententiæ ſine ap. reſ. l. vlti. vel eſt inhoneſtũ, (arg. ff. de arbitris, l. ſi cum dies, §. cõpmiſſo, & §. vlti. arg. ff. de operis liber. l. medicus, l. interdum, & l. hæ demũ) vel cõtrarium miniſterio vaſalli, vel quod inuſitatũ ei eſt, (vt argumen. ff. de vſufru. l. loci, §. j. & l. ſed ſi quid, §. mãcipiorum, prout notaui ſuprà ead. ſumma, §. item vaſallus excuſatur) vel contra bonos mores, quia tunc non creditur poſſe facere, vt argu ff. de conditio. inſtitu. l. filiusfamilias. vel eſt illuſorium vel deriſorium, (argu ff. ſi cui plus quàm per legem fal. l.

hoc

adiectio.l.quòd ſi vno ff. de Sena.l j.§. j. ff. locat. & conduct. l qui inſulam, §. vltimo. Nam parcendum eſt vaſallo, qui voluit ſe tueri, vel etiam vindicare vel vlciſci, (argumentum ff de iuſtiti & iur. l. vt vim ff. de religio. & ſumptibus funerum.l minimè.ff unde vi, l.j.§.j.ff de bonis liber l qui cùm maior, §. ſi libertus argument ff de iure fiſci. l.ij. primo reſponſo ff de lega.ij l cùm pater, §. antepenult. in fin. ff de libe. homi. exhiben l iij.§.j. in fin. ff. de aqua pluui. arcend. l. j. §. idem aiunt. C. in quibus cauſ colo. ceſ.nti, l.ij. in fin. lib x .ff. de accuſa.l liberi, primo reſponſo) maximè cùm domino debeat imputari cùm cauſſam malorum vaſallo præbuit, vt argum. C ad l gem Iuli. de vi pub. vel priuil. l quoniam multa. Idem poteſt intelligi propter euictionem rerum ſuarum. argu ff. de actio. l liberi. Contra domeſticos autem tenetur adiuuare, contra filium & fratrem, vt in tit hic inci. conſuet. reg c.j.§. contra omnes. & in titul de feud. & benefi. l. imperialem, §. videtur argu. ff. ad Senatuſconſul. Syllania. l. j. primo reſponſo. Sed argum. eſt, quia ſicut perſona vaſalli excipitur, quòd ita excipiatur domeſticus eius, vt ff locati, l. qui inſulam, §. vlti. & ff. de auro & arg. leg. l. vxori quis, in fine. & dic prout notaui ſuprà eadem ſumma, §. & non ſolum, §. item vaſallus vaſalli, & §. item filius vaſalli. in titul. qualiter iur. debe. vaſall. §. generaliter.

CAPVT LXXII.

Virum

Vtrum vaſallus vel hæres vaſalli feudum amittat, ſi ab hærede domini non petierit inueſtituram intra annum & diem, & ex quibus cauſſis excuſetur.

Item ſi vaſallus ab hærede domini inueſtituram non petierit, vel hæres vaſalli patris, vel alterius agnati ab eo non petierint: olim intra annum & menſem, hodie intra annum & diem feudum amittit, cùm non poſſit vaſallus de breuitate temporis excuſari, cùm annum habeat, vt argu. C. de decurio. l. quamuis. Quid ſi vaſallus eſt alicuius corporis vel vniuerſitatis? dic vt in ſumma ſuprà, titu. proxim. §. quid ſi vaſallus eſt. & quod dictum eſt, Feudum amittit, intelligas, niſi iuſta cauſſa interuenerit quare dimiſerit: veluti capitales inimicitiæ, vel infantia ſecundum vnam lecturam, vel infamia ſecundum aliam, vel iuſta abſentia, (vt in tit. ſi de feud. vaſall. fuerit interpell. §. ſi minori, §. ſi quis deceſſerit. in tit. qualiter vſus beneſi. ſit tenēd. §. ſancimus vt nemo miles vltra annum. in titu. hic incipi. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, j. reſponſ. in tit. in quibus cauſſ. feud. amitta. §. prima cauſſa. in Lombar. de his qui ad pala. l. cuiuſcunq;. in tit. de feud. & beneſi. l. imperialem, §. præterea ſi quis, & l. quicunque igitur, §. nemo miles, §. ſi quidem) vel niſi poſt tempus celeri ſatisdatione ſibi conſulere ſtu-

ſtuduiſſet,(argu.in titul.extra de locati et cōduct. c.vlti.& extrà de rebus eccleſi.non alienan. c.ſi qs presbyterorum.argum.ff.de aliena.iudicij mutan. cauſſ.facta,l.ex hoc,§.ſi quis.argu.C.de plus peti tionib.l.j.argu.ff.de publi.l.imper.in fin.) vel vbi non doloſè ſteterit vaſallus petere inueſtiturā intra annum & diem,nec culpa vel negligentia,feudū ob hoc non amittit:dolus enim abeſſe videtur,ſi iuſta cauſſa fuit impeditus,vel domino conſcio cum amo re fecerit ſeruitium, vt argumentum ff. de vſur.l. ſciendum.ff. de publi.l.interdum, §.diui.ff.de ſer-uitu:ruſtico.prædiorum, l.vnus, §. ſi fons. in ti-tul.de feud. & beneſi.l.quoniam inter.in titul.de capitu.extra.§.ſicuti milites,§.inter dominum & vaſallum.vel niſi de hoc ſe commiſerit ante annū iudicio parium,vel vult facere quod pater eius fe-cit,vt in titu.de capitu.extraor.§. euenit,& §.qui-cunque paratus eſt:vel petijt ab vno tantum,cùm debeat petere à pluribus,ſed illum ſolum putauit dominum à quo petijt.argu.ff.de iniuri. l.ſed ſi vni us,j.reſpon. vel petijt à prædeceſſore,cui & ſucceſ-ſoribus iurauit fidelitatem,(argu.in titu.de ſacra. & forma fideli.c.veritatis amica)ſed iſtud intelli-gitur de ſacramento,ſed non de inueſtitura:quia ex moribus intra annū petenda eſt,vt in tit. de feu. & beneſi.l.imperialem,§.præterea ſi quis, & c.per literas.in decre.xij.quæſti.ij.c.longinquitate.argu. ff.de aqua quotidi.et æſtiua.l.j.§.penu.in titu.de pa ce Conſtanti.§.in ciuitate,in fine. & de hac mate-

L ria

via reperies in eadem ſumma, §.præterea ſi dominus,ſuprà proxi.ſumma,& §.peti debet,item qualiter iura.debe.vaſall.§.fidelitatem non iurant. Vaſallus tamen à filio domini cognoſci non debet,niſi hæres eius fuerit,vel niſi,quando accepit à domino, iurauit ei & eius filio:(vt argu ff.de operis liberto. l.cùm patronus,§.j.)vbi autem non apparet hæres domini,non imputatur vaſallo ſi inueſtituram non petat.argu. ff.de vſur.l.pecuniæ,in fin.ff.de traie. pe.l.Labeo.ff.de euictio.l.ſi dictũ,§.penultim. Sed quod dictum eſt per l.in titu.qualiter vſus beneſi. ſit tenen.§.ſancimus vt nemo, Niſi iuſta cauſſa interueniat,intelligas iuſtas cauſſas,quæ colligi poſſunt ex eo quod legitur.ff ſi quis cauſſ.l.ij per totam l.& l.iiij.ff.quibus ex cauſſ.ma.l.ſed & ſi,§ item nunquid.ff.de iudi.l.ij.cum omnibus earum concordãtijs,& vt ſuprà in proxi.§.notaui,vbi excuſatur vaſallus:& putabuntur iuſtæ cauſſæ,ſi vaſallus affirmauerit eius ſide ita verum fore, (argumentum in titu.de feudis & beneſi.l.de militum,§.j.& l.quicunque igitur,§.ſi quidem.argu ff.ex quibus cauſſis ma.l.iij.ff.de excuſa tutorum.l ſcire, §.ſufficit. arg ff.de acquiren.hæred.l.eum quidem,§. quid dicitur ſi putetur) & hoc cùm vaſallus eſt bonus vir & bonæ famæ: alioquin debet probari legitimè, vel ſaltem argumentis.argu ff.de re mili.l.non omnes,§.à barbaris.

Itẽ quòd dixi,niſi capitales inimicitiæ interueniant,intelligo inter dominum & vaſallum culpa domini

mini vel caſu incidentes,vt culpa cuius fiunt non poſſit diſcerni: quod aliud intelligerem ſi culpa vaſſalli,quia tunc vaſallus feudum amitteret,vt notaui infrà eadem ſumma,§.item ſi cum inimicis.quia lucrum non debet ſentire ex ſua malitia,vt argu.ff. de dolo,l.j.primo reſpon. & l.ne ex dolo.ff.pro ſocio.l.ventri,§.tempus.C.de Epiſcop.& cleri.l.omnes,§.vltimo,in prin. C.de decuri.l ne quis officialium. Quod autem ſequitur infantia ſecundum vnam lecturam,potes intelligere de infantia vaſalli,(argu.in titu.ſi de feud.vaſal.fuerit interpell.§.ſi minori,§.ſi quis deceſſerit. C.in quibus cauſ.non eſt neceſſ.in integ.reſti.l.vlti.C.quibus non obiyci.longi temporis præſcrip.l non eſt cognitum.C.de longi tēporis præſcrip.l.ſi cùm in rem. arg.ff.de publi.l.imperator,in fine)maximè ſi tutorem non habet,vt argu.ff.vt in poſſeſ.leg.l.is,in §.ceſſatum,& ad hoc etiam notaui ſuprà eadem ſumma,§.item & propter minorem, in fine §.& §.pupillus etiam ſine, &c. Adulto tamen imputatur ſi non petat,vt in titu. de feud. & beneſi.l.imperialem, §.præterea ſi quis. Sed ſubuenitur ei per reſtitutionem, vt notaui in ſumma ſuprà titul.j.§.ita hæc præſcriptio. Verùm ſi non habet curatorem,cùm ſimilis ſit infanti, (vt C.de in integrum reſtitu.l.ſi curatorem)excuſabitur ſicut infans,vt dictum eſt: ſed redundabit in damnum curatoris, vt argumentum ff.de fundis patrimo.l.ij.in Auten.de trien.& ſemiſ.§.ſi verò lis.in Auten.vt litigantes iurent,§.ſi quis autem.ff.

quod quiſque iuris,l.iij.§.j.vel minori feudum reſtituetur, argumentum ff.de rebus eorum qui ſub tute.ſunt,l.iij.§.nec vſufr.Similiter excuſatur collegium vel vniuerſitas,vt argu.ff. de bono.poſſeſ.l. iij.§.cui.Item potes intelligere de infantia domini, qui eſt ſine tutore,à quo non poteſt peti inueſtitura, vel inueſtituram præſtare non poteſt.argu. C.de iure deliberandi,l.ſi infanti.ff.de vſur.l.cum quidã, §.ſi pupillus.C.ad Trebel. Senatuſcon. l.pen.& ff. eo.l.reſtituta,§.pupillus.de qua materia plenè notaui ſuprà in ſumma proxi.§.minor,& §.pupillus etiam ſine.& in eadem ſumma,§.proxi.in fi.vel ſi habeas infamia ſecundum aliam lecturam,quæritur de cuius infamia dicat,an de infamia vaſalli, an de infamia domini.Si dicatur de infamia vaſalli, videtur abſurdum quòd ex ſua infamia debeat habere excuſationem vel priuilegium, prout proximo reſponſ.item ſimilia notaui in §.debet adiuuare in fin.ſed videtur poſſe intelligi de infamia vaſalli,puta damnatus eſt vaſallus de capitali crimine,vnde effectus eſt infamis:vnde propter talem condemnationem intra tempus nõ poteſt petere inueſtituram. arg.ff.ſi quis caut.l ſed & ſi quis,in princi ff.de publi.l.ij.& l.infamis.vel poteſt melius intelligi de infamia domini,putà quia dominus eſt excommunicatus. argu.in titu.de for.& ſac.fide. c.nos fide.c. nos ſanctorum.c. iuratos.& c.ſi temporalis domini.et in titul.hic inci.con.reg.j.reſponſ.argu.in Auten.de priuil.dot. hære:muli.de qua materia notaui ſuprà

ui ſuprà eadem ſumma, §. & debent adiuuare, & ſuprà titul. j. §. feudum autem dicitur, & §. idem poteſt intelligi. & in tit. qualiter iura. debe. vaſal. §. iurare autem. Item poteſt intelligi infamia, id eſt, nō fama, putà dominus in abſentia mortuus eſt, vel vaſallus, & non eſt fama de eius morte, vnde nō poteſt ſciri an ſit mortuus vel viuus: vnde hac ratione nō imputatur vaſallo vel eius hæredi. arg. ff. quis ordo in poſſeſſ. bono. ſeruetur, l. ij. j. reſpō. arg. in Autē. vt liceat ma. et auiæ, §. q̄ aūt à nobis. Annua enim exceptio remittēda eſt magna et iuſta ignorātiæ cauſſa allegata, vt ff. q̄ vi aut clam, l. ſemper, §. iij. in fi. et ita videtur q̄ hoc ſit vtile et nō contrariū. de hac materia inuenies notatū plenè ſuprà prox. in ſūma, §. & debet peti inueſtitura, §. excuſatur aūt, & §. ita hæc præſumptio, §. & currit, & §. ita currit à tempore. Quod dicit vel iuſta cauſſa abſentiæ, intelligatur. ſ. vaſalli, (vt arg. ff. quib. ex cauſſ. ma. l. j. & l. item hi) & dicitur iuſta cā abeſſe, ſi eſt apud ſedes ſuas vel ſuum domicilium, vt ff. de fideicō. liber. l. ſi cū, in fi. l. vel ſi viſitauit parentes & notos. vt ff. de fun. inſtru. l. Seiæ, §. idem quæſiuit. C. de digni. l. clariſsimis. in Auten. vt lice. ma. & auiæ, §. ſi quolibet mō. ff. de re mili. l. qui cum vno, §. vlt. in fi. vel in tutiori loco reponatur. arg. C. de verbo. ſignifi. l. j. ff. de fun. inſtru. l. Seiæ, §. pen. et l. quæſitum, §. idem reſpondeo. vel in domo fortè timore hoſtium, argu. ff. de ædili. edic. l. quis ſit fugitiuus, §. item apud. ff. de conditi. & demonſtra. l. ſi q̄s ita legatū. ff. loca. et

condu. l. item quæritur, §. exercitu. C. de acquiren. poſſeſſi. l. licet. Vel tyranni, vt ff. quibus ex cauſ. in poſſeſſi. ea. l. Fulcinius, §. quid ſit: cuius tyranni facta & opera ſunt caſſanda, (vt. C. de ſacroſan. Eccleſi. l. decernimus) & hoc cùm abſint ex neceſsitate, non voluntariè vel affectata abſentia, vt arg. C. de his qui ſpõte mune. ſube. l. j. & ij. C. de excuſa. tuto. l. ſpadonem, §. vltimo. ff. quibus ex cauſſ. manumiſ. l et qui data opera. arg. ff. ad Senatuſcon. Syllani. l. ſi quis in graui, §. ſubuenitur. & ff. loc. & conduc. l. item quæritur, §. exercitu. ff. qui ſatisda. cogan. l. fideiuſſor, §. j. ante fi. ff. ſi quis caut. l. ij. §. ſi qs tamen. ff. de euict. l. ſi dictum, §. j. & §. pen. Quod dictum eſt de voluntaria abſentia, intelligas quando jam inceperat currere annus, vnde prodeſt talis abſentia: quod ſecus puto ſi abfuit volũtariè anteq̃ inciperet currere, q̃a nõ debuit caſum excogitare, inuenire vel diuinare. ar. ff. qui & à quib. manum. libe. non fi. l. Iulianus de eo. argu. ff. mandat. l. fideiuſſor, §. ſi cùm debitor. ff. ad l. Aquil. l. ſi putator. in fi. ſed in tutore abſente, ſi non fiat auctor pupillo vel alia iuſta cauſſa, non tenetur. vt ff. de auctori. tuto. l. tutor. qui. Item poteſt intelligi de abſentia domini neceſſaria vel voluntaria, arg. ff. ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. de iudi. l. & poſt, in fi. primo reſponſo. ff. quib. ex cauſ. ma. l. j. j. reſponſ. & l. item ait prætor, j. reſponſ. & l. ergo, & l. videlicet. & in Inſtitut. de actionib. §. rurſus. Dies enim petendi inueſtituram non exijt, cùm propter ſuam vel

ad-

aduerſarij abſentiam auxilium non poſſet habere, vt arg. ff. quibus ex cauſſ. maio. in integrum reſtitu. l. Iulianus, in fin. Quid enim poteſt imputari ei, qui non potuit, etiamſi vellet? vt ff. de vſurp. l. cùm quidam, §. ſi pupillo. argu. ff. de leg. & con. l. dubitat. ff. vt in poſ. leg. l. j. §. j. extrà de dolo & contuma. c. vlti. in fin.

Idem poteſt intelligi vbi aduerſarius præſtitit occaſionem, quare vaſallus inueſtituram non petijt intra annum, (arg. C. de aſſer. tol l. j. in fin. C. ad l. Iul. de adul. in fi. ff. de eo per quem fac. erat. l. j. §. ſi reus. ff. de proba. l. j. ff. de excuſa. tuto. l. ſi cum ipſe ff. de conditi. & demonſtra. l. quibus diebus. j. reſpon ff. de itinere actuq; priuato, l. j. § . prætereà. ff. ad municipa. l. Lucius. §. idem reſpondeò ſi per accuſationē. ff. de munerib. & honorib. l. reus. ff. quod vi aut clam, l. j. §. ſed & Ariſto.) quia tunc pro eodem habendum eſt ac ſi inueſtitura petita foret. vt argu. ff. de euict. l. ſi ideo, in fin. l. ſi dictum, §. ſi præſente· repete etiam hic quæſtiones, & alia quæ notaui ſuprà prox. in ſumma, §. & debet peti, & §. ſed pore, §. vaſallus, & §. ſed quæritur nunquid frater. Sed licèt vaſallus videatur excuſari propter abſentiam domini, licèt non petat inueſtiturā intra annum, vt ſuperius dictum eſt: tutius tamen faciet vaſallus ſi domui domini, vbi conſueuit morari, denunciet vt domino poſsit denunciare: (arg ff. de operis noui nunca. l. de pupillo, §. denunciare, in fin.

ff.de excuſa.tuto.l.ſcire, §.ſunt.ff.de libe.agnoſ.l.j.§.j.& §.domū ff de dam infect.l.iij.§.totiens. ff.quod vi aut clam,l.aut qui,§.j.in fine.in titu.extra.de dolo & contuma.c.vlti.in fi. & extra de eo qui mit.in poſ.cauſſa rei ſeruandæ.c.vlti.) excuſabitur tamen,ſi ianua ei ſit præcluſa vt denunciare nō poſsit: (vt argu.ff.quod vi aut clam, l.vim facit.j.reſpon.) vel melius,vt proteſtetur vaſallus coram iudice ſe petere vel velle petere inueſtituram,et nō poſſe a domino petere inueſtituram, (vt arg ff.de ope.no.nūcia.l.de pupillo,§.ſi quis ipſe.C.de vſu.l.ſi creditrici, in fi.ff.quib.ex cau ma.l.ergo. arg.ff.de decuri.l.honores, § vlti.in Auten. vt ſponſali. largi.§.ad hoc.C.de Epiſco.audiē.l.ſi præſens.C.de non numera.pecuni.l.in contractibus, §.ſed ſi præſens.C.de annali excep.l.vt perfectius) vel ſi iudex non vult admittere talem denunciationem,tunc coram tabularijs in frequētioribus locis ciuitatis hoc proteſtetur,vt argum.C.de defen.ciui.l.pē.§.j.vel poteſt etiam ſine iudice,dum tamen complectatur in proteſtatione illud,ſcilicet quòd non inuenit dominum à quo inueſtiatur, & tunc pro petitione id cedat,argu.ff.de traiect.pec.l.Labeo:maximè cum vaſallus non poteſt cognoſcere vbi ſit dominus.argu.ff.de ritu nup.l.ſi ita paternam.cum vaſallus non habeat à quo petat,ſecurus eſt,vt argu. ff.de le.commiſ.l.ſi fundus,in fi.ff.quibus ex cauſ. maio.l.ergo:vel quia dominus deceſsit & non ap-

paret

paret hæres, argumē.ff.de vſur.l.pecuniæ, in fin.ff. de dam. infect.l.iiij.§.totiens.

CAPVT LXXIII.

Quid ſi duo contendant de hæreditate domini, an vaſallus ab vtroque petere debeat inueſtiturā?

QVid ſi duo contendant de hæreditate domini, nunquid vaſallus tenebitur petere inueſtituram ab vtroque, an ab vno? & an excuſabitur ſi non petat, donec certum erit quis ſit hæres? & quod teneatur vel non teneatur petere ab vtroq;, require quæ notaui in ſumma infrà de ſuc. feud.§.ſed vbi dominus non aſsignauerit: & dic ꝙ excuſatur, ſi non petat ab aliquo propter incertitudinem, (argu.ff.de excep.rei iudi.l.qui cum hærede.ff.de act. & oblig.l.qui cū hærede.ff. de fideicō. liberta.l.cū quaſi,§.eleganter.ff.de petitio.hæredi. l.ſi quis libertatem, & l.ſi debitor.ff.de iur.fin.l.apud Iulianum.ff.de acquirend.hæredi..l.is qui hæres, primo reſpo. & l.ſed & ſi.ff de redhibi.ac.l.bouē,§,bouem, & §.vlt.ff.de vſufru.l.ſed & ſi quis,§. j.ff.de bonis liber.l.quamdiu) vel dic quòd ſi vnus eſt poſſeſſor hæreditatis, quòd ab eo ſit petenda inueſtitura: tamen poterit peti à competitore, (argu.C. de petiti.hæredi.l.ſi.ff.eo l ſi bonæ fidei poſſeſſ.ff.ſi cui plus quàm per l.Falci.l.hoc autem,§.j.) ſaltem cum proteſtatione, vt ei non præiudicet ſi apparuerit eum non eſſe dominum, argumen.ff. de damno

L v infect.l.

infect.l.prætor ait j.*reſp.in fi.& l.qui vias,§.*j.*Sed diſcuſſa quæſtione, debet recipere inueſtituram ab illo qui obtinuit ad conſeruationem iuris vtriuſq;, vt arg in tit.extrà de iure patron.§.vt ordinario. quid autem, ſi dominus ſit pupillus vel ſimilis, ſit faciendum; notatum eſt ſuprà in ſumma, proxi.§.minor,§.pupillus.vel iudicis auctoritate differri, argu.ff.ad l.fal.l.Diu. Seuerus: verùm cùm non ſit à quo peti poſsit, dic vt notaui ſuprà ead.ſumma,§. quod autem ſequitur infantia.Sed pone quòd vaſallus petijt inueſtituram à domino, & dominus negauit, vnde ſecurus eſt vaſallus,(vt arg.ff.de ſolu. l.ſi debitor.C.de vſur.l.acceptam.ff. quādo dies le. ced.l.v.§.item ſi.arg.in Auten.de æquali.dot.§. vlti.in medio) & tranſacto anno dominus denunciat vaſallo, & paratus eſt inueſtire, & vaſallus negligens non recepit, & per annum & diē ſteterit: quæritur an amiſerit? videtur quòd ſic. arg.ff. de iudi. et poſt.in fi.*j.*reſpon.ff.de ſtatu.lib.l.iij.§.ſi quis hæredi.ff.de peri.& com.rei ven.l.illud.C.de decur. l.quamuis,in fin.Nam & aliàs ſi dominus recuſet recipere ſeruitiū vaſalli.ſi poſteà velit recipere,non debet vaſallus denegare:(argu.de conditi. & demōſtra.l.pr.ſeuerinam.§.vlt.ff.de bon. liber. l. iij. §.penul.argu.quorum lega.l.ij.§. vlti.& ad hoc etiam facit ſequens §.præterea,& §.itē ſi dominus) licèt aliud ſit cum ſtatu liber pro libertate obtulit pecuniam,& dominus recipere recuſauit,vt ff. de ſtatu lib.l.iij.§.Stichus annuam.& videtur quòd*

amittat

amittat à tempore denunciationis domini,licèt poſt eà non tranſierit annus,cùm tamen tempus mortis trāſierit,vel ter citatus à domino vel curia vt iuret conuenienti tempore,& iurare noluerit, (vt argumentum. ff. de arbit.l. Celſus, §.j.& vlti.& l. ſed ſi.ff.de vſur.l.debitor.ff.de pericu. & commo. rei vendi.l.illud.in titulo,in quib. cauſ.feu.amitta. §.eſt & alia)dummodo poſt interpellationem domini intelligatur ineſſe tantum temporis,quo facere poſsit,& commodè petere vel recipere inueſtituram,vt argu.ff.de collati.bono.l.ſi quis filiū, §. vlt. ff.de ſoluti.l.quòd dominus: vel inquiratur an dominus dolo denegauerit,vt tunc vaſallus non teneatur de cætero,an non.argum.ff.de act.emp. l. ſi per emptorem,in fi.vel dicas quod inquirendum ſit an fuerit negligens à tempore mortis per tempus tantum,quod capiat annus. Si fuerit negligens per tantum tempus,ſubducto tempore de medio,ex quo paratus fuit accipere & poſteà dare,vt reliquum tēporis faciat annum,& tunc amittat,alioquin non. argumen. C. de teſtamen. milit.l.quoque tempore. Sed quibuſdam argumentis videtur quòd oblatio domini poſteà facta non proſit, niſi paucis diebus tranſactis paratus fuerit inueſtire.argumen.ff. loca.& conduc.l.ſi in lege,§.colonus.argumen. ff. de ſtatu libe.l.iij.§.Stichus annuā.ff. de conſtit.pecuni.l.& ſi alia die.ff.de arbi.l.item ſi vnus,§. j. item ff.de verb.obliga.l.ſi quis ita promiſerit,§.j. & penultimo.C.de tempor.appella.l.vlti.§.j.

CAPVT LXXIIII.

Quid ſi vaſallus cauſſam amiſſionis cõmiſit, & dominus inueſtiuit de ſuo recto feudo, nunquid adhuc agi poſſit contra vaſallum per dominum?

Sed quæritur, quid ſi vaſallus cauſſam amiſſionis commiſit contra dominum, & dominus eum inueſtiuit de ſuo rectò feudo, nunquid dominus adhuc agere poterit contra vaſallum? Reſpondeo, ſi ſciens amiſiſſe feudum inueſtiuit, quòd amplius agere non poſsit, niſi dixerit ſaluo iure ſuo: ſimilia inuenies ſuprà eadem ſumma, §. quædam tamen argumenta, & ſuprà titu. j. §. aliquando tamen ex tali, in fi. & infrà eadem ſumma, §. item ſi potuit, in fin. & §. illud tamen, circa fi. vel niſi coactus faciat, cùm vaſallo mouet quæſtionem feudi, & vaſallus deſiderat vt primo inueſtiatur de ſuo recto feudo, quod quidem fieri debet ſine præiudicio domini: vel dicatur quòd nuſquam præiudicat domino, quod dic prout notaui infrà in ſumma de conten. feu. §. ubi verò non habet, in prin. & ſuprà titul. proxim. §. facta autem, & §. aliquando tamen: verùm à prælato Eccleſiæ, vel eius filio non poteſt reintegrari, ſi dominum occidit vel mutilauit, vt in titul. de feud. & benefic. c. ad aures. & c. in quibuſdam.

CAPVT LXXV.

Si

Si vaſallus nolit iurare, quando dominus velit inueſtituram præſtare, vtrum feudum amittat.

PRætereà ſi dominus velit inueſtituram intra annum præſtare, & ille nolit iurare citatus tribus vicibus in cõuenienti tẽpore .i. p interuallum decem dierum, feudum amittit, niſi feudum fuerit ſine fidelitate, (vt in titu in quib. cauſſ. feu. amit. §. eſt & illa. in titu. explicit liber primus, §. nulla. in tit. nouum non pater, §. dominus vocati. arg. C. de iudi. l. properandum, § j. ff de iudi. l. per interuallum) niſi tempore guerræ vniuerſalis non petierit, (vt in tit. de feu. & benefi. l. vaſalli. in tit. de pace Conſtan. §. vaſalli) vel alia iuſta cauſſa. vt in titu. de capi. extraor. §. ſi cui militi. in tit. de feu. & benefi. l. quoniam, in fi.: & ſuprà eadem ſumma, §. item vaſallus, ab hærede dictum eſt: vel niſi dixerit ſe facturum ſecũdum quod pares laudauerint. vel prout pater eius fecerit, vt in tit. de capi. extraor, §. euenit, & §. quicunque paratus eſt: & de materia huius §. tractatur infrà in tit. qualiter iura. debe. vaſall. §. fidelitatem non iurant.

CAPVT LXXVI.

Si dominus fecerit vaſallum citari per tres vices, & non venerit an amittat feudum.

Item

ITem ſi dominus fecerit eum citari per tres vices ſolenniter, ſcilicet ſpacio decem dierum, vt ſupra dictum eſt, vel fortè ſpacio menſis, (vt arg. C. quomodo & quando iudex. l. qui ſemel) vel prima ſit, xv. dierum, ſecunda xxx. tertia xl. dierum, vt in titul. de capi. extraord. §. illud quoque curiali: quòd in feudo non credo menſem eſſe neceſſarium, ſed arbitrio curiæ determinandum tempus, dicens vaſallum incidiſſe in culpam, per quam debet amittere feudum, & non venerit, feudum amittit, vt in titul. nouum non pater. §. dominus vocat, §. ſenatus, & l. Adrianus, §. j. argum. in Lombar. de decimis. l. de decimis vt dentur: & mitti poteſt in poſſeſſionem per curiam, dum venerit ad domeſtitiam faciendam, vel quouſque Rex interrogetur: ſed intra annum veniens poteſt recuperare, alioquin poſſeſſione & feudo priuatur, vt in titul. nouum non pa. §. ſi dominus vocat. in titul de feud. & benefi. l. ſi forſitan, §. ſi quis ad malum, in fin. & §. in ſtatutis. c. vt feudo pro debito, in fin. in Lomb. de his qui ad pala. venire contem. l. j. in titul. de capitu. extraordin. §. illud quoque curiali, §. ſi vaſallus ſpernit. C. de præſcript. xxx. an. l. ſi quis emptionis, §. vltim. C. de iudic. l. properandum, §. j. & §. ij.

CAPVT LXXVII.

Vtrum vaſallus feudum amittat, ſi non vult dare, & in ſcriptis conſignare feudum, & poſſeſſionem feudi domino.

QVID ſi dominus præceperit vaſallo vt feudum daret per ſcriptum facta inueſtitura, & ſacramento fidelitatis celebrato ad certum terminum, vt fieri ſolet, & vaſallus non vult, an contra ſacramentum videatur facere? & an ex hoc feudum amittat? Reſpondeo, videtur q̄ non: nam quamuis vaſallus negans feudum amittat, (vt in tit. ſi de feu. vaſal fuer. interpell. § vaſallus feu. in tit. hic incipi. conſue. reg. c. lex Corradi, §. ſi fuerit, in fin. tamen qui tacet, verum eſt eum non negare, vt ff de reg. iur. l. qui tacet: nec reperio aliquo capitulo cautum, quòd propter hoc vaſallus feudum amittat. Veruntamen benè puto quòd dominus poteſt vaſallum per curiam, vel iudicem conuincere vt det feudum per ſcriptum, & feudum indicet. (argu. C. qui bonis cede. poſſunt, l. ſi pater. C. de his qui ad Eccleſi. confugi. l. præſenti, §. cùm autem, & §. quòd ſi reus. ff. de dolo. l. ſed & ſi, §. vltim. C. de iure delibe. l. vlti. §. licentia. C. ſi vt ſe ab hære. abſti. in Auten. ſi omnes, in ſi. ff. de fideicom. liberta. l. ſi puto, in fin. ff. de contrahen. emp. l. idem iur. §. j. ff. de act. l. Titius. §. Sempronij. ff. ad l. Falci. l. penul. in fin C. quando & à quibus quar. pars. l. ij. §. ſed vbi quarta pars) quòd ſi non fecerit,

poſe-

poterit dari domino poſſeſsio feudi, vt ſuprà dictũ eſt proxi. vel iurabitur in litem, argumen. ff. de rei vendi. l. qui reſtituere. ff. de adminiſt. tuto. l. tutor qui repertorium. in Inſtitut. de offic. indic. circa prin. vel poſſet dici, quòd ſi nõ dat per ſcriptum infra annum, quòd feudũ amittat. vt in tit. de feud. & benefi. l. quicunque beneficium: et maximè cùm ex omni iuſta cauſſa ſimili, alijs vel maiori, quæ iudici videatur iuſta, amittat feudum. vt in titul. in quibus cauſſ. feud. amitta. §. exhæredatiõis, in fin. infrà qualiter vſus benefi. ſit tenend. §. ſi valuaſores. argumen. ff. de manumiſſ. vindict. l. & etiam, §. j. ff. de teſti. l. iij. ff. de tranſact. l. cùm hi, §. cauſſæ, in fin. argum. ff. quib. ex cauſſ. ma. l. ſed &, §. fin. ff. de interrogat acti. l. penulti. argumen ff. de iure de libe. l. ait prætor, §. vltim. argumen. ff. de munerib. & honorib. l. j. §. j. argum. ff. de fun. inſtru. l. inſtrumenta, §. quærendi, in fi. C. de Epiſ. & cleri. l. ſi quẽ quam, in fin. C. de Palatinis, l. vltim. lib. xij. Hæc etiam argumenta notantur in ſumma infrà eodem §. vltimo loco in fine.

CAPVT LXXVIII.

Quid ſi dubitetur quid & quantum ſit feudum, ſed certum eſt ipſum eſſe vaſallum, & alium eſſe dominũ, nunquid prȩſumetur totum eſſe feudum?

Sed

Sed ſi dubitetur quid & quãtum ſit feudum, ſed certũ eſt ipſum eſſe vaſallum, & aliũ eſſe dominum, nũquid præſumetur totum eſſe feudum quod poſſidet vaſallus, an totũ allodium, vel pars allodium & pars feudum? Reſpondeo, quidã dicunt quòd præſumitur totum feudum, ſi non probetur allodium. argu. in titul. qui debent ſuccedere in feudum, §. ſi contentio fuerit. in tit. ſi de feud. vaſallus fuerit interpel. §. inter filiam. in tit. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. item ſciendum. argum. C. in quib. cauſ. colo. vel cenſit. l. ij. et ad idem facit eadem ſumma, §. & etiam leges, & facit ad hoc brocardum Azo. quod incipit, Sed ſi ſoluerit, præſumitur de toto patrimonio brocardo, in generali ſub Rubri. quibus ex cauſis cõgatur quis vel non. Nam præſumptiò eſt pro domino cùm conſtet illum eſſe vaſallum, vnde ſtandum eſt præſumptioni, ſi contrarium non probetur: contra præſumptionem enim eſt probandum. argument. ff. de fideicom. liberta. l. generaliter, §. ſi petitum, in fin. ff. de rebus dub. l. qui duos, in fin. Alij dicunt quòd præſumitur allodium, ſi contra non probatur: (argument. in titul. ſi de feud vaſal. fuer. interpel. §. defuncto. in titul hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſed ſi inter dominum, §. item ſi ſit. & in titu. qui debe. ſuccede. in feu. §. ſimiliter ſi cõtentio) vel dic quòd conditio perſonæ domini, & eius facultates & vaſalli ſpectentur, & quantitas, quam conſueuit dominus ſimilibus perſonis præſtare, &

de quanto eſſet digna perſona dantis & accipientis.argu.in tit.de capi.extraor.§.fidelitate autem à ſapi.& §.dicitur etiã.arg.ff.de pignor.actio.l.vel vniuerſorum.ff.de ali.leg.l.verba,in fi.& l.cùm alimenta,primo reſponſo.ff.de annu. lega. l. iij. & l. Seio,§.medico, & l.ſi cui.ff.de leg.ij. l. quidam in teſtamento.argu. C.de bo.vac.l.ij.arg.ff.de vſur.l. qui ſemiſſes,in fi.ff.de nego.geſt.l. Pomponius, in fi. ff.ad Trebel.ſenatuſcon.l.ſed ſciendum, & l. de ætate.ff.de vſufruc.l.ſed ſi quid,§.j.ff.de vſu,& habi.l.plenum,§. aliquo enim.argu.ff. de iure dot.l. cùm poſt,§.gener.argum.ff.de lega.ij. l.ſi filiæ.ff. de mune. & hono.l.& qui originem,§. præſes prouinciæ.& ad hoc etiam inquire generale in brocardis Azo.de qualitate factorũ,in Rub. Ex eo quòd quis ſolet facere vel facit,præſumitur aliũ aliàs aliud vniuerſale ſimiliter facere:& in eodem generali,in Rubrica, Quòd ſolitum eſt fieri,ſemper fieri creditur. Præterea conſiderabitur an vaſallus conſueuit facere fidelitatem,tunc præſumatur melius:vt in tit.de capit. extraor. §. de fidelitate autem. Commodũ enim affert ſacramẽtum,quia magis vaſallus eſt obligatus & plus delinquit,ſi contra faciat,vt arg.ff.de teſtam.milita.l.ex militari.primo reſpon in fi.& argu.ff.de actio. emp. l.ſi ſterilis,& §.penul.ff.de contrahen.emp.l.fun.partem. ff.de ſeruis expor. l.ſi venditor,in fi.ff. de in diem adiec.l.eum qui,§.penul.& l.quicquid. ſimilẽ quæſtionem notauit Pile.in colono, quando neſcit indicare

tare terram, vnde conſueuit præſtare penſionem. Dicit enim quòd tunc inſpicienda eſt conſuetudo domini, ſcilicet quantam terram conſueuit in illis locis, vel circa ea, in quibus ruſticus ſuas habet poſſeſsiones, pro tali penſione locare: quo caſu, ſecundum domini conſuetudinem, tantum de ruſtici terra, nec de meliori, nec de deteriori domino eſt aſsignãdum: vel conſideretur conſuetudo regionis, vel iuxta qualitatem ſeruitiorum & perſonarum, vt arg. ff. de lega. iij. l. nũmis. ff. de regu. iur. l. ſemper. ff. de teſti. l. hæredes. ad idem poteſt induci. ff. de lega. j. l. ſi ſeruus plurium, §. penul. ff. de vſufruct. l. vſumfructũ, §. ſi in vinarijs, in fi. & in Inſtitu. de rerum diuiſi. §. ſed ſi ab alterutro. argu. C. de dona. l. ſi quis argentũ, §. ſimili quoque modo. arg. C. de admini. tuto. l. vlt. §. vlt. vt in quæſtionib. Pil. de colono, an teneatur oſtendere prædia pro quibus præſtat penſionẽ, in fi. Item ſi breuis recipiatur, in quo contineãtur nomina poſſeſsionum feudi, nunquid per eum probabitur? reſpondeo, videtur quòd nõ, vt argu. C. de conuenien. fiſci debitorib. l. vlti. ſicut per nudam confeſsionem, ſi confiteatur feudum, quod eſt allodium. argu. C. de iuris & facti igno. l. cũ falſa. C. de ingenu. manumiſ. l. ingenuũ. C. loca. & cõduc. l. qui rem propriã. ff. de vſuca. l. ei à quo. ſed videtur quòd præſumi debeat feudum, ſi non probetur contrarium. arg. C. de non nume. pecuni. l generali. C. arbitriũ. tute. l. vlt. ff. de acq. poſ. l. quod meo. ff. de confeſsis, l. certum, §. ſed et ſi fundum. C.

de ſeruis exportan.l.moueor,in fi.in Autē.de teſti.§.ſi verò dicatur.ff.de acqui.hære.l.cùm quidam,§.quod dicitur ſi putetur,in tit.extrà de ſuccceſſi.ab inteſt.c.cū dilecti ff.de fideicom.liber.l.genera.§.ſi petitur,in fi.ff.de iure dot.l.nuptura,in fi.

CAPVT LXXIX.

Vtrum vaſallus amittat feudum,ſi delator fuerit domini ſui.

SI delator extiterit vaſallus domini ſui,& grandē iacturam patrimonij fecerit ſuſtinere, vel ablationem totius ſubſtātiæ, feudum amittit: (vt in tit.in quibus cauſſ.feud. amitt.§.ſed & qui delator.in Autē.vt cùm de appel.cognoſci.§. caſus autem,in ver.ſi delator autem.ff.de offi.præ. vrb. l.j.§.cùm patronus,in fi.arg.C.de reuocan.dona.l.vlt.in Auten.de nup.§.ſi autē.in tit.de ſacr.& for. fideli.c.grauem & dolorem)vel apud iudiciū petitum mouerit quæſtionem, vt ibidem. Et hoc verū *eſt,ſi eſt maior:nam ſi eſt minor,non amittit,etiam ſi ſententia durauerit in maiori ætate ſua, quia in maiori ætate fuerit lata, vel quia tutor vel curator accuſauerit.arg.Inſti.de auctori tut.§.ſi inter. ff.de his quibus vt indig.l.poſt,§.ætati,& l. tutorē. ff.de in ius vocan.l.quæſitum eſt.ff. de bonis liber. l.qui cum maior,in prin.argu.ff.de minorib. l. deniq;,§.ſcio. Item ſi eum maleficum appellauit, vt argu.ff.de obſequijs à lib.præſt.l.j.in fin. Si vaſallus*

lus noſter literas noſtras deſpexerit, beneficium ſuū amittit, vt in titul. de feud. & benefi. l. liber homo. Item ſtatutarij ſi confecerint ſtatuta, & ordinauerint contra libertatem Eccleſiæ, feudo, quod ab Eccleſia detinent, priuantur. vt in tit. de priuile. Eccleſi. l. ad honorē, §. nos, in fi. in tit. de feu. & benefi. c. grauem, in fi. Item qui nonas et decimas dare negligeret eccleſiæ, vt in tit. de feu. & benefi. l. & qui nonas, & c. quicunque eccleſiaſticum. & in titu. de priuileg. eccleſi. l. ad honorem, §. nos, in fin. Item vaſallus inueſtitus à prædeceſſore principis, ſi poſteà traditionem acceperit à miniſteriali principis ſine eius iuſſione: & ſcienter pro infideli computatur, et iudicandus eſt ſecundum voluntatem principis, vt in titu. de feud. & benefi. l ſi quis pro veri.

CAPVT LXXX.

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi cum inimicis domini contra ſe conſpirauerit, vel ſuam amicitiam cum ſuis inimicis copulauerit.

SI cum inimicis domini contra ſe conſpirauerit, vel ſuam amicitiam cum inimicis eius copulauerit vel affinitatem, vel exiſtat eis hæres, feudum amittit. vt in titul. de feudis & benefi. l. vaſallus. argument. ff. de offic. præfec. vrb. l. j. §. cùm patronus, in fin. C. de inoffi. teſtamen. l. liberi, in fin. ff. de procur. l. aut affinitate. ff. de legatio. l.

ſciendum,§.ſi accuſato. ff de re milita.l.iij.§.is qui. nam intereſt noſtra rem potius eſſe apud quemuis, quàm apud inimicum, vt argumēt.ff. de iure dot.l. cum in fundo,§.diuortio autem,in fi. vel, quod plus eſt, cum domino inimicitias capitales habuerit, vel graues & non leues, putà plagas ei faciendo: vel in mortem eius cōciliatus eſt, & cum domino ad amicitiam non peruenerit, vel ei non ſatisfecerit, vt tūc feudum amittat: (argument.in Lombard.de debiti. & gualdi.l.ſi quis alij.argument.ff.de annu. lega.l.iij.& l.ex parte.ff.de his quib.vt indig.l.ſi inimicitiæ. argum,in titu.de feud.& benefi.l.imperialem,§.inſuper ſi filius.in tit.de ſac.& for.fid.c.grauem & dolorem.argu.in titu.de procur.l.filius,§.pen.& l.vel exilio.ff.de ſuſpect. tuto.l.iij.§.ſi tu.in Inſti.de excuſa.tuto.§.inimicitiæ.ff.de excuſ.tuto. l,athletæ,§.dat autem.argu.ff.de arbi.l.licet) vel ſi contumelias vel conuicia ei fecerit. & facit ad hoc quod notaui in ſumma in tit.qualiter iura.debe.vaſall.§.generaliter, & ſuprà ead.ſumma,§. & non ſolùm,& in eo.§.ſi cum vxore,§. item ſi contumelijs. Quod puto verum ſi vaſallus præſtitit cauſſam inimicitiæ: ſi verò dominus, tunc vaſallus excuſatur propter ſui tuitionem, quod dic prout notaui ſuprà eadem ſumma,§.ſed quid ſi dominus, & §.itē quod dixit; argu.tamen videtur in liberto, quod etiam pro leui offenſa amittat, vt argu,C.de libert.et eorum liber.l.ij.

CAPVT LXXXI.

Vtrum

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi contra dominum accuſatum teſtimonium dixerit, vel eum accuſauerit, & alijs ex cauſſis hic appoſitis.

ITem ſi dixerit vaſallus contra dominum accuſatum teſtimonium, vel eum accuſauerit, (vt in tit. hic incip. conſue. reg. c. j. §. ſimiliter. argu. ff. de his quib. vt indig. l. poſt legatum, §. ſi verò. ff. de bonis liber. l. qui cum maior, §. ſed ſi non) niſi fecerit quæ ſunt contra principem, vel Rempublicam: (vt argum. in Auten. vt cum de appella. cognoſci. §. cauſſas, in verſi. ſi eos in criminalibus. ſimile notaui ſuprà eadem ſumma, §. excuſandus. & in titul. qualiter iur. debe. vaſall. §. iurare autem) vel niſi primò dominus vaſallum accuſauerit, vel ipſe vaſallus quadam neceſſitate accuſet eum, puta quia vult vlciſci patrem cui ſucceſſit, vt in prædicta l. qui cum maior, §. ſi libertus, §. prouocatus, §. vltim. vel niſi proſequatur iniuriam ſuam vel ſuorum, vel etiam faciat ſuarum rerum tuendarum gratia. (vt argument. ff. de accu. & præſcrip. l. qui accuſare, in fin. & l. hi tamen, & l. liber. in prin. ſimile notaui ſuprà eod. §. ſed quid ſi dominus) vel niſi leui crimine accuſauerit, vel crimen verum probauerit: (argu. in titu hic incip. conſue regni. c. j. §. ſimiles. argu. ff. de bonis liber. l. qui cùm. §. is demùm. § vlti.) vel ſi coactus dixerit teſtimonium contra eũ.

argum ff. ſi quis cautio. l. ij. §. j. ſecus ſi voluntariè, argum. ff. de his quibus vt indig. l. poſt legatum, §. aut libertus. argu ff. de fideicom. liber. l. cum fidei. Eandem diſtinctionem dicas, ſi patrocinium vel iuuamen aſsiſtendo vel fideiubendo pro accuſatore contra eum præſtiterit, vtrum voluntariè an coactus, vt quandoque amittatur, quandoq; non. arg. ff. de his quib. vt indig. l. poſt legatum, §. aduocatũ. arg. ff. de inofficio. teſtamen. l. vlti. argu. ff. de bonis liber l. qui cum maior, §. ſi patroni filius. argu. contra ff. de fideicom. liber. l. rogo. & ad hoc etiam poteſt inducere quis argumẽta infrà eadem ſumma, §. ſed quæri poteſt quid ſi coactus. Item amittit ſi delatorem adiuuit, vel pro eo in ea accuſatione fideiuſsit, vt argu. in d. l. poſt legatum, §. idemque diuus Seuerus. argum. ff. de bonis liber. l. qui cum, §. is demum, in fin. argum. ff. de abolit. l. j. §. incidit, & l. in ſenatus. j. reſpon. ff. de iure fiſc. l. ij. §. diuus, & l. ſenatus, §. j.

Item ſi in ſeruitutem dominum falsò reuocauit, niſi poſteà eum admittat cùm ſciuerit liberum, vt argum. ff. de bonis liber. l. in ſeruitutem, in prin. & §. j. Item ſi vaſallus contra dominum pronunciauit, & in cauſſa appellationis dominus obtinuerit, feudo priuetur. argum prædictæ l. poſt legatum, §. qui accuſauit, & §. idemq; diuus Seuerus. Et hoc videtur etiam verum, vbicunq; vaſallus domino iuſtitiam facere neglexerit, iudex in cuius miniſterio eſt, interdicat illi beneficium interim, vſquequo ipſe aut

ſe aut miſſus eiusiuſtitiam faciat, vt in tit. de feud. & beneſi. l. ſi forſitan. in tit. de priuile. Eccleſia. §. ſancimus. & facit ad hoc quod notaui in titul. qua liter iura debe. vaſal. §. iurant autem, circa fi. §. Illud tamen notandum eſt, quòd vbi vaſallus vult agere contra dominum, quòd debet ſalua reuerentia agere ad ſimilitudinem liberti, (vt in titu. no. non pater. §. ſi verò vaſal. arg. C. de libera. cauſſ. l. cum affirmes. in titu. hic incip. conſ. reg. c. j. §. & cum da tur, §. quibus. arg ff. de iureiur. l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. hoc ius) ſ. ne famoſam cõtra eum intentet actionem: (vt arg. ff. de doli excepti l. apud Celſum, §. aduerſus. ff. de obſeq. patro. præſtan. l. parens, & l. licet. C. de obſequijs patro. præſtan. l. etiam liberis. argument. ff. de dolo, l. non debet: & facit etiam ad hoc quod notatur in ſumma ſuprà eodem tit. §. & etiam notandum) ſed non puto quòd habeat neceſſe veniam petere, licèt contingat in liberto, vt C. de in ius vocan. l. j. Vel dicas quòd poteſt intentare actionem, ſed infamiæ eius erit pacẽdum, & vt bonæ fidei fiat mentio: (ſimile ff. de ſuſpec. tutorib. l. hæc) vel ſaltem in his imploretur officium iudicis per denunciationem, argumen. C. ſi tuto. nõ geſſerit, l. j. in fi. vt vtriſq; conſulatur. argumen. ff. ſolu. matrimo. l. ſi cum dotem, §. nec non. nec iurat dominus de calumnia, vt in titu. hic incipi. conſue. reg. c. j. §. & cum datur, in fi. §. in quibus.

CAPVT LXXXII.

Vtrum vaſallus feudum amittat, ſi dominam adulterauerit.

ITem ſi dominam adulterauerit, feudo priuatur, id eſt, cum vxore domini ſui iacuerit ſcienter & viuente domino: (vt in tit. hic incipi. conſue. reg. §. ſi vaſallus contra conſtitutionem, & inf. eod. §. j. & in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenend. c. ſi capitanei, §. vaſallus contra conſtitutionem, §. valuaſores, et §. ſi quis miles in titu. in quibus cauſ. feu. amit. §. item ſi dominæ. in titu. de feud. & benefi. l. quicunque igitur, & §. hæc etiam, & l. de militum, primo reſpon. & l. vaſallus. argumen. ff. de operis liberto. l. planè. argumen. in Auten. vt cum de appel. cognoſci. §. cauſſas, in verſic. ſi nouerca. in Lombar. de ſuc. l. nulli liceat. argu. ff. de poſtu. l. qui eorum, §. j.) et dominus licitè poterit vaſallum, ſi eum in adulterio deprehēdit, occidere, ſicut libertum patronus, vt ff. ad l. Iuli. de adul. l. marito, §. j. licèt ſecus ſit in liberto contra patronum, vt ff. ad l. Iuli. de adult. l. ſi adulterium, §. liberto: aliud ſi ignorauit, ſecundum Pileum. argumen. ff. ad l. Iul. de adul. l. miles, §. mulier, & l. pen. argumen. in decre. xxx. q. iiij. in lectum. argum. contra. ff. ad l. Iul. de adul. l. marito, & l. ſi amici, in fin. vel domino deficiente in probationibus, ſe defendat vel cum alijs, vel

ſolus

ſolus vſu curiali, vt in tit. de feud. & benefi. l. de militum, primo reſponſo.

CAPVT LXXXIII.

Vtrum vaſallus præſtare debeat illam reuerentiam domino mortuo, quam præſtare debet eo viuo.

ITEm *argumentis quibuſdam videtur quòd amittat, etiamſi faciat mortuo domino: quia reuerentiam, quam debet præſtare domino viuo, debet etiam eo mortuo. argumen. ff. de excepti. dol. l. apud, §. aduerſus. argumen. ff. de verb. ſignifi. l. vltim. primo reſponſo, in fi. C. de præpo. ſac. cubicu. l. vlti. primo reſponſo. arg. C. de quæſti. l. ſeruos, §. non ſolùm. ff. ad municip. l. filij libertarum, §. j. in Inſtit. de nup. §. affinitatis, §. ſocrum. Sunt etiam alia argumenta, quæ poſſunt adaptari ad hæc, quæ inuenias infrà eadem ſumma, §. prætereà ſi refutauit. argumen. contra. ff. de operis liberto. l. planè.*

CAPVT LXXXIIII.

Vtrum idem ſit in matre domini quod in vxore eius.

IDem *in matre domini, quod eſt in eius vxore, (argu. in Auten. de conſulibus, §. ſin autem etiam vxorē. argu. contra. ff. de agentib. in rebus, l. hac, §. ſimili. C. de caſtrenſiarijs, l. iij. & iiij. §. hoc*

autem

autem, lib. xij.) & hoc ſi in viduitate permanſerit. argu. C. de priuileg. ſchola. l. quoties, primo reſpon. arg. C. de reuocā donati. l. his ſol. argu. in Auten. de nup. §. mater tamen, §. eius quoque. C. vbi pupil. edu. l. j. C. de adminiſt. tuto. l. lex q̄, §. lex eſt. C. ad Senatuſc. Tertyl. l. iubemus, §. in ſuprà dictis.

CAPVT LXXXV.

Vtrum conatus habeatur pro delicto conſummato.

ITem ſi cum vxore domini concumbere ſe exercuerit, ſcilicet inſidiando vel appellando, vel affectando eam. Nam ſi haberet tantum voluntatem, vel etiā laboraret vt facere poſſet, ſi tamē nō fuerit inſidiatus, nō amittit: quia non debet ei obeſſe conatus, cùm iniuria nullum habuit effectum, vt infrà eod. §. j. & in titu. qui debeant ſuc. in feud. §. ſi nolueris. arg. ff. de offi præfe. vrb. l. j. §. cùm patronus. arg. ff. quod quiſque iur. in alterum ſtatue. l. j. in fi. ff. de pœnis, l. cogitationis. ff. de iniur. l. itē apud Labeonem, §. ſi quis virgines, in fi. §. commitere, §. appellare, §. qui temporis. Et hoc verum eſt cùm turpi de cauſſa appellat vel aſſequitur: nam ſi cauſſa ludi, vel ex honeſta cauſſa, vel gratia honeſti officij eam appellat vel aſſequitur, non amittit. argu. ff. de iniur. l. item apud Labeonem, §. meminiſſe: quia officium eius non debet eſſe ei damnoſum. argum. ff. de furtis. l. ſi ſeruus communis, §. quod verò Dominus enim Py. dicebat quòd voluntas ſola non punitur,

tur, vt ff. de pœnis, l. cogitationis: ſi verò voluntas progrediatur ad actum, ſi actus perficiatur, punitur, licèt pœnitentia poſteà interueniat, vt argu. ff. de furtis. l. qui ea mente. ff. vi bono. rapto. l. non prodeſt. ff. de ritu nupti. l. palam, § j. ff. de ædil. edict. l. quis ſit fug. in prin. arg. contra. ff. de bonis liber. l. in ſeruitutem, in princip. & §. primo.

Si verò actus non perficiatur, ſi quidem propter pœnitentiam ratione miſericordiæ ſubuenitur & parcitur, vt ff. ad l. Cor. de fal. l. qui falſas. ff. de inoffi. teſta. l. Papinianus, §. meminiſſe. ff. de iniur. l. item apud, §. ſi curauerit. ff. de bo. liber. l. qui cùm maior. Si verò non propter pœnitentiam, ſed propter impoſsibilitatem remaneat actus imperfectus, punitur, vt C. ſi quacunque prædi. poteſta. l. j. ff. de re milita. l. iij. §. is qui. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. j. quædam tamen ſpecialia ſunt contra ſuprà dicta quæ hic non noto. Sed plene Pileus notauit indiſtinctè, cùm quis habet voluntatem delinquēdi, et cæt.

CAPVT LXXXVI.

Vtrum vaſallus amittat feudum, ſi turpiter cum vxore domini luſerit.

ITem amittit ſi turpiter cum vxore domini luſerit, (vt infrà eodem §. j. argum. in Auten. vt cum de appel. cognoſci. §. cauſſas, in verſic. ſi nouercæ. in Nouell. in titu. vt cum de appel. cognoſci. §. cauſſa autem, in verſic. ſi nouercæ) id eſt, ſi manū in

in ſinum vel ad pectus miſerit, vel ad alium locum, vnde turpe oriri vel aliud eſſe poteſt: (vt in Lombar. qualiter quis ſe defen. debe. l. ſi quis amodo, in prin.) putà ſtringẽdo manum, digitum, brachium, cubitum, mammillas, vt in l. ſalica, et in titu. de eo quib. muli. inge. ſtrinxerit manum, per totum. nam qui ſignum furandi præbet, tanquam fur manifeſtus punitur & infamatur, vt. ff. ad l. Iul. pecula. l. ij. §. vltim. Ludi enim ita exercendi ſunt vt honeſtas ſeruetur, verecundia caſtis moribus perſeueret, vt C. de mamma, l. j. lib. xj. Nam & priuilegio priuatur, qui inhoneſtè & contra decus ſeculi, vel honorem ſui officij verſatur, vt C. de curioſis, l. per id tempus. Ludus enim noxius & turpis in culpa eſt, (vt ff. ad l. Aquil. l. nã ludus) vnde impunitus eſſe nõ debet, vt ff. de fur. l. in furti act. §. vlti. Nam tales ludi non debẽt appellari ludi, ex quibus crimina oriuntur vel oriri poſſunt, vt in procemio digeſtorum, quaſi in fin. alias verò quod fit per ludum, pro eodem debet haberi ac ſi non fieret, & non debet eſſe punitum, vt argumen. ff. de ſeruo corrup. l. dolo malo. ff. de actio. & oblig. l. obligationum. & ff. de iniur. l. iij. in prin. & l. item apud Labeonem, §. meminiſſe. argumen. ff. de ædil. edic. l. ſciendum, §. dictum, in fin. in Inſtitu. de milita. teſta. §. caterùm. Item ſi contumelijs, vel conuicio vaſallus vxorem domini affecit, feudum amittit. argumen. ff. de offi. præfec. vrb. l. j. §. cum patronus. offendi enim videtur dominus, ſi eius vxor offendatur, (argum. ff. de verb.

verb.oblig.l.ſi ſtipulatus ſuero per te.ff.de vſu et habita.l.cæterum, §. mulieri, & l.cæterarum. ff.de ſer.leg.l.pater filiæ) niſi lubrico linguæ vel modeſtiæ neſcius hoc faciat,(argu.C.ſi quis Imperatori maledixit,l.j.ff.ad l. Iul.maie.l.famoſi,§. hoc tamen crimen)vel calore iracundiæ,cùm perſeuerantiam non habuit.argu.ff.de regu.iur.l. quidquid calore. ff.de diuor.& repu.l.iij.Vel ſaltē non priuetur feudo,ſed aliter puniatur.argu. C.ad l. Iul.de adul.l. Gracchus.ff.de iure patrona.l.j.Idem ſi per vinum ſeu ebrietatem hoc contingit.argu.ff.de cuſto.reo.l. milites,§.ſaluio.ff.de pœnis,l. reſpiciendum,§.delinquunt.ff. de re milita.l.omne delictum,§.penul. Et hæc vera ſunt cùm legitima vxor eſt,aliud ſi nō eſt legitima vxor.argumentum ff.ad municipa.l. de iure,§.vlti.ff.vnde vir & vxor,l.j.primo reſponſo.ff.de vſufruct.leg.l.vxori maritus.ff.ad l.Iul.de adul.l.ſi vxor, §.diuus. ff.pro dote, l. j. in fin.ff.de his quibus vt indig.l.Claudius.ff.de conditi. & demonſtra. l.hæc conditio.ff.de operis liberto.l.ſicut patronus.ff.re.amota l.ſi concubina,primo reſponſo,in fine.argumen.contra.ff.de donati.inter vir.et vxor.l.iij.§.videamus. C.de dona.inter vir.et vxor.l.ſi ex voluntate.

CAPVT LXXXVII.

Vtrum idem ſit in concubina quod in vxore domini.

Item

ITem idem eſt in concubina domini, quod eſt in vxore eius. argu. in Auten. vt cum de appella. cognoſci. §. cauſſas, in verſic. ſi nouerca. C. de nup. l. iiij. ff. de concubinis, l. prima, §. ſi quæ. ff. de operis liberto. l. liberta ſi in concubina. Nam nihil intereſſe debet inter virum & vxorem & concubinam, niſi quo ad dignitatem: quia digniori nomine nuncupatur vxor, vt ff. de lega. iij. l. item legato, §. parui, & l. qui concubinam, primo reſpon. Nam honeſtior cauſſa eſt cõcubinæ, quàm amicæ. ff. de verb. ſignifi. l. liberorum, §. ibi memoriam. argum. contra. ff. ad l. Iul. de adulter. l. ſi vxor, in princ. ff. re. amota. l. ſi concubina, in princi. argu. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. iij. §. diuus. ff. de dona. l. donatione.

CAPVT LXXXVIII.

Vtrum idem ſit in ſponſa quod in vxore domini.

ET quod dico de vxore, idẽ intelligas de eius ſponſa. argu. in Inſtitu. de nup. §. ſi vxor, in fi. ff. de gradib. l. Labeo, §. j. C. de inceſt. nupti. l. licet. C. de bonis quæ libe. l. non ſine. ff. de his qui notantur infamia, l. quid ergo, §. ij. ff. de fundo dot. l. iiij. & ff. de ſponſal. l. tutor, §. fi. & l. ſi qua mihi, §. j. ff. de teſti. l. in legibus. ff. de iniur. l. j. in fi. & l. item apud, §. ſponſum. & ff. ad l. Pomp. de parri. l. j. & ij. §. j. & l. iij. ff. ad l. Iul. de adulte. l. ſi vxor, primo reſpon. & §. diuus Seuerus. in Inſti. de excuſa. tuto. §. pen. ff. de excuſa. tuto. l. j. §. vlt. argumẽ. contra

contra.ff.de his qui notan.infami.l.vxores, & l.ſolet,§.quæ virum.ff.ad municipa.l.ea quæ deſponſata, & l.vltima,§.ij.ff.pro dote, l.prima.

CAPVT LXXXIX.

Quid ſi vaſallus fecerit cum voluntate earum, an feudo priuetur?

Sed quæri poteſt, an ſit verum ſiue vaſallus fecerit voluntate earum, ſiue ſine voluntate: videtur quòd priuari feudo non debeat ſi fecit voluntate earum. argument. ff.de liber. homi. exhiben.l iij.§.ſi quis volentem.ff.de liber. exhi.l.vltim.argum.ff de furtis,l.qui vaſal.§.qui ex voluntate. quod non puto diſtinguendum, immò omnimodò, & non conſideretur voluntas earum. argumen ff.de iniur.l.j.§.vſque,l.ſi quis ſeruum. & in Lombard.intra quod tempus permiſſum ſit viduis,l.iij.argumen. C.de rap.virgi.l.j.§.penul. C. de ſalgamo.l.j. Sed voluntas domini conſiderabitur, de quo agitur: nam vaſallus alienando feudum non videtur peccare ſi voluntate domini faciat, vt infrà de contenti. feud. circa fin. & in titul. de feud. & benefic. l. imperialem, §.j. & ad hoc facit quod notatum eſt in eadem ſumma, §.ſine conſenſu.

CAPVT XC.

Quod dictum eſt de vxore, idem de filia domini virgine.

ET quod dictum eſt de vxore domini, idem intelligo de filia domini, virgine quæ ſit in capillo, vel nupta et non vidua, (argu ff. ad. l. Iul. de adulte. l. nec in ea. §. j.) vel idem etiam in vidua, arg. C. de rap. virgi. l. j. §. j. Idem de nupta filio, maximè filio viuente, (arg ff de vſu & habita. l. immò:) vel etiã mortuo, arg C. de ver ſig. l. vl. primo reſponſo, in fin vel nepte ex filio; ſed fortè de nepte ex filia aliud eſt: quia licèt filia ſit in poteſtate patris ſui, nõ eſt tamen neptis ex filia in poteſtate eiuſdē, ſed ſui patris. Idē dico de ſorore ſui domini, manente adhuc in domo, quæ in capillo dicitur, vt inf. eodem §. j. & in tit in quibus cauſſis feud. amitt §. itē ſi domino. in Inſtitu. de patria poteſta. in fi. ff. de ſena. l. liberos, in fi et facit quod notatur ſuprà eadem ſumma, §. & non ſolum, & in titu qualiter iura. debe. vaſal. § generaliter. Sed opponitur de eo quod dictum eſt in ſorore: quia ſi eam occideret vaſſallus, nõ amittit feudũ, vt in ti. hic incip. cõſ reg. c. lex Corradi, § ſi quis interfecerit. Reſpõdeo, plus videtur peccare quàm ſi eam occideret. arg. ff. quod met. cau l. iſti quidem, §. j. item arg. cõtrarium eſt in omnib. prædictis, ſcilicet filia, ſorore, nuru, vt arg. in Auten. de conſulibus, § ſin autem etiam vxor.

CAPVT XCI.

Vtrũ vaſallus amittat feudũ, ſi credẽtiã ſibi iniunctam, ad damnum domini manifeſtauerit.

Item

ITem amittit ſi credentiam ſibi iniunctam ad dãnum domini manifeſtauerit ſcienter, publicè, vel priuatim pluribus præſentibus, vt in tit. qualiter iura debe. vaſal. in prin. in tit. de feu. & benefi. l. liber homo. argum ff. ad l. Aquil. l. ſi quis teſtamentum, §. j. ff. depoſiti, l. j. §. ſi quis tabulas. ff. ad Senatuſconſul. Sylla. l. ſi quis in graui, §. edicto cauetur. in tit. qualiter vſus bene ſit tenẽ. c. ſi capitanei, primo reſpõ. ff. de re milita. l. omne delictum, §. exploratores. ff. de teſt. l. hæredes palam. & in titu. de ſac. & for. fideli. c. j §. tutum, & c. eſt & alia: quia cùm ſecreta domini inquirit, & inquiſita reuelat, non eſt in fide ſua rectus, ſed in mala ſuſpicione manere videtur: nam ſecretum domini abſcondere bonum eſt, vt in Lombar. de his qui in fraudem ſecreta regis inquirunt, l. j. Nam ſecreta domini meritò ſubiectis committuntur, (vt argu. C. de ſac. ſcri. l. magiſtros. lib. xij.) cùm magis ſecreta ab vniuerſis ſubiectis debeantur, arg. C. de ope. public. l. quicunque locus: & dicuntur illa ſecreta, quæ vulgus ignorat, vt argu. ff. de his qui deiece. vel effu. l. j. §. ſumma. ad hoc etiam facit quod notaui ſuprà eadẽ ſumma, §. item amittit ſi aliquam feloniam, §. vel ſi ſubripuit, & infrà qualiter iura debe. vaſal. §. iurare autem, & §. iurant autem. Sed nunquid erit neceſſarium ad hoc vt puniatur quòd manifeſtauerit, & quòd ad damnum domini fecerit? putò quòd ſic, quod ſatis poteſt conijci in titul. qualiter iura. debe. vaſal. primo reſpon. Simile dicitur in li-

berto, qui punitur ſi conſpirauerit cum inimicis domini & contra dominum, vt ff de offi. præfec. vrb. l. j. §. cùm patronus: immò videtur non ineptè poſſe dici quòd ſit neceſſarium, quòd dominus ex tali manifeſtatione damnum paſſus ſit, vt argumen. in Inſtitu. qui manumit. non poſ. in prin. argu. ff. de in rē verſo, l. quòd ſi ſeruus, §. ſed ſi acceperit. Vnde vno deficiente, non amittet. argumentum ff. de itine. actuq́ue priua. l. indè, §. penultimo. ff. de tranſact. l. cùm hi, §. ſi prætor. in Inſtitu. de hæredib. inſtituen. §. penultimo.

CAPVT CXII.

Si vaſallus refutauerit feudū domino, vtrum præiudicet agnatis viuente vaſallo & eius filijs.

PRæterèa ſi refutauerit vaſallus feudum domino, agnatis non præiudicat viuente vaſallo & eius liberis, vt in titu. de cap. extraord. §. beneficium paternum, & §. ſi alter ex fratribus. Si verò alio modo refutet, iam amittit, vt in titul. hic incipi. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. vltimo, & l. lex Corradi, §. ſi vaſallus contra conſtitu. §. alienam, in fi. argumentum ff. de vſufru l. ſi abſente, in prin. & l. cùm fructuarius ff ſi ſeruitus vendi. l. & ſi fortè, §. etiam. ff. de iure dot. l. ſed vſufr. ff. de coll. l. ſi quis, primo reſpōſō. ff. ſi tabulæ teſta. nullæ exta. l. ſi pater. ff. communi diuidum. l. ſed poſtquam, in fin. ff.

ſi.ff.de noxa.l.ſi ſeruus communis.ff.de neg.geſt. l. ſed an vltro,§.j.in medio §.argu. ff.de tribuni. act. l.illud,primo reſponſo. Quia nemo dubitat,quin refutatio ſit alienatio,(vt ff.de rebus eorum qui ſub tute.vel curati.l.magis puto,§.ſi pupillus) & loco donationis habetur,vt ff.de bonis liber. l.nihil, §. ſi patronus,in fi.arg.contra.ff.quæ in frau. credito. l.ſi pignus: & per alienationem feudũ amittit,vt in tit.de feu.& bene.l.imperialem,§.j.ſic tamẽ reuocatur,ſi facta ſit ab eo qui bonis ceſsit, vel à debito re fraudis ſuſpecto,vt in titu.de feu.& benefi.c.in ſtatutis.c.ceſsionem.& argu.prædictæ. l.ſi pignus. Et ſolæ facultates faciunt ipſum ſuſpectum,vt ff.de priuileg.credi.l.ſi creditores. Et poteſt vaſallus refutare etiam inuitis dominis,& etiam partem vnius domini alijs ſibi reſeruatis,vt in ll.prædictis, & in titul.hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi,§.ſi vaſallus.argu.ff.de operis liberto.l.interdum. Pileus hoc idem probat,ſed aliud putat in libellario & conductorio. Verùm licet vaſallus poſt refutationem ſeruire non teneatur,tamen ab offenſione abſtinere debet,et hoc in memoriam amicitiæ prioris:cum diſtinctione tamen,vt ſi voluntate vtriuſque tunc fidelitas finitur:ſi voluntate vaſalli tantum vel iudicio parium,tunc fidelitas durat,vt in titu.de capi.extraor.§.qui fidelitatem.in titul.hic incip.conſue.reg.§ ſi vaſallus contra conſti.in fi.argument. ff.re.amota.l.j.in prin.& l.ij.argument. C.de adopti.l.penulti.§.ſed articulum,in medio §.ff.de his

qui ſui vel alie.iur.ſunt.l pat furioſo,in ſi.ff de decuri.l vlt.ff.de quæſt.l vnius,§.ſeruis in cau.C.de quæſt.l.ſeruos non ſolum.C. de offici præto.l,j.in fi. C.de ſententia paſ.& reſti.l fruſtra.in conſti.libertinorũ veteris iuris, in fi & eſt mihi in cuſtodia Co. conſtitutio Græca.ſimile etiam notaui ſupra ead. ſumma,§.vbi verò eſt vaſal vel dic quòd vaſallus non tenetur ſeruire,ſed ab offenſione ſe abſtineat:ſicut & liberta,quæ cùm nubit voluntate patroni, nõ debet præſtare patrono operas poſteà,vel officium: ius tamen patronatus remanet,& operæ etiam præſtabuntur,poſtquam deſierit eſſe nupta,vt ff.de operis liberto.l ſicut patronus,& l.planè. C. de operis liberto.l.quod ex liberta.C. de obſequijs patro. præſtan.l.ij.quidam tamen, vt Azo, dicunt quòd nõ poteſt refutare domino inuito,vt arg.C.de Epiſco.& cle.l.ſi quis curialis.C.de repu. hære.l.ſicut. arg.ff.de ſucceſſo.edict.l.j.§.decretalis.& quia feudum datur gratia vtriuſq;,vt in titu.qualiter iudi. feu.ſit ex.c.ſi quis obligauerit,in tit.in qb. cau.feu. amit.primo reſpon. Vnde altero inuito recedi nõ poteſt,(arg.C.de actio.et oblig.l.ſicut,)niſi perueniret vaſallus ad dignitatẽ vt honeſtè ſeruire non poſsit, vt argumen.ff.de operis liberto.l.interdum. argu. ff.de vſu & habita.l.non aliter.Nam & tunc vaſallus excuſatur.et ad hoc facit brocardum,quòd quis poſsit feudo renunciare in generalibus: ſed ſatis dici poteſt vt renunciari poſsit,vt licet non poſsit alienare,poſsit tamen repudiare,(arg.ff.de ſucceſſo. ediç.

edic.l.j.in fin.primo reſp.)niſi ratione propinquorũ vaſalli dominus petat a vaſallo vt eum adiuuet cõtra ſuos propinquos qui dominum offenderent, & ipſe hac de cauſſa velit refutare,(vt ff.de vſufr.l. cùm fruct.& l.ſed cum fruct.& arg ff.de furtis. l.ſeruus nauem,§.interdum ff.de bonis damna.l. vlt.§.ij.ff.ad municip.§.antepenul.)nam crtra tales adiuuare tenetur,vt in tit.hic incip conſue.reg. §.contra omnes:vel dicas q̀ antequàm feudum agnoſcat vel hæreditatem,quòd repudiare poſsit:et ſi agnouit feudum,quod nõ poſsit repudiare, niſi iuſta de cauſſa,(vt arg.ff.de ſucceſſo.edict. l.j.primo reſpe.in fin.& §.vnius,§.qui ſemel, C.de repu. hæredi.l ſicut C.de actio.& obliga.l ſicut.in tit.hic incip.conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,§.ſi contigerit. & ff.locat.& conduc l.habitatores,§. iterum) vel diſtingue vtrũ ſit primus vaſallus qui acquiſiuit, quo caſu non poteſt refutare:an alius ſecundus vaſallus mortuo primo,quo caſu poteſt retinere,ſi velit à domino recognoſcere,alioquin poteſt feudo cédere.arg.ff.de aqua plus. arcen. l. is cum quo. & in tit.qualiter iura.debe.vaſal.§.eſt autem, in fin.

CAPVT CXIII.

Vtrum dominus poſſit liberare vaſallum à vaſallitico eo inuito.

SEd nũquid dominus poterit liberare vaſallũ à vaſallitico eo inuito? videtur quòd non, vt qui benefactorem habere non vult, eundem

dominum fortè & acerbum ſentiat, & beneficium non detur inuito, vt arg. C. de manu.teſta.l.vlt. §. ſi verò. in Auten. quibus mo. nat. §. generaliter. ff. de regu. iur. l. inuito: poterit tamen dominus, ſi voluerit, ſubijcere aliquem animo nouandi, qui promittat quod vaſallus debet, & vaſallus liberatus erit ipſo iure eo inuito, & alius per exceptionem. argumentum ff. de nouatio. l. Stichum, in fin. ff. de accepti. l. & per iuſiurandum, §. tutor. ff. de ſolu. l. ſi debitor tuus. Et vbi vaſallus refutauit, redibit ad agnatos vel ad fratres, non ad dominum. argumen. ff. de aſsig. liber. l. j. §. vltimo, & §. penulti. & l. ij. in titul. hic incipi. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſi contingit. in titul. de capi. extraor. §. beneficium paternũ. de qua materia plenius notabimus infrà eadem ſumma, §. item ſciendum eſt vbi ꝙ vaſallus. Item amittit feudum vaſallus, ſi vaſallus libertus inueſtitus fuerit de aliquo feudo cùm patronus erat ſine liberis, & poſteà dominus ſuſcepit liberos, & feudum reuocauerit, quod facere poteſt, vt arg. C. de reuoc. donati. l. ſi vnq̃. et arg. in decretis xvij. q. vltim. §. quicunque vult, primo reſpon. in fi. arg. C. de inoffi. dona. l. ſi totas. Item ſi beneficium occaſione proximi deſertum habuerit, & infra annum, poſtquam dominus cognouerit, non ſatisfecerit, vt in tit. de feud. & benefi. l. quicunque. Itẽ ſi inordinatè beneficium tractauerit, & admonitus reſpuit, vt in tit. de feu. & benefi. l. ſi duo homines, §. quicunq́. argum. ff. de vſufr. l. ſed & ſi quid, §. j. & l. locum, §. j.

§.j. Item ſi latrones non repræſentauerit, & ei denunciatum fuerit, cùm hoc facere potuit, vt in tit. de feu. & beneſi.l.vt iudices: & ſi in domo eos ſuſceperit, infidelis eſt, vt in prædicto titu.l.q latronem.

CAPVT XCIIII.

Quibus caſibus feudum amittat vaſallus.

ITem ſi ſciens vaſallus feudum fuerit inficiatus, feudum amittit, vt in titu ſi de feud. vaſall. fue. interpel.§.vaſallus, in ſi. in tit. de ſac. & for. fide. c. grauem & dolorem, & argum. ff. ad l. Fal. l. hæreditatum computationi, §. vlti. C. de iure delibe. l. vlti. §. illo videlicet: poſtquam à vaſallo malitioſè vult ſubtrahere, beneficium amittit, vt de iure annul. aur. l. j. in ſi. niſi ante litis conteſtationem confiteatur, vt argumen. C. de plus pet. l. j. vel etiã poſt litem, ſi ætas in eo ſit vt ignoſci debeat, vt argumen. ff. de noxa. l. electio, §. nec hæredi, in ſi. Nec enim debet vaſallo prodeſſe negare. argum. ff. de tribu. act. l. illud, §. ſi negauerit. & facit ad hoc quod notatum eſt ſuprà eadem ſumma, §. item ſi vaſallus ab hærede. argu. contra. C. de ingenu. ma. l. penul. Nam propter mendacium beneficium quis amittit, aliquando & priuilegium, vt ff. de manu. teſt. l. j. & ff. ad Maced. Senatuſconſul. l. j. ff. de fideiuſ. l. dubitet, §. ita. ff. de re iudi. l ſed hoc ita. C. q potio. in pig. habean. l. item. C. de ſacroſanc. Eccleſi. l. qui ſup. C. ſi minor ſe maio. dixe. l. ij. ff. quod cum eo, l. iiij. ff. de nox.

act l.quotiens,§.emptor, & l.ſi ſeruus deportatus, §.vlti.aliquando reſcriptum facit illicitum, vt C ſi contra ius vel vtili.publi. l ij.& v.C.de diuer.re l. vlti.Ignoranti verò ſubuenitur,ſi habuerit excuſandi cauſſam iuſtã.arg.C de bonis liberi.l.inſeruitur §.j.niſi ſit ſupina et craſſa ignorãtia,vt arg.ff.de iur. & fac.ignoran.l.nec,& l.regula,§.ſed facti.de qua etiam ignorantia tractatur infrà eadem ſumma,§. nunquid cuilibet. Nec enim ſola inficiatio punit eum. argument.ff.de ædil.edic.l.ſi quis ſit fug.§.idem Celſus ait ſeruum.ff.de furtis,l.inficiando.Et ſi dubitat, dubitanter reſpondere debet,vt in tit.ſi de feu.vaſal.fuerit interpel.§.vaſallus ſi, & §.vaſallus feu.in tit.hic inci.cõſue.reg.c.lex Corradi,§. ſi fuerit,in fi.argu.ff.de petiti.hæred.l.ſi debitor.ff. de ſeparat.l. j.§.penul. in fi.C.de excep.l.ſi quidem.argumen. contra. C.de ingenuis manu.l.penul. Vel dicas quòd non eſt ſufficiens reſponſio dicendo, dubito:ſed aut confiteri debet, aut negare, ſed ex eo quòd dicit dubitare, poterit ei dari tempus vt certificetur, & reſpondeat poſteà certum. argu ff.de iureiur.l.iuſiurandum & ad,in prin.ff. quẽadmod.teſta.ape.l.cùm ab vno, & l.vel negare.ff de interrogato. acti.l. de ætate,§. nihil.ff.de confeſ.l.certum.

CAPVT XCV.

Vaſallus amittit feudũ,ſi non fecerit id pro quo datum eſt feudum.

Item

ITem ſi vaſallus non facit id pro quo datum eſt, feudum amittit, vt in tit. quibus cauſ. feu. amit. §. ſed nec eſt. & in tit. de capitu. extraordi. §. vt inter conditionalia. argum. ff. quæ in frau. credi. l. iiij ff. de regu. iur. l. qui non facit. & etiam non poteſt conueniri vt faciat, vel repeti quod ei datũ eſt: quia non fecit quod conuenit, vt in titu. de feud. & benefi. l. de militum, primo reſpon. in titu. qualiter vſus bene. ſit tenen. c. ſancimus, primo reſpon. argu. ff. de præ. uer. l. naturalis, §. explicitis C. de dona. quæ ſub modo, l. j. in Auten. de nup. §. quæ propter, C. de indic. vidui. tol. l. ſi relictum, in fi. ff. de lega. iij. l. ſi tibi ff. de annu. leg. l. libert. § Lucius. ff rẽ rat hab l. ſi indebitum. ff. de conditi. & demonſtra. l. cum ſub hac, & l. Titio fundus, et l. hæres, §. j. Item ſi ſeruire negat domino, vt in tit. qualiter vſus bene. ſit tenẽ. §. ſancimus vt nemo. in tit. de feu. & bene. l. quicunq; igitur, §. nos, in fi. Nam qui cum obſequiis ſuis liberalitatem domini procauit ad feudum dandum, non eſt dignus eo, cum cœperit obſequia negligere, vt argu. C. de reuocã. donati. l. j. vel quum per ſuum periurium ſe monſtrauit indignum, vt argu. C. de digni. l pen. §. j.

CAPVT XCVI.

Vtrum vaſallus poſsit ſeruire per alium.

Sed

SEd quæri conſueuit, an ſi velit ſeruire, per aliũ poſſit? reſpondeo diſtinguendum eſſe vtrũ ſit minor vaſallus an maior. Si eſt minor, impubes, vel infans, poteſt ſeruire per alium: ſed per ſe nõ cogitur in perſonali ſeruitio, vt in titu. ſi de feud. vaſal fue. interpel. §. ſi qs deceſſerit: niſi eſſet tale quod per ipſum poſſit impleri, vt argumentum ff. de rei vendica. l. cæterùm ff. de operis liberto. l. vt iure, §. dabitur. ff. de libera. cauſſa, l. vlt. §. vlti ff. ad Senatuſcon. Sylla. l. excipiuntur. & ad hoc facit quod notatum eſt ſuprà eadem ſumma, §. excuſatur autem vaſallus.

Si verò eſt maior, admittitur ſi velit ſeruire per alium, cùm imperator vadit Romam ad ſuſcipiendam coronam: (vt in titu. de feud. & benefi. l. imperialem. §. præterea ſi quis) alias ſi non iret, nec per ſe nec per alium, feudum amitteret, niſi præſtaret medietatem reddituum feudi vnius anni, (vt in titu. de feu. & benefi. l. ad hoc qui, §. & vt æquitas, & l. imperialẽ, §. firmiter) alias tertiã partẽ, vt in tit. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula. & ſimiliter vt totius anni vnus intelligatur fructus, vt ff. ſolu. matrimo. l. diuortio, §. vlti. vel cùm ſingulis annis debet viſitare limina Apoſtolorum, vt in tit. de ſac. et forma fideli. c. ego Epiſcopus, §. Apoſtolorum limina. Item ſi ſeruitium ſuum conſiſtat in faciendo, ſi facere poteſt per alium, admittitur ſi ſeruire velit per alium dummodo valdè idoneum, vt argu. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autem ff. de polli. l. de polli.

C. de

C.de cõtrahen.& com.ſtip.l.veteris.C.de agentib. in rebus,l.agẽtes,§.quod ſi morbo:niſi dixiſſet q̃ faceret ſuis operibus, vel ſit tale factũ quod non poſſit fieri per alium:quia factum vaſalli vel ſeruitium aliud eſt à ſeruitio alterius,vt ff.de ſolutio.l.inter artificem.ff.de duobus reis,l.iij.ff. de ſtatu homi. l.antepenul.§.vlt. ff.de condicti indebi l.ſi non ſortem,§.liber.C.de cadu.tol.l.ne autem,§ ſi verò:& factum pro facto præſtando non liberatur, vt ff de ſolut.l.quæ res,§.mihi Romæ. Et etiam non poteſt vaſallus præſtare domino inuito pecuniam,vt ex ea ipſe faciat,vt argu.ff de lega.iij.l.cum fideicom.in fi.Similiter quis ſeruire poteſt per alium vbi gratis promiſit vel ſuſcepit aliquid facere,vt argum ff.de pollic.l.de pollicitationibus ff de legatio.l ſi abſenti. Sunt & alij caſus quibus vaſallus poteſt ſeruire per alium,de quibus plenè notaui ſupra eadem ſumma, §.excuſatur autem,& §.item vaſallus excuſatur.

CAPVT XCVII.

Vtrum vaſallus amittat feudum,ſi clericus efficiatur.

ITẽ amittit ſi clericus efficiatur,vel monachus, vel conuerſus,habitum religionis aſſumendo:q̃a non poteſt poſteà gerere officium,vnde nec beneficium habere debet,vt in tit nouum non pater:c. qui ſibi,§.miles qui.in titu.ſi de feud. vaſal.fuerit interpel.§.ſi clericus.in decre.xxxj.q ſi quis ſacerdotium.Et ſi benè habitum poſt depoſuerit,non recuperat

*cuperat feudum ſemel amiſſum,(vt in tit. hic inci-
pi. conſue. reg. c. j. §. ex hoc. c. lex Corradi, §. mutus,
in fi. & c. hæc ſunt capitula, §. præterea ſi vaſallus.
& argum. in Auten vt nulli iudi. §. ad alteram.
arg. ff. quib. mod. vſusf. amit. l. qui res, §. aream. C.
de remiſsio. pigno. l. cùm ex cauſſa, & l. vlt. C. de ſen
tentiam paſsis, l. in inſulam. ff. de pœnis, l. aiunt, §.
vlti. ff. de iur. fiſci. l eius) & quia ceſſante officio de-
bet ceſſare beneficium,(arg. C. de Epiſco. & cleri. l.
generaliter. C. de reſtituti. militum. l. penul. C qui-
bus non obij. long. tempor præſcrip. l. vlti. ff. de iudic.
l. ij. §. legatis.) et quia honeſtè armis non poteſt vti
ad ſeruiendum, nec manibus aliquem percutere
vel depellere: vnde nec beneficium retinebit, vt di-
ctum eſt, & argu. in Auten. de Epiſ. & cleri. l. re-
petita. ff. de iure immuni. l. ſemper, §. licet in corpo-
re. & ff. de lega. iij. l. ſeruis vrba. in tit. extrà de vi-
ta & hone. cleri. c. ij. in decret. xxxiij q. vij. clerici
quiq;. et inhabiles dicuntur ad pugnādum, vt in tit.
extra de vo. et vot redēp. c. ex multa. §. de clericis.
Et quod dictum eſt, quòd ſi poſtea habitum poſtpo-
nat quòd non recuperat, poſſunt eadem argumenta
induci in clericū, vt officio clericatus ceſſante, redè-
at ad priſtinum ius vaſallitici, & argumen ff. de re.
diuiſio. l in tantùm. ff. de vſufruct. amit. l ſi ager. ff.
quemadmodum ſerui. amit. l. ſi locus ff. ſi ſeruitus
vendi. l. & ſi fortè, primo reſpōſ ff de lega i; . l. ſi cor
pus, §. vltim. ff. de operis liberto. l planè, & alijs mul
tis argum, C. de aduoca. diuerſo. iudicior. l. ſi quis*

de to-

de togatis,& l.ſancimus.C.de offici.aſſeſ.l.vlti primo reſpon.C.de Epiſ& cleri.l.ſi quis curialis,& l.ſeruus,& in Auten.nunc. C.de hæreti.& manichæis,l.cognouimus,& in Auten.idem.Sed ad tollendum iſtas ambages potes dicere,vt ſi re integra, id eſt,nondum habita quæſtione de feu.clericatum dimittat,quòd feudum retinere poſsit & eum recuperat:alioquin ſi iam habita eſt quæſtio de amiſsione,vel res non eſt integra,quòd tunc non recuperet licèt clericatū dimittat,arg.in Auten.vt clerici qui recedunt.C.de repudian.hæredita.l.vlti.arg ff.de optione legata.l. mancipiorum arg.contra.in titu. hic incipi.conſ.reg.c.hæc ſunt capitula.§. prætereà ſi vaſallus: & faciūt ad hæc argumenta quæ notaui infrà eadem ſumma,§. & cùm amittit. In alijs verò bonis,vnde ſuccedit clericus vel etiam monachus,ſi tamē habitum dimiſerit monachus,amittit, & eccleſiæ applicatur:nec monachatio eſt cauſſa ingratitudinis vnde valeat exhæredari, immò p monachationem precedēs ingratitudo extinguitur,vt in Nouellis de ſanctis Epiſ.§.non liceat. in decre. xix.q.iij.c.vltim.& C.de Epiſ.et cleri.l.vlti.§.hic. in Autē de ſanctis Epiſ.§.nullū,et §.ſi monachus. De nouo tamen clericus beneficium accipere poſſet, ſi dans ſciret eum clericū:(vt argu.in tit.hic incip. cōſue.reg.c.j.§.hæc ſunt capitula,§.& iterū ſi clericus.& argu.in tit.explicit liber primus,§.perſonā. ff de lega.iij.l.fideicom.§.ſi ſeruo.argumen. de excuſa. tuto.l. ſpadonem, §. ſcire. ff. de arbitris, l.non

l.non diſtinguemus,§.compromiſſo,vt & ſuprà notatum eſt in ſumma proxi.§.accipere autem,& ſi. in ſeruo accipiente) & item accipere poteſt perſona eccleſiaſtica,& tunc amittatur ſi per alium ſeruiat,vt infrà proxim. Nec etiam puto quòd clericus vetus feudum valeat retinere ſeruiendo per alium,cùm per ſe non poſſit: (argumentum ff. de offici.procon.l.obſeruare,§.penulti.) quia videtur per leges ſuprà dictas,quòd eo ipſo feudum amittat, nec vnquam recuperare poſſit:argu.tamen contrarium eſt C.de Epiſ.& cleri.l.quiſquis cenſibus,& l.ad ſimilitudinem.Item amittit feudum vaſallus, ſi feudum alienauerit,ſciens eſſe feudum,ſine conſenſu domini, vel diſtrictum & iuriſdictionem,& maximè ſi per allodium vendat,vt in titul.de capi. extraordi.§.ſummo.in titu.de feu.& benefi l.quicunq; igitur,§.hæc etiam, & l. imperialem,§. hortatu,& l.imperialem,§.habito,& l.ad hoc qui allodium,in prin.in tit .hic incip.conſue.reg.c.lex Corradi,§.ſimiliter nec, & c. hæc ſunt capitula, §. & quod dicitur.in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §.ſi quis miles.in titul.ſi de feud.vaſal.fue. interpel.§.feudum ea.l.in ſin.in eo.§.ſi quis feudum, & §.ſimiliter. Et tunc præiudicat ſibi & liberis,ſed non cohæredibus,nec domino: (vt argum.ff.de ope. liberto.l.filius,§.cùm pater.ff.de lega.ij.l.vnum ex,in fin.& §.ij.argument.C.de ſeruo pigno.dato, l.ſi creditoribus.C.de reuocan donatio.l. cum confitearis.& ad hoc eſt etiam quod notaui infrà eadē

ſum-

ſumma,§.item ſciendum quod vbi,& §.idem etiã reputatur) quia tunc vaſallus dominum contemnẽre videtur,vt in titu.quib.cauſſ.feud.amit.§.ſi vaſallus contra conſti.& nulla etiam præſcriptione poterit ſe tueri is, q accepit etiam præſcriptione xxx annorum,vt in tit.qualiter iura.debe.vaſal.§.donare. De hac præſcriptiõe inquire quæ plenè notaui ſuprà in ſumma tit.proximo,§.itẽ acquiritur præſcriptione,de quibus verbis ſigillatim exponamus.

CAPVT XCVIII.

Vtrum vaſallus amittat feudum,ſi totum ſiue partem alienauerit.

V*Nde quod dictum eſt ſi feudum alienauerit, intelligas ſiue totum, ſiue partem, licèt poterat olim vendi dimidia pars, vt in tit. qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſi quis miles.in titu. de conten.feud.c.ſi cliẽtulus,in prin in titu.in quib. cauſ.feud. amitt.§.vlti.in titu.de feud. & benefi. l. quicunque igitur, §. hac etiam præcipimus,& l. imperialem, §.j.in titul.hic incip. conſue.reg.c.hæc ſunt capitula,§. præterea ſi vaſallus. Sed vbi alienauerit totum,totum amittit:ſi partẽ alienauerit, partem eam amittit,quia non debet vltra progredi pœna quàm inueniatur delictum,(vt in tit.hic incipi.conſue.reg. c. lex Corradi, §.ſi vaſallus contra conſtitu. C.de pœnis,l.ſancimus. argum.ff.de lega. j.l.vi.& l.ſi ex toto,primo reſpon.& ff.de his quib. vt indig.l.reſcriptum,& l hæres.ff.ad Trebel.Senatuſcon-*

tuſconſul. l. Paulus reſpondit.ff.de vulga.ſubſtitu. l.ex facto,§.vlti.ff.rem ra.habe.l cum debitore, & l.ſi procurator. argumen.ff.de dam. infect.l.iiij.§.j.) & puniri quis debet in eo de quo delinquit, vt in tit.extrà de immu.Eccle.c.vlt.in titu.extrà de cleri.excommunica.c.poſtulatis,§.j.in titu.de priuil. Eccleſiarum & quarundam perſonarum,l. ad honorem,§.omnes peregrini,in fi.argumenta tamen ſunt vt pro parte alienata totum amittat, argumẽ. ff.de lega.j.l.etiamſi partis.ff.de incen.re.nau.l.ij.§.penulti.ff.ad Senatuſconſul. Sylla.l.ſi quis in graui,§.ſin autem non totum.ff.ſi quis omiſ.cauſſa teſta.l.& ſi non totum.

CAPVT XCIX.

Alienatio intelligitur,per quam dominium transfertur.

ET quod dictum eſt de alienatione, intelligas omnem actum,per quem dominium transfertur,(vt C.de fundo dotali l.j.ſatis enim abſurdum eſt & irrationabile,rem quam vaſallus in ſuis bonis non poſsidet,purè alienare,vt C.communia de legatis,l.ſi duobus, §.ſed quia) cùm in alienis rebus contra domini voluntatem aliquid fieri vel paciſci ſecta temporum non patitur, vt C.de pactis,l.vltima, in fine. Largo etiam modo intelligas alienationem,ſiue venditionem, pignoris obligationem, hypothecam,ſeruitutis conceſsionem, emphyteuſin: pati vſucapionem procedere & com-

compleri, pro anima iudicare, legare, donare, in dotem dare, permutationem, diuiſionem, litis æſtimationem pro fundo recipere, dationem in ſolutum: de quibus ſigillatim videbimus in proximo titu. & de quibuſdam alijs interim. Sciens ideo dixi, quia ſi vaſallus ignorans alienauerit, ei non parcitur omnino, vt argumentum ff. de ædili. edict. l. prima, §. cauſſa huius: ſed tunc emptor, vel is qui accepit à vaſallo, reſtituat dato precio & intereſſe; (vt in titul. ſi de feud. vaſal. fuerit interpellat. §. ſi vaſallus feudum. in titulo qui debe. ſucce. in feud. §. ſimiliter ſi vaſallus) vel non tenetur, ſcilicet ad totum intereſſe; ſed tenetur quanti minoris, vt ff. de actio. empti, l. Iulia, primo reſponſo, §. j. & l. ſi ſterilis, §. j. dummodò iuret ſe ignoranter vendidiſse, argumen. C. de donatio. l. penultima, primo reſponſo, §. penultimo, in fine. C. de bonis aucto. iudi. poſsiden. l. vltima, §. vltimo. C. de iure do. impetran. l. vltima, in fine. Data etiam poſteà electione emptori, vtrum velit reddere vaſallo an domino, vt in titul. hic incipiunt conſuetu. reg. c. hæc ſunt capitula, §. domino cum emptore. Nam vbi ignorans vendidit, ceſſat cauſſa amiſsionis: quia ſciens vaſallus, alienãdo amittit, eò quòd dominum contemnere videtur, vt in titul. in quibus cauſſ. feud. amit. §. ſi vaſallus contra conſtitu. Sed alienando ignorans, non videtur dominum contemnere, vt argum. ff. loca. & conduc. l. ſi ignorans

CAPVT C.

An cuilibet ignorantiã alleganti credatur.

NVNquid cuilibet ignorantiam alleganti creditur ignoraſſe? reſpondeo, videtur prima facie quòd ſic, vt ſemper præſumatur ignorans, niſi probetur ſciens, (argu. in Inſtitu. de lega. §. quòd autem diximus. ff. de probati. l. verius) & maximè ſi eſt hæres, cùm hæres iuſtam ignorantiæ cauſſam habeat & prætendere poſſit, (vt argu. ff. de regu. iuris, l. qui in alterius locum. ff. de iuris et fact. ignoran. l. plurimum. & ff. de actio. empti, l. ſi ſterilis, §. primo. in Inſtitu. de vſucapio. §. ſed tamen aliquando. ff. de vſucap. l. pluribus. & ff. pro ſocio, l. vlt.) vt eius affirmationi credatur, maximè ſi bonus vir exiſtimetur, alioquin argumentis, vt argument. ff de excuſat. tutor. l. ſcire. § ſufficit. ff. de acquiren. hæredi. l. cùm quidã, §. quòd dicitur ſi putetur. argum. C. de ſeruis fugiti. l. quicunque, §. quòd ſi ſeruus. ff. de re mili. l. non omnes, §. à barbaris. in titul. hic incipiunt conſuetudi. reg. c. hæc ſunt capitula, §. domino cum emptore. in titul. de feud. & benefi. l. de militura. primo reſpon. & §. primo. Sed tamen hoc puto ſimpliciter verum: nam ſi idem vaſallus alienator fuerit de eo feudo alienato inueſtitus, vel eius anteceſſor fuerit inueſtitus, ſed ipſe alienator alienatum feudum dedit præſcriptum domino: ſi prætendat ignorantiam, non auditur, quia eius ignorantia non eſt tolerabilis. argumen. ff. ad Senatuſcon-

natuſconſul. Velleia.l.quanquam.ff.de acquiren. hære.l.cum falſum.ff.loca.& conduc.l.item quæritur,§ſi fullo. Idem intelligerem de cohærede qui in feudum tantùm iure cohæreditatis ſucceſsit & non in allodio,ſed ſi ſucceſsiſſet cohæredi tam in feudo quàm in allodio,tunc puto quòd iuſtam poſsit ignorantiæ cauſſam prætendere,quia hæres. argumen. ſuprà dictarum legum. Quid de filio hærede? nunquid poterit prætendere ignorantiam quia hæres, cùm pater eius ſciuit? reſpondeo videtur quòd ſic, quòd cùm iuſtam cauſſam ignorantiæ prætendat hæres,vt ſuprà dictum eſt,& etiamſi ſit filius.argumen. C.de iuris & fact.ignoran l.cum falſa.ff.rer. amota.l. Marcellus,§.j.in fine. Nam cùm filius contrahat,non debet inquiri ſcientia vel ignorantia patris,ſed filij contrahentis,vt ff.de contrahen.emptio.l.in huius.argument.contrarium C.pro hærede, l.nihil.C.de Epiſco. audien.l.ſi legibus, & C.de ſponſali.l.vltima. Et maximè cum leges loquuntur ſimpliciter, vaſallum alienantem feudũ amittere:(vt in titul.de feud.& bene.l.imperialis beneuolentiæ,§.j.& l.imperialem, §.j.)et filio etiam faciente contra dominum viuente vaſallo,ſi non ſatisfaciat domino,feudo filius priuatur,vt in prædicta l.imperialem, §.inſuper.et cùm non præſumatur ignorare vires patrimonij,vt C.de reſcinden. vẽditi. l.quiſquis.ff.de actio.empti,l.tenetur,in prin.argu. C.de libera.cauſſ.l.ſi filium. de tali ignorantia notatum eſt ſuprà ead.ſumma,§. item ſi ſciens va-

ſallus, & ſuprà in proxima ſumma, §. & currit iſto annus.

CAPVT XCV.

Vtrum vaſallus, qui alienauit, amittat feudum ſi recuperet poſteà.

ET cùm amittit feudum alienando, & ſi poſteà recuperet, non purgabitur vitium, nec retinebit, vt in titu. hic incipi. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. prætereà ſi vaſallus. argumen. ff. depoſiti, l. j. §. ſi rem. arg. ff. ſolu. matrimo. l. inſulam, §. vltim. ff. de iure dot. l. & licet. ff. de fideicom. liber. l. rogo, & l. quidam, primo reſponſo, in fi. argu. contra. ff. de ali. iu. l. ex hoc. §. penul. ff. quibus mod. pig. vel hypothe. ſolu. l. ſicut, §. ſuperuacuum. argument. ff. de fundo dot. l ſi marito, in fi. ff. de iure doti. l. ſi mulier pòſt, & l. quòd ſi non diuortium, & l. poſt diuortium ſui, in fin. ff. ſolu. matrimon. l. ſi mulier, & l. penul. §. vxor. & ff. rer. amo. l. vltim. ff. de adimend. lega. l. cùm ſeruus. ff. de hæred. inſti. l. quotiens, §. ſi ſeruus qui ex die, et l ſeruum meum, in prin ff. de ma. teſt. a. l. verum. Niſi fortè in continenti recuperaret, (argument. ff. vnde vi. l qui poſſeſsionem. argument. ff. de diuor. & repud. l. iij. ff. de reg. iur. l. quicquid) vel non multo tempore pòſt, vt argumē. ff. de ritu nupt. l. plerique. Et hoc re fortè integra, id eſt, antequam ei quæſtio moueatur. arg. in Auten. vt clerici qui recedunt. C. de repu. hære. l. vlt. ff. de optio. legat. l. mancipiorum. facit

etiam ad hoc quod notatur ſuprà titu.proximo,§. item quæritur.In eo caſu & ſuprà eadem ſumma, §.item amittit ſi clericus, §. item ſciens,§. item vaſallus ſi ab hærede.

Sed nunquid,ſi recuperet recipiendo in feudum à ſecundo & ſeruiat vtriq́, amittet? videtur quòd non: (argu.ff. de acquiren.poſſeſſi.l.quamuis,§.j.) puto tamen quòd ſic,arg.ſuprà dictarum ll. In emptore autem vel accipiente diſtinguitur vtrum ſciēs, an ignorans eſſe feudum accipiat vel emat:vt ſi ſciens feudum amittit nec precium petit,vt in titu.de feud.& benefi.l.imperialis,§.j.& l.imperialem, §. j.in tit.in quib.cauſ.feud.amit.§.vlt. Quia qui contra præcepta legum contrahit,precium amittit, & malæ fidei poſſeſſor cenſetur:non vt remaneat preci um apud venditorem, ſeu alienatorem,ſed potius fiſco applicatur,vt in titu.quibus cauſ.feud.amit.§. vlt.in titu.de feud.& benefi.l.imperialis, in fine.ar gu.C.de ſacroſanc.Eccle.l.qui res.C.de liti.l. vlti. j.reſpon. C.de agri. & cenſi.l. quēadmodum.C.de fun.rei pri.l.vlti.lib.xj. Si verò ignorans emit,precium à venditore repetit,& etiam ad intereſſe agit, vt in titu.de feud. & benefi.l.imperialem,§.j.argumen. C.de litig.l.vltim.§.primo. C.de fun.limitroph.l.vlti.§.vlti.in titu.ſi de feud.vaſal.fue.inter pell.§.ſi vaſallus feud.et de ignorantia ſatis dictum eſt ſuprà proxi.§.ſciens.

Sine conſenſu autem domini ideo dictum eſt, quia ſi conſenſus domini interueniat, valet

alienatio, & nõ rouocatur, (vt in tit. de conten.feu. §.& ſi clientulus.in tit.de feud.& benefi.c.imperialis, §.nos autem. & argum. C ſi quid in frau. pat. l.ij.ff.ſi quid in frau.pat.l.non videtur.ff.quib. modis pig.vel hypothe.ſol.l.ſicut, §.ſi voluntate) quia non videtur fraudatus dominus, qui ſciuit & conſenſit.arg.ff.quæ in frau.credi. l.qui autem, §.præterea. Item ideo voluntas domini exigitur, ne dominus ignorans iniuriam accipiat: & nullam videri poteſt iniuriam accipere, qui ſemel voluit, vt argu. ff.de aqua plu.arcen.l.in diem adiec. Et videtur ſine conſenſu domini facere, ſiue faciat contradicente domino, ſiue etiam ignorante, argumẽ. ff.de furt. l.qui vaſall.§.qui ex voluntate: niſi dominus refutauerit, vel per annum tacuit, ex quo ſciuit alienationem præſentium, vt in Auten.vt cùm de appell. cognoſci.§.generalem C.de pactis, l.ſi quis in conſcribendo.in titul, qualiter iur.debe.vaſal.§. donare, & arg.in tit.ſi de feu.vaſal fue.interp.§.Titius. in Lombar.de eo qui res alij poſt.deleg. l.j. Sed an taciturnitas vnius anni hodie præiudicet domino, dic prout notaui in ſumma ſuprà titu.proxi. §.item quæritur præſcrip. Poteſt etiam vaſallus ipſi domino concedere, licèt non poſſit alij, vt in tit.de feu.& benefi.c. conquæſtus, &c. inſinuatione præſentium. argum.in Inſtitu.de vſufruct.§.item finitur. ff. de iure dotı.l ſi vſusfructus.

Idem videtur in filio domini, vt eius conſenſus debeat interuenire: quid enim intereſt ipſi domino an eius

an eius filio ſiat iniuria? vt ff. de natal. reſti. l nec filio. Item conſenſus domini prodeſt, ſi alienatio habuit effectum: unde etiamſi poſteà recuperet, non retinebit loco feudi, ſed ſi non habuiſſet effectum, retineretur, vel ſi alium contractum celebrauerit quàm ei permiſſum ſit, non prodeſt conſenſus, vt in titul. hic incipi. conſuet. reg. c. hæc ſunt capitula, §. prætereà ſi vaſallus. argumen. C. de remiſſi. pigno. l. vltima. ff. quibus modis pig. vel hypothe. ſolui. l. ſi cùm, §. ſi voluntate, vſque ad finem l. ff. de operis liberto. l. ſicut patronus, & l. planè. & C. de Epiſco. & Cleri l. ſed nunc.

CAPVT CII.

Vtrum conſenſus operetur indiſtinctè ſiue præcedat alienationem, ſiue ſequatur.

Conſenſum etiam intelligo, ſiue præcedat alienatiõem, ſiue ſequatur per rathibitionem, vt argumen. C. ad Maced. Senatuſconſul. l. ij. & l. ſi permittente, & l. ad Macedonianum, § ſanè, & l. vlt. argumen. ff. quod iuſſu, l. j. §. j. & §. ſi ratum. C. de emancipa. l. iubemus, in fine. ff. de ſolu. l. verò, in fin. Nam & poſteriorem voluntatem iudex tuetur. ff. de aqua plu. arcen. l. ſin autem plures. ff. quorum lega. l. j. §. prodeſt. Sed an voluntatem poſſit mutare dominus, vel de ea pœnitere, dic vt notaui infrà eadem ſumma, §. eſt & alius. Veruntamen iuſſus patris debet in adeunda hæreditá

te præcedere: (vt ff. de acquirend. hæredi. l. ſi quis mihi, §. iuſſam) & in nuptijs filijſa. contrahendis, vt in Inſtitu. de nup. primo reſponſo. Mandatum autem præcedit negotium, (vt ff. mandati, l ſi verò non remunerandi, §. ſi poſt. Auctoritas verò tutoris in ipſo negotio, vel pòſt in continenti, vt in prædicto §. iuſſum. ff. de auctori. tuto. l. obligari. §. vlt. in Inſtitut. de auctori. tuto. §. tutor. ff. de vſufruct. l. nunquam primo reſponſ.) ratihabitio poſt negotium, (vt ff. rem rat. ha. l. quæ enim, §. j.) fideiuſſio autem antè & pòſt, vt in Inſtitut. de fideiuſſoribus, §. fideiuſſor & præcedere: ſed conſtitutio debet tantum debitum ſequi, vt debitum præcedat, vt ff. de conſtitut. pecu. l. eum, §. idem exigimus. Domini verbum intelligas, ſcilicet maioris, ad quem feudũ ſpectare dignoſcitur, vt in tit. de feud. & bene. l. imperialem, §. j. Maioris dico non ætate vt aliàs, ff. de rebus dub. l. ſi fuerit, in princip. in Inſtitu. de adopt. §. minorem. ff. de adimend. lega. l. liberto. §. vltim. ff. de legat. ij. l. cùm pater, §. pater pluribus. vel precij, (vt argument. ff. de lega. primo. l. apud Iulianum, §. ſcio) ſed maioris, id eſt, prioris vel antiquioris per inueſtituram: aliàs dicitur maioris, ratione maioris dignitatis, vt in titul. de feud. & benefic. l. in nominæ ſanctæ, primo reſponſo. & §. j. C. de offic. recto prouinc. l. potioris. Nam vbi proximus dominus cõſentit vaſallo ſuo alienanti, ipſe videtur alienare: vnde neceſſarius eſt conſenſus maioris domini, argument. ff. de donatio. l. in ædibus

bus, & l. quòd ſi filiusfamil. ff. ſolu. matrimon. l. & deſunt. ff. de his quæ in fraudem credito. l. ſi pater.

CAPVT CIIII.

Nunquid ſufficiat conſenſus maioris, licèt conſenſus primi, ſcilicet proximioris non interueniat.

S*Ed nunquid ſufficit conſenſus maioris licèt cōſenſus primi, ſcilicet proximioris domini non interueniat? putà gratia exempli, quia vtilitatem affert exemplis oſtendere, vt in Inſtitu. de actio. §. alien. autem: quia exemplis manifeſtius fiet, vt ff. de collati. bono. l. prætor, §. Iul. in Inſtitu. de gradib. cogna. §. fin. C. de tranſactio. l. vt reſponſum. Lucius conceſſit Mæuio in feudum aliqua præmia, Mæuius de eodem feudo conceſſit Titio, nunc Titius vaſallus vult vendere: nunc quæritur an cōſenſus maioris domini, ſcilicet Lucij ſufficiat. Nam cùm Mæuius non poſſit vendere ſine conſenſu Lucij. argument. in titul. de feud. & benefi. l. imperialem, §. j. argument ff. de acquirend. hæredi. l. filiusfamil. ff. de ritu nupt. l. ij. & l. ſi in poſſeſsionem, in fine primi reſpon. & l. oratione, §. & neptis. ff. ad Senatuſconſultum Macedonia. l. filium habeo. ff. de relig. & ſumpti. fune. l. ij. §. ij. ff. ad Syllania. Senatuſconſul. l. j. §. j. Item alijs argumentis videtur quòd debeat denūciare tantùm ſuo domino, & non*

et non domino domini: quia vaſallus vaſalli mei nõ eſt meus vaſallus. de qua materia inuenies notatum in eadem ſumma, §. item ſi vaſallus vaſalli, & argu. extrà de exceſsi. prælato. c. ſicut vnire. Sed ego puto quicquid allegari poſsit hinc indè, quòd conſenſus maioris debeat interuenire, vt in prædictis ll. & etiam conſenſus proprij domini, vt infrà eodẽ §. item ſi quis feud. & §. ſimiliter. in titulo de conten. feud. §. & ſi clientulus. in titulo de feud. & benefi. l. imperialis, §. primo. in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſi quis miles. in titu. hic incipi. conſue. reg. l. lex Corradi, §. ſimiliter. & arg ff. de adoptio. l. in adoptionibus, & l. cùm nepos. ff. de ritu nup. l. oratione, §. primo. ff. de aqua pluui. arcen. l. ſi concedendo, & l. in diem, in fine. ff. de muneribus & honoribus. l. ſecunda. ff. de rebus auct. iudi. poſsiden. l. in venditione. Niſi fortè dicatur quòd maior dominus ſit abſens, vel fuerit: nam tunc conſenſus proximi domini ſufficit. argum. ff. de iniurijs, l. ſed ſi vnius, §. quod deinde. ff. de ritu nup. l. ſi nepos, in principio. Sed in emptore emptoris conſuetum eſt vt denunciet ſecundus emptor ſuo datori, & non venditori ſui venditoris, niſi ceſsione ſibi facta, (vt ff. de euictio. l. ſi res quam. & argu. ff. de legatis ij. l. qui concubinam, §. ſi hæres) & ille dator ſuo auctori. Verùm Azo, in ſumma de emphyteu. iure videtur dicere quòd emphyteuta emphyteutæ: ſi voluerit vendere ius ſuum, quòd debet denunciare domino priori, & non ſuo venditori: ſed vbi primus

vaſallus

vaſſallus eſt principis, tunc ſecundus vaſallus denunciare debet principi, dummodo vendat eo ſeruitio quo & ipſe habet. argum. C. de fundis patrimonia. l. prima, & l. hi quibus. argumen. contra. in Lomb. ſi actor regis, l. vltim. in principio. Si verò non eſt principis, ſed alterius, tunc denunciabitur antiquiori domino, (vt argumen. ff. quis & à quo ap. ſit. l. prima, in fine) et etiam proximiori, vt ſuprà dictum eſt.

CAPVT CIII.

Si ſecundus vaſallus facit contra naturam feudi, vt feudum amittat, feudum ad antiquiorem dominum debet reuerti.

SEd vbi ſecundus vaſallus facit contra naturã feudi vt feudum amittat; feudũ ad antiquiorẽ dominum & maiorem debet redire: (argum. ff. de iure patronatus, l. diuus Veſpaſianus, primo reſponſo) & hoc ſi ex voluntate proximioris domini fiat, alioquin ad proximiorem dominum, vt argument. ff. de ſeruis exportand. l. Titius. in titulo de. feud. & benefic. l. imperialem, §. illud. argument. ff. de donat. l. in ædibus, §. quòd ſi filius. ff. ſolu. matrimo. l. & deſunt. ff. de his quæ in frau. credi. l. ſi pater.

CAPVT CV.

Quod

Quid ſi plures hæredes domini fuerint, qui non conſenſerunt, ſed vnus vult reuocare & alter non?

SI tamen plures hæredes domini fuerint qui nõ conſenſerunt, ſed vnus vult reuocare & alter non: ille qui voluerit reuocare, non poterit, quia omnes debent conſentire, vt arg. ff. de ædilit. edict. l. quòd ſi nolit, §. ſi plures. ff. qui & à quibus manu. liber. l. ſi quis hac, §. vlti. ff. de in diem adiec. l. quòd ſi vno. Sed potius videtur dicendum quòd ille, qui vult reuocare, ſcilicet qui non cõſenſit, reuocare poſſit pro parte ſua, vt in tit. hic incipi. conſuetud. reg. l. lex Corradi. §. ſi vaſallus contra conſtitutionem. argu. ff. rem rat. ha. l. ſi procurator. ff. quorum legatorum, l. prima, §. ſi alter. & argumen. ff. de in diem adiectio. l. intereſſe, §. primo. vel fortè in totum, arg. in tit. ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. vltimo. & in titulo hic inci. conſuetudi. reg. §. vltimo. Vndè cùm vnus tantum conſenſit, quem ſolum putauit dominum, fortè excuſabitur. arg. ff. de iniu. l. ſed ſi vnius, in prin.

CAPVT CVI.

Vtrum conſenſus agnatorum, ad quos ſpectat feudum, in alienatione interuenire debeat.

Item

Item quòd dictum eſt, quòd valet alienatio ſi cõ ſenſus domini interueniat, ſubaudias ſi conſenſus & agnatorũ interueniat, ad quos ſpectaret feudum ſi vaſallus decederet ſine liberis. Nam eorum conſenſus eſt deſiderandus, vt ſi interuenit, non poſſint amplius venire contrà: & ſi non interuenerit, non valeat alienatio, ſed per agnatos poterit reuocari, quia potior cauſſa eſt eorum quàm dominorũ. argu. C. de fideicommiſ. l. quotiens. ff. de legatis ſecũdo, l. cùm pater, §. libertis, & l. peto, §. fratre. in tit. de feud. & beneſi. l. imperialis, §. nos, &c. ex parte tua, §. ad hæc. & extrà in titul. tertio, in veteri compilatione de feu. & §. inſinuatione. C. de nuptijs, l. ſi furioſi, in fine. ff. quibus ex cauſſis in poſſeſſionẽ eatur, l. hoc autem, §. primo. ff. de bonis liber. l. vlti. primo reſponſo, in fine, & l. tertia, §. ſi capitis. ff. de rebus eorum qui ſub tutel. vel cura. ſunt. l. magis puto, §. in primis. in tit. hic incip. conſuetud. reg. §. aliena tio. argu. infrà eodem, §. præterea. in tit. ſi de feu. vaſall. fuerit interpella. §. Titius filios. in titu. qualiter iura. debe. vaſall. §. donare, in fin. §. è contrariò. in tit. nouum non paternum, §. quidam. in titu. de ſucceſ. feud. §. primo. argu. C communi diuidun l. j. in fine. argu. contra. ff. de dolo, l. filius. ff. de adoptio. l. cùm adopt. C. de nuptijs, l. vidua intra, in fine. Sed facta reuocatione, agnatus contra emptorem, nunquid iure proprio habebit, an recognoſcet à priori domino an ab emptore? reſpondeo, videtur quòd iure proprio, cùm dominus ſit priuatus ſuo iure per conſen-

ſenſum. & ad hoc facit quod notatum eſt ſuprà eadem ſumma, §. ſi non conſenſu domini. Vel dic quòd debet recognoſcere à priori domino, & non inuitus ab emptore, niſi in defectũ domini, vt in priſtinam cauſſam reducatur, vt argu. ff. de iure dotium. l. ſi is qui, in fin. & in titu. hic incipi. conſuetud. reg. §. qui ab eodem. argu. ff. de fideicom. liber. l. ſi hæres. et ad hoc inquire argumenta quæ notaui infrà eadẽ ſumma, §. ſed quæri poteſt ſi coactus, & §. merito. Ergo & ſi vaſallus ſine conſenſu agnatorum in dominum tranſtulit, mortuo vaſallo ſine hærede, agnati reuocant à domino, vt in titulo de capitu. extraordi. §. beneficium paternum, & §. ſi alter ex fratribus. Reuocant etiam à creditoribus vaſalli, ſi iam ceſſerat bonis, vel fraudis debiti erat ſuſpectus, vt in ti. de feu. & bene. §. conſtitutiones, c. ceſſionem. Et ſolus defectus facultatum facit eum ſuſpectum, vt ff. de priuilegijs creditorum, l. ſi creditores.

CAPVT CVII.

Vtrum putentur agnati conſentire, ſi taceant per annum.

IDem etiam reputatur, ſi per annum taceant agnati, ac ſi conſenſiſſent, vt in titu. ſi de feu. vaſal. fuerit interpella. §. Titius filios, & infrà eodẽ §. præterea. in titu. qualiter iura. debe. vaſall. §. donare. & in Lombar. de eo qui poſt deleg. l. j. & de his qui ob cauſ. l. prima in Auten. vt cùm de appella. cog. §. generale. Sed aliàs vbi in prolixo tempore

pore decennij poſſent quæri. ſi tacuerunt, palam eſt eos noluiſſe, vt in Auten. de tempo. non ſolu. pecu. §. primo. Veruntamen vbi agnati non conſenſerunt, nec per annum tacuerunt ex quo ſciuerunt, tũc decedente vaſallo ſine liberis, reuertetur ad agnatos, (vt in tit. de ſucceſ. feud. §. primo) & ſine precio: aliud ſi cum hærede, quia tunc habent neceſſe preciũ offerre, vt in tit. ſi de feu. vaſal. fuerit interpel. §. Titius filios. Hæredes enim vaſalli non reuocant, ſicut nec ipſe vaſallus, vt arg. ff. de oper. liber. l. Iulianus, primo reſpõ. & arg. ff. de legatis, j l. filius, §. cum pater. arg. ff. de legatis. j. l. vnum ex fa. §. primo, in fin. & §. ſecundo. Idem eſt vbi vaſallus conceſſit vni agñato poſteriori, & vaſallus decedat ſine liberis, agnatus anterior recuperare poterit, vt in ſæpè dicto §. Titius filios, vt in tit. de capitu. extraordi. §. alter ex fratribus. Idem vbi ſponte concedit, & iam bonis ceſſerat, vel debitor erat fraudis ſuſpectus, vt in tit. de feud. & benefi. conſtitutio. c. ceſſionem. Sed videtur quòd fallat in caſu, vt in tit qualiter iudic. feud. ſit ex. in prin. & in tit. de feu. & benefi. l. quicunq; igitur, § ſi quis ſine filio.

CAPVT CVIII.

Vtrum agnatus faciens pactũ, quod nõ petet ab eo, nec ab eius hæredibus, & ab eo cui dederit, ſi vaſallus poſſidens decedat ſine liberis, ſuccedat.

SI verò agnatus pactum faciat quod non petet ab eo nec ab eius hæredibus vel ab eo cui dederit, & vaſallus poſsidens decedat ſine filijs, nihilominus agnatus, qui pactum fecit, poterit ſuccedere cum alio agnato non obſtante pacto, niſi feudum omninò refutauerit, vel eo animo, vt vaſallus de nouo inueſtiretur: tunc repellitur ab alio agnato, qui pactum non fecit, vel non refutauit: in tit. ſi de feud. vaſal. fuerit interpel. §. vltimo. in tit. hic incip. conſuetu. reg. §. vlt. argu. ff. de bonis liber. l. tertia, §. ſi capitis. ff. de aſsigna. libe. l. prima, §. primo, in fine. §. ſed ſi is argu. ff. qui potio. in pig. l. creditor, §. ſi tecum. ff. quibus modis pig. vel hypothe. ſolui. l. Paulus, primo reſpõſo. facit etiam ad hoc quod notatum eſt infrà in ſumma de ſucceſ. feu §. aſcendẽtes, in fine, & infrà in ſumma, nouũ non paternũ. §. vltim. Vbi autem vaſallus, qui alienat, plures habet agnatos, ſed quidem omnes conſentiunt, vel omnes alienant, non poteſt aliquis eorũ venire contra, & capiet effectum conſenſus tunc demum, cùm vltimus conſenſerit: arg. ff. de ædili. edic. l. quæritur, §. vltimo. C. de rebus creditis, & iureiuran. l. ſi quis, iuſiurandum. arg. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l. per fundum. ff. communia prædi. l. vltima. in tit. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula. §. ſi contigerit. C. de fideicom. l. quotiens. ff. de legatis. ij. cùm pater. §. libertis, in verſ. alioquin. Nam poſſunt ad inuicem remittere ius ſuccedendi. vt C. de pactis, l. prima. C. de tranſactionibus. l. de fideicom. ff. de verb. obli.

qui

qui Romæ, in fine. Si verò quidam agnati conſenſerunt & quidam non, conſentientes non poterunt venire contra: non conſentientes, retractabunt inſolidum forte. Iniquum enim eſſet voluntate vnius fortè ex modica portione ſocijs cæteris præiudicari, vt arg. ff. de aqua pluui. arcen. l. ſin autem poſſeſ. arg. ff. de ſerui. ruſti. prædi. l. per fundum. ff. communia præd. l. ſi quis duas, §. vlti. ff. de iniurijs, l. ſed ſi vnius, in principio. ff. de bonis liber. l. cum libert. l. Iul. § plane. ff. de euicti. l. ſi quis fundum. ff. de legatis ſecundo, l. cùm pater, §. libertis. arg. ff. de magi. conue. l. prima, primo reſponſo. ff. mandati, l. ſi pendente, §. primo. ff. quorum leg. l. prima, §. ſi alter ex hæredibus. ff. de ſeparatio. l. prima, §. quæſitum. vel pro parte, quod dic vt proximè notaui §. ſi tamen plures hæredes, & §. vbi verò eſt vaſallus alicuius, & §. vbi plures. Et infrà in ſumma de feu. ſucceſ. §. ſed quæritur an teneatur cuilibet inſolidum.

CAPVT CIX.

Vtrum vaſallus poſſit transferre feudum in agnatos domini ſine conſenſu domini.

ET quod ſuprà dictũ eſt quòd vaſallus non poteſt alienare ſine conſenſu domini, ſubaudias extraneis. Agnatis enim poteſt etiã nõ cõſentiente domino, quia tũc non dicitur alienatio, vt in Auten. de litig. §. primo. & in titul. hic incip. cõſuetud. reg. c. lex Corradi, §. alienatio. in titul. de

content.feud.§.penultimo, in fine.intitul.explicit liber primus, §.noui verò: quia licèt prohibeatur extraneis,non tamen coniunctis.argument. C. de fideicommiſſ l.voluntate.ff.de legatis tertio, l. pater, §. quindecim, & §. idem quæ ſunt. argument.in Autent. de non alienan. §. ſancimus, in fine. in Autent. constitut. quæ ex aſſcrip. §. primo.argument.ff.ſi quid in fraudem patron.l.j. §. primo, in fine,& l.viuus.C.de imponenda lucra. deſcriptio. l.prima,primo reſponſo,& §.cæteri.ff.de publi.vectigal. & commiſſ. l. licitatio, §.ſocij.ff. de tranſactionibus,l.cùm hi,§.ſi vni.in Autent. de aliena. & emphyteu §.œconomus.ff. de rebus eorum qui ſub tutela vel cura.ſunt. l. ſi pupillorum,in princi-pio. Nam & aliàs ratione cognationis conceditur, quod aliàs non concederetur. argument. ff. de pactis, l.imperator. ff. de priuileg. creditorum, l. prima. ff. de legatis primo, l.ſi domus,§.ſi pecunia, in fine.ff.de contrahen.emptio.l. qui officij. ff. de minorib.l.ſi emptio.argument. C.de agri.& man.do. l. vltima, lib. xj. C. non licere metro. l.prima,lib. xj argumen. C.de contrahen.emp.l.dudum. C. de dona.l.lata.

CAPVT CX.

Vtrum vaſallus poſſit alienare feudum ſine conſenſu domini,ſi habet per pactum à domino.

Eſt

EST & alius caſus vbi alienare poteſt ſine conſenſu domini, ſcilicet vbi ab initio actum eſt vt ipſe vaſallus alienare poſſit ſine conſenſu domini: (vt in tit. ſi de feud. vaſal. fuerit interpel. § feudum. in titul. hic incipi. conſuetud. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſi quis ea lege. argument. ff. de euictio. l. hæres tuus, in principio. argument. C. de pigno. l. tertia. in Inſtitu. quibus aliena. licet vel non, §. contra autem) nec proderit domino ſi poſteà pœniteat de conſenſu & contradicat, cùm hic in contractu interuenerit: vnde non poteſt poſteà mutare cũ iniuria alterius: (argument. ff. de actionib. & obligationib. l. prima, & l. ſicut. ff. de diuerſ. & tempor. præſcrip. l. de acceſſionibus, in fine. ff. quorum lega. l. prima, §. prodeſt, in fine. argument. ff de ſolutio. l. verò, §. primo. ff. de regul. iur. l. nemo poteſt) vel pœnitere poteſt re integra certificando vaſallum: ſecus ſi alligatus eſſet iam ad vendendum. argum. ff. de public. actio. l. ſi quis probibuit. ff. de condictio. ob cauſſam, l. ſi pecuniam, §. primo. ff. quod iuſſu, l. prima, §. ſed ego. ff. de ſolutio. l. cum quis ſibi, §. primo. ff. de acquiren. hæredi. l. ſi quis, §. ſed ſi poſteà. Nec ſufficit mutare voluntatem ſine certiora tione: nam tunc non erit verum nolente domino alienatum, vt argument. ff. de manumiſſ. vindic. l. quarta, primo reſponſo, in fine. & argument. ff. de verbo. obliga. l. ſi quis ſtipulatus, primo reſponſo, in fi. & l. eum qui certarum, §. primo. ff. ſolu. matrim. l. ſi cùm dotem, §. eo tempore. argumen. contra. C.

de tranſactio.l.quamuis.ff.quorum leg. l. prima,§. prodeſt.in Inſtitu.de rerum.diuiſi.§. ius alienum, & §.ſiue autē. Idem euidenter debet apparere de pœnitentia, nam in obſcuro non prodeſt pœnituiſſe. Item poſt pœnitentiam poteſt deſinere pœnitere, vt argu.ff.de donatio.inter virum & vxorem.l. cùm hic,§.pœnitentiam.Item eſt & alius caſus,vt notaui infrà eadem ſumma,§. vaſallus tamen peritus. Si tamen plures agnatos habet,& concedat vni vel pluribus,vel vendat in fraudem aliorum agnatorum,poteſt reuocari.ff.quæ in fraud. credito. l. ait prætor,§.ſciendum,& l. cùm inuentus. argumentum in Auten.de non eligen.ſecundò nuben.§.proſpeximus,§.colligentes.& in tit.ſi de feu. vaſal.fuerit interpell.§.Titius filios.arg.contra C.de impu.et ali.ſubſti.l.humanitatis.ff.de aſsigna.liber.l.prima in Inſtitu.de aſsigna.liber.in tit.ſi de feu. vaſal.fuerit interpel.§.omnes filij.ff.de lega.ſecund.l. vnum ex fa.in princip.§.primo,& §.ſi duos.ff.de lega. iij, l.is qui.l.pater,§.quindecim,& §.idem. Nam verum eſt in familia reliquiſſe cùm vni reliquerit.argu.ff.de lega.primo,l.filius,§.penultimo.ff.de legat. ſecundò.l.vnum ex fa.§.primo. & addas argumenta infrà eadem ſumma,§.pro anima.

CAPVT CXI.

Vtrum vaſallus poſſit vendere feudum ſuo conuaſallo ſine conſenſu domini,non agnato.

Sed

SEd quæritur nunquid vaſallus poſsit vendere ſuo conuaſallo non agnato? dic quòd ſic, & ad hoc conſidera. argumenta notàta ſuprà proximo §. & quod ſuprà dictum eſt, & ſuprà eadem ſumma, §. quæri poteſt an vaſallus ſi occidat, & argu. ff. de public. l. licitatio. §. ſocij. C. de caſtrenſi pecu. l. cùm allegas. C. ſi liberalita. l. imperialis, l. prima. C. quando & à quibus quar. pars. l. ſecunda, §. vltimo. C. de naturalibus liber. l. communium. in Auten. quibus modis naturales, §. ſi quis autem. in Auten. de donatio. à curia. §. primo, & §. ſecundo. C. de imponen. lucra. deſcriptio. l. prima, §. cæteri. Nam & coniunctus in aſsignatione liberti præfertur filijs cõiuncti, vt ff de aſsigna. liber. l. vtrum: hoc tamen non vidi aliquo loco obtinere. Sed nunquid retinebit emptor in feudum à priori domino cùm vaſallus vendidit voluntate domini? Reſpondeo, emptor ſe defendat dicendo dominum remiſiſſe videri ius ſuum, & vaſallum ſuum, vt in tit. qualiter iura. debe. vaſal. §. donare. arg. C. de remiſ. pigno. l. creditori, §. ſi tecum. & ff. de operis libert. l. ſi cum patronus, in princip. ff. de exceptio. doli, l. apud, §. quæſitum eſt ſi cum. C. de bonis liber. l. ſecunda. ff. de aqua pluui. arcenda. l. in diem, in fine. & argum. C de locati. prædi. ciuili. l. vltima, §. ſancimus quia. C. de fideicommiſ. l. quotiens ab omnibus. argum. in tit. extrà de donatio. c. paſtoralis. argum. ff. de legatis primo, l. nihil, §. omnibus. ſimilia etiam notantur in ſumma, in tit. de ſucceſ. feu. §.

& qđ dictũ eſt, & §.circa hoc. Nã quodãmodo videtur alienare dominus, cũ alienãti vaſal. cõſentit, (arg.ff.de donatio.l.in ædib.§.ꝙ ſi filius.ff.ſolu.matrimo.l.& deſunt) alioquin idẽ ius reſeruaretur agnatis conſentientibus. Et quod dictũ eſt, ꝙ dominus videtur ſuũ ius remiſiſſe, excipias, niſi dominus dixiſſet ſaluo iure feudi, (vt arg ff. qbus modis pig. vel hypothe.ſolui.l.ſi debitor, §.primo. C.de his qui ſpõ.mune.ſubeũt, l.prima, in fi.ff.ad l.Aquil.l.ſi ſeruus ſeruũ, §.ſi calicẽ.ff.de bonis liber.l.ſi pater exhæredato) vel niſi vaſallus vendidiſſet eo pacto, vt emptor à domino in feudũ retineat, (vt in tit. hic inci. conſuet.reg.c.hæc ſunt capitula, §.ſi quis ea lege. & arg.ff.de pignora.actio.l.ſi cùm vẽderet, primo reſpõ.ff.loca.& conduc.l.ſi merces, §.j.pro emptore etiã facit.in tit.ſi de feud.vaſal.fuerit interp.§. feu. in tit.hic incipi.conſuetu.reg.§.ſi quis ea lege. Ad idem etiam ſunt argumenta infrà eadẽ ſumma proxima, §.ſed quæri poteſt ſi coactus) videtur tamen quòd vaſallus amplius fidelitatem non faciat, nec pecuniam in feudum redigat, vel cambium det, niſi dominus ea mẽte conſenſerit. arg.ff.de legat.ſecundo.l.penult.§.primo.ff.de annuis legat.l.liber.primo reſpon ff.de vſufru.lega.l.fundi.arg.in titu. de feu.& benefi.c.inſinuatione.ſed pro domino facit. vt lega.vel fideicom.nomine ca.l.poſtquam, in fi. in titul. qualiter iura.debe. vaſall.§.ſi verò vel toto, in fine argum.ff ſolu.matrimo.l.vſufructu, & l.ſi conſtante, §.ſi vir, & l.quòd ſi vir, §.ſi verò.argu. ff de

iure dotium,l.vltim.ff.de pactis dotali.l.j.primo re ſponſo.argu.ff. vſufructua. quemadmodum caue. l.omnes,§.vltimo.ff.loca. & conduc.l.qui feudum. Quia non videtur conſenſiſſe,niſi vt vaſallus ius ſuũ vendat,quod facere non poterat ſine eius conſenſu. Sed ius proprium non videtur remiſiſſe: ad idem vi detur quod facere non poterat,vt dicitur in emphy teutico iure.arg.C.de iure emphyteutico,l. vltima. Nam videtur vaſallum tantùm ius ſuum vendi- diſſe,& non ipſam rem,vt argu.ff.de legatis primo, l.ſi domus,§.vltimo,& l.apud Iulianum,§.primo, l.ſenatus,§.vltimo,l.ſeruo legato,§.ſi fundus, & l.ſi ſeruus Titij.argumen.ff.de l.iij. l.Iul.primo reſpon- ſo.ff.de contrahen.emptio l.qui tabernas.ff.de ope- ris liberto.l.ſicut patronus liber.l.quod ex liberta. in fine.C.de loca. prædi. ciui.l.vltima, §.ſanè quia. Vnde videtur quòd vaſallus debeat precium feudi in eadem cauſſa retinere,vel ipſam rem,ſi velit,da- ta ipſi vaſallo electione.argumen.ff.de legatis j.l.ſi feudum per fideicommiſ.primo reſponſo. C.de rei vendicatione,l.mater.ff.de legatis ſecundo,l.Titia, §. Lucia,l.codicillus, §.primo, & l.vltima,§.qua- tuor,& §.vltimo.argumen.ff.de pactis dotalib.l.vl tima,primo reſponſo.Vel dominus videtur remiſiſſe ius reale,ſed non perſonale,vel perſonalia ſeruitia. argumen. ff.quibus modis pig.vel hypothe.ſolui.l. Lucius. Reuertamur ad propoſitam materiam, ſcilicet ad contractus prohibitos,qui ſub alienatione continẽtur.Et certè prohibetur venditio,vt in titu.

de feud & beneſi.l.imperialis,§.primo: & l. imperialem, §. primo licèt argumentum ſit in contrarium de militia, quæ poteſt vendi, vt notaui in ſumma ſuprà, quibus modis feud. acquiri.§. iure enim Romano. Nam verbo alienationis continetur venditio largo modo, vt in Autent. de non alienan. aut permutan. §. ius alienationis.& ſub verbo alienationis continetur omnis alienatio, vt ff.de ſtatu.liber.l.ſtatu liberi,§.vltimo.et l.ſi ſtatu liberi,§.primo in titulo hic incipi.conſuetud. reg. c.hæc ſunt capitula,§.& quod dicitur de venditione.Stricto tamen modo non continetur, quia alienatum propriè dicitur,ſi dominium eſt translatum:vẽditum dicitur, etiamſi non ſit translatum, vt ff.de verbor.ſigni.l.alienatum,& l.habere.

CAPVT CXII.

Vtrum vaſallus poſſit vendere ius percipiendi fructus impunè ſine conſenſu domini.

ITem quæritur an poſſit vendere ius percipiendi fructus impunè? credo quòd ſic,& ad hæredem tranſmittit qui accipit, & ſeruire domino non tenetur,ſed vaſallus.argumen.ff.de legatis tertio.l. qui concubinam,§.qui ortos.ff. de legatis ſecundo, l.penultima,§.inſtituto. ff.ad l. Iul.de adulte.l.ſi poſtulauerit,§.iubet lex ff.vſufruct.lega. l.prima, & l.fundi Trebatiani.ff.de annu.lega. l.liberto. primo reſponſo.ff.ſolu.matrimo.l. vſufruct. C.de legi.l.

CAPVT CXXXV.

Vtrum prohibeatur feudū compēſare.

NEc compenſare poteſt, vt argumen. ff. de liberali cauſſa, l. in tantum, & l. vel permutauit. ff. rem ra. habe. l. quo enim, §. vlt. & l. amplius, in Authen. de non ali. vel perm. reb. Eccleſi. §. hoc nos, in fi. Nam & dediſſe intelligendus is, qui compenſauit, vt ff. de libera. cauſſa, l. in tantum, & l. vel permutatur. ff. de verbo ſigni. l. dediſſe. Tranſigere verò poteſt dummodo fraudulenter factum nō ſit, vt in titu. ſi de feud. vaſal. fue. interpell. §. ſi vaſallus de beneficio: quod puto verum ſi fiat de re dubia, & hoc idem in ſacramenti delatione, (vt argu. C. de tranſac. l. præſes prouinciæ. ff. de iureiur. l. tuto. pupilli. j. reſpō.) & tunc quod per tranſactionem acceperit non erit feudum, nec pro feudo tenebit: qa non tanquam vaſallus, ſed beneficio tranſactionis habet, vt in tit. ſi de feudo vaſ. fue. interpell. §. ſi vaſallus de beneficio. argumen. ff. de tranſac. l. iij. in fi. argumen. de lega. iij. l. ſed & ſi ſic, §. j. ff. ad Trebel. Senatusconſul. l. debitor, §. vlti. ff. ad l. Fal. l. iij. in fine. Item nec poteſt dare in ſolutum, quia habetur loco venditionis, (vt ff. quibus ex cauſ. in poſ. ea. l. vlti. C. de euict. l. iiij. ff. de doli mali excep. l. apud, §. ſi quis autem. ff. de leg. j. l. ſenatus, in prin.) ſed ſi promittat tantùm quòd dabit in ſolutum, tunc nō amittit,

uit: quia licèt promiſerit, non tamen traditio interue nit, ſed tamen ſatis erit ad ſui liberationem vt debi tum quantitatem præſtet. argumen. ff. de ſolu. l. quã uis ſtipulante, j. reſp. argumen. ff. de furt. l. ſi is qui. Nam & qui promittit ſe curaturum vt x. Titio de tur, non poteſt conueniri ad decem, quia poteſt libe rari dando reum locupletem, vt ff. de verbo. obliga. l. iſta ſtipulatio, §. j. ff. ſi cer. peta. l. vlti. §. vlt. Simile dicitur in ſeruitute quam non poteſt conſtituere q̃s, nec conſtituit niſi qui habet prædium, vt in Inſtitut. de ſerui. §. ideo autem: promittere tamen poteſt & ſtipulari, vt ff. famil. erciſcun. l. hæredes, §. contrà ſi promiſſor. ff. de verbo. obliga. l. æſtimo. argumen. con tra. ff. de ſerui. l. pro parte. ff. de verbo. obliga. l. ſi ita quis, §. vlti. l. pluribus, §. vlti. Nam alienare qui non poteſt, nec promittere. argumen. ff. de rebus eorum qui ſub tutela, l magis puto, §. ſi pupillus ff. ſi quid in fraudem patro. l. j. §. ſi mutuam. Nam tantùm ab altero habere videtur, quãtum alij præſtaturus eſt, (vt ff. de neg. geſt. l. ſi quis mandato, in fin. ff. de leg. j. l. planè, §. quòd ſi rem) & non videtur intereſſe ſit aliquid traditum vel promiſſum: quia, quod pro miſſum eſt, etiam loco æris alieni habetur. argumen. ff. qui potio. in pigno. habean. l. j. ff. de collati. dot. l. vl ti. ff. ad Trebell. Senatusconſul. l. à filia, & l. Luci us, §. idem quæſiuit. Si verò promittat dare in ſolu tum & tradat, tunc puto quòd amittat: (argumen. ff. de pigno. act. l. Titius cum creditorem) quia emp tori ſimilis eſt is qui accepit. argumen. ff. quib. cauſ. in poſſeſ. ea. l. vlt. Sed

Sed conſueuit quæri ſi vaſallus committat aliquam culpam contra dominum, ita vt poſsit iuſtè à feudo remoueri, & in vita ſua non fuerit dominus conqueſtus, an filius poſsit conqueri? reſpõdeo quòd non, (vt in titu. de feud. et bene. l. quicunque igitur, j. reſpon. ff. qui ſine manu. l. iij. in fi. j. reſpon. C. de reuocã. dona. l. j. & vlt. C. de reſti. milit. l. quæ à patre. ff. de proba. l. procula. ff. de accu. & inſcri. l. diui. ff. ad Senatuscõ. Syllani. l. j. §. vlt. ff. de in ius vocan. l. penul. in titu. extrà qui filij ſint legi. c. cauſſam) & hoc cum certum eſt dominum quondam litem conteſtatum non fuiſſe, nec ad animum reuocaſſe: cæterùm ſi ad animũ reuocauit, & litem fuit cõteſtatus, tunc filius benè poteſt conqueri de vaſallo, (argum. ff. de iniur. l. iniuriarum actio, ij. reſpon. argum. ff. de dona. inter virum & vxo. l. cum hic ſtatus, §. j. et ij.) & ſi de hoc dubitetur, filius agere nõ poterit, arg. d. l. Et quod dictum eſt quòd filius vel hæres domini non poteſt conqueri de culpa vaſalli commiſſa in dominũ ſi dominus non eſt cõqueſtus, intelligas cùm dominus habuerit facultatem conquerendi: alioquin hæres, vel filius domini, vel ſucceſſor poterit cõqueri de vaſallo. & ad hoc faciunt iura notata ſuprà ead. ſumma, §. amittit autem quis feudũ ſi dominũ interfecerit. Item & ſi potuit remouere vaſallum dominus & non remouit, eo mortuo non remouebit filium: (argumen. in t. tu. de feu. & benefi. l. quicunque igitur, j. reſpon. & argumen. ff. de publi. l. fi. §. pen. C. de decuri. l. ſi ille. argumen. ff. de decurio. l. ij.

§. nullum

§.nullum.ff.de accu. & inſcriptio.l.ex iudiciorum. C.ſi reus vel accu.mor.l.ij.& l defunctis, & l.vlti. ff.de re mili.l.milites probi.§.j.ff.de ſena.l.emanci pat ff.de in ius voc.l.in eum) maximè ſi filius vel hæres purget innocentiam defuncti, quam purgare poteſt. Nam hæredis ſemper intereſt defuncti æſtimationem purgare, vt argumen.ff.de iure fiſ.l.res quæ, in prin.ff.ad l.Iuliam maie.l.vlt.ff.de acqui. hære. l.Pannonius,§.rei.ff.de iniur.l.j.§.quotiēs. ſimilia notaui ſuprà eadem ſumma,§.item ſi vaſallus vaſal li,§.item ſi filius vaſalli.argum. contra.in tit.extra qui filij ſint legi.c. cauſſam, in fin. & C.de inoffi.teſta.l.ſi quis filium, §.ſed nos.ff. de publi l.fraudare, & l.commiſſa. Nam in vtroque caſu tacitè offenſa intelligitur remiſſa, & ſiue expreſsè remittatur offenſa vaſallo, non eſt neceſſaria noua inueſtitura. argument.ff. de rei vendica. l.ſi à Titio, in princip. ff.de milit.teſtamen.l.in fraudem, §.j. & alia etiam quàmplurima argumenta notaui ad hoc infrà in ſumma de conten.feudi,§.ſi tamē, & ſuprà proxima ſumma,§.ſed quæritur nunquid fecit,§.aliquādo, in eod.§.illud, in fi. De vaſallo autē an poſſit feudū in feudū dare ea ratione, hic omitto, q̃a plenè tractaui ſuprà tit.proxi.§. verūtamen fallit in vaſallo.

Vltimo loco attendo quandam regulā generalem, vt dicatur quòd vaſallus amittat feudum ſi cōtra ea fecerit quæ in fidelitate nominantur, vt in tit. de capi.extraord.§.dominus autem.in titu.de feud.& bene.l.de militum.j.reſpon.quæ autem ſint, notantur

tur in ſumma inf. qualiter iura. debe. vaſal. §. iurāt. Nam indignus eſt beneficio, qui per ſuum vitium ſe monſtrauit indignū, (vt C. de his quib. vt indig. l. penul. §. j.) vel cum cœperit obſequia negligere, vt arg. C. de reuo. dona. l. j. vel ſi committit tales cauſſas contra dominum, quas ſi committeret filius contra patrē, legitimè poſſet exhæredari: vel ſi contra donatarium donatio poſſet reuocari, vel matrimoniū diſſolui, vel ſi contra patronum libertus poſſet in ſeruitutem redigi. Nam quæ de libertis leguntur in legibus, & ex regni conſuetudine in vaſallis ab omnibus obſeruantur, vt dicit Io. in ſumma, quib. mod. quis poſsit ab accu. repelli in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & argument. in decret. xij. q ij. longinquitate. in titu. hic incip. conſue. regn. c. hæc ſunt capitula, in prin. Idem notat Azo in ſolutione brocardi, quod quis poſsit feudo renunciare, in generali de feu. ſeu beneficijs. Quæ aūt ſint cauſſæ ex quibus filius poſſet exhæredari ſi committat contra patrem, connumerantur in Authen. vt cum de appell. cognoſci. §. cauſſas. in Lombar. de ſuc. l. nulli. li. Cauſſæ autem reuocandæ donationis ſunt C. de reuo. donati. l. j. & vltim. in Authen. vt liber. l. de cætero, §. j. in Lomb. de dona. quæ cum thinga. vel lanechil. l. iij. Cauſſæ matrimonij diſſoluēdi ſunt C. de repu. l. conſenſu, & in Authent. ibi ſignata. Cauſſæ ingratitudinis liberti ſunt C. de ingrat. liber. l. j. & iij. C. de liber. & eorum lib. l. ij. iij. & vltim. C. qui petant. tu. l. ij. in Authen. vt liberti de cætero, §. j. ff. de

de aſsig.libe.l.alimenta.ff.de offi.præfec.vrbal.j.§.cum patronus.ff.de iure patron.l.ingratus.& quòd iſtis de cauſsis feudum amittatur, probatur in titu. in quibus ca.feu.amit.§.prima autē. Item pro omni alia conſimili cauſſa,vel maiori, vt in fi.illius §.prima autem.in titu.qualiter vſus bene.ſit tenendus,§.ſi valuaſores.& argu ff.de tranſact.l.cū hi,§.cauſſæ,in fi.ff.vnde vi,l.j.§.quod vulgo.ff.de manu.vindict.l. etiam,§.j.in fi.arg.ff.de teſti.l.ij.& iij. argumen.ff.de interro. act.l.pen. ff.de iure delibe. l.ait prætor,§.vlti.argumen.ff.de fun.inſtru.l. inſtrumēta, §.j.in fin.ff.de muner ib.& hono.l.j.argumen.ff. quib.ex cau.maio,l.j.in fi. & l.ſed ſi per prætorem, §.item quid.ſimilia notaui ſuprà eodem §.quid ſi domini,in fi. Illud tamen ſciendum eſt,quòd ad hoc, vt vaſallus amittat feudum, debet culpa eſſe cognita & conuicta iudicio parium,aliàs non amittit,(vt in tit.qualiter vſus ben.ſit tenen.§.ſancimus vt nemo,inf.tit.j.in prin in tit.de cap.extraor.§.quoniā de fidelitate. in titu.de feud. & bene.l.quicunque igitur,§.nos ita,& §.hæc etiam præcipimus, §.nemo miles eijciatur, & l.de militum,in fi.& l.in nomine ſanctæ,j.reſpon.in fi.& l.ſi duo, §.quicunq;.in titul. de pace tenen.l.quoniam diuina,§. quicunque.argumen.in titu.extrà de reſti.ſpo. c. conquerente. et titul.de eo qui cogno. conſan.c. diſcretionem, in fin. c.& tit.de conſtitu.cognoſcens.in decre.lvj.diſt.c. ſatis peruerſum. & xvj.q.vlt.c. inuentum) etiamſi feuda ſint ſcutiferorum, dum tamen ſeruiant, vt in

titu. de cap.extraor.§. feuda ſcutiferorum. in Lõbar.qualiter cũ.phar.ſua.l.j.§.j.niſi id q̃d datur nomine gaſtaldiæ, vel guardiæ, vel in conſimilibus. Nã illud poſt annum aufertur quandocunque vel ablata gaſtaldia, & precio dato non reſtituto, nec certum tempus adiectum ſit, vt in tit.de cap.extraor. §.vnum quidem. Non minus poterat etiam auferri quandoque, quando minores dabant in feudum minimis, niſi quando eiſdem datum eſt precium: quo caſu non poterat auferri, niſi precio reddito, vel quando minimus iuit cum domino Romam in hoſtem, vel niſi emerint feudum tale, tunc enim feudum poteſt ſine culpa auferri. Moderni tamen ſubtiliori ratione dicunt idẽ in minimis quod in maioribus, vt ſine culpa non poſſit auferri, vt in titul. qualiter iudi.feud.ſit ex.§.ſi minores, ſuprà, l. j. §. notandum, §.idem.in titu.de natura feu.in fin.

Item ſine culpa amittitur, ſecundum Sy. quod eſt valdè notandum: putà vbi dominus dedit in feudum allodium ſuum, & poſteà id contulit alicui Eccleſiæ, vel per oblationem fidelium, vel per contractum emptionis & venditionis, vel per alium contractum: quoniam vaſallus non poterit tunc illud feudum retinere, niſi per gratiam illud ab Eccleſia recuperet tanquam nouum, vt in tit.de feud.& beneſi.l.ad hoc, §. j.ſed in alienatione feudi, non dicitur feudum amiſſum ipſo iure, cùm venditio non valeat. Nam quæ in fraudem legis fiunt, ipſo iure reſcinduntur, vt ff. de condi. & demon.hoc modo, vt

dire-

directo dominus contra emptorem agere poſsit, vt in titu. de feud. & bene. l. imperialem, §. imperator, & l. ad hoc qui allodium, in prin. cùm directo ſit dominus. Obſtat tamen prædictis, §. hæc etiam præcipimus: niſi vaſallus iurauerit quòd ignorans fecit, & emptor potius vult vaſallo reſtituere quàm domino, vt in titul. hic inci. con. re. c. & hæc ſunt capitula, §. domino cum emptore. & ſufficiet ſi conuincatur vna de ſuperioribus nominatis culpis, vt in tit. qualiter vſus be. ſit te. §. ſi quis ex militum. argu ff. de excu. tu. § qui autem, in Authẽ. vt cum de appel cog. §. ſiue omnes igitur, in prin. §. ſi tales, in prin. in Authen. de nup. §. Theodoſius, in fi. et §. rurſus in fi. §. ſi quis autem. argu. tamẽ eſt quòd omnes cauſſas debet proponere & probare. argu. ff. de iniur. l. prætor. edic. §. ſi mihi. C. de prædijs curialium. l. j. li. x. & debet culpa eſſe talis, quæ fuerit interpoſita poſtquam fuit vaſallus. Nam de anteriori culpa nõ accuſatur: (argu. ff. de bonis liber. l. vlti. ff. de ſuſpec. tut. l. iij. §. nũc videamus ff. de arbi. l. & ſi qua alia. C. de teſti. l. ſi quis in teſtibus) quia videtur remiſſa dando in feudũ. argu. ff. de excuſa. tuto. l. ſingulari, §. donat. & ſimiliter ſi cum amore ſteterit cũ vaſallo, vt in tit. de feu. et benefi. l. quoniam inter, et argu. ff. ad l. Iul. de adul l ſi vxor, §. vlt. et faciũt ad hoc q̃ notaui in ſumma ſuprà tit. proxi. §. aliquãdo, in fi. § ſed quæritur nunq̃d frater, et ſuprà eod. § ſed pone, et §. itẽ ſi potuit, in fi. Fallit tamẽ in filio vaſalli, q offendit dominũ anteq̃ ad eũ feudũ perueniret, de

quo plenius notaui ſuprà ead. ſumma, §. ſi filius vaſ.

Item ſciendum eſt quòd, vbi vaſallus amittit feudum, quandoque reuertitur ad dominum, quandoque ad agnatos: vnde circa hoc ita diſtingui poteſt, cùm vaſallus feudo cadit aut priuatur feudo propter ingratitudinē delicti, aut propter ingratitudinem contractus. Si propter ingratitudinē delicti, aut delinquit in dominum, aut extraneum. Si in dominum, ad ipſum dominum reuertitur, vnde habeat hanc ſuæ iniuriæ vltionem, vt de cætero ipſum vaſallum vel hæredes eius non poſſit reſtituere: ſi verò in alium delinquit, tunc ad agnatos: (vt in tit. in quib. cau. feud. amitt. §. deniq; quæſitum. in tit. hic inci. cōſue reg. l. lex Corradi, §. ſi quis interfecerit. in titu. de feud. & bene. c. ad aures. c. in quibuſdā ad hoc etiam facit quod notatum eſt in ſumma ſuprà tit. j. §. ſed pone quod vaſallus:) & hic eſt caſus vbi filij, licèt ꝓximiores, repelluntur, & vltimiores agnati admittuntur, vt in titul. ſi de feud. vaſall. fue. inter. §. ſi vaſallus culpam. in titul. hic inci. conſ. reg. c j. §. vaſalli feudum. Nam vaſallus delinquendo ſibi & liberis ſuis præiudicat, licèt præiudicare non poſſit cohæredibus domini. argumen. ff. de bon. liber. l iij. §. ſi capitis libertum, l. Iul. j. reſpon. & §. j. argumē. ff. de operis liber. l. vlti. ff. de aſsign. liber. l. j. §. ſed ſi is. ff. de lega. j. l. filius, §. cùm pater. ff. de lega. ij l. vnū ex, §. j. in fi. §. ij. et facit ad hoc in ſumma, §. item amittit feudum. Nec intelligitur hic ꝙ mors delinquentis expectetur, ſed ſtatim vendica-

bunt

bunt agnati: ſed expreſsim videtur dicẽdum, quòd, vbi culpâ vaſalli aufertur ei feudum, ſiue deliquerit contra dominum ſiue aliàs, quòd viuente vaſallo delinquente & eius filijs maſculis, ad quos aliàs deberet pertinere, ad dominum debet peruenire, ſed cohæredibus non præiudicat, niſi ad tempus dum delinquens & eius filij ſuperſunt: (vt in titu de cap. extraor. §. beneficium paternum, §. cum feudo, §. ſi alter, §. vaſallus habens, §. quoddam ſatis benefi. in titu. qualiter iura. debe. vaſ. §. è contrario, in fi. in tit. hic incipi. con. reg. c. hæc ſunt capitula, §. interim) quamuis videatur, cùm bona vaſalli publicantur, quòd perceptio fructuũ feudi debeat publicari, vt argumen. ff. ad l. Iuli. de adulte. l. ſi poſtulauerit, §. iubet. argumen. quod non debeat publicari, cùm feudum in alium transferri non poſsit. argumen. ff. de fideicõ. liber. l. imperator. j. reſp. Sed per ſtatutum Veronæ, vbi vaſallus præmeditatè alium occidit vel vulnerauit & dominum non, tunc obſeruatur ac ſi vaſallus naturaliter foret mortuus: ſed eo ſuperſtite, domino habere permittatur, vt nec vaſallus nec hæres eius vel cohæredes vllum habeant participium, ſed eo mortuo ad eos perueniat, quibus de iure peruenire debet, vt in tit. de feud & bene. c. in ſtatutis. c. de rebus, in quibus. Nam & iura liberorum reſeruãtur liberis patronorum, quamuis bona patroni publicentur, vt ff. ad l. Iul. maie l. eorum. ff. de iure patro. l. iiij. contra prædicta poſſunt allegari argu. quæ ſunt ſuprà ea. ſumma, §. ſed quæri poteſt

ſi coactus in medio. Si verò propter ingratitudinē cōtractus amittat, videtur ꝙ ad dominum redeat prima facie, per id quod legitur inf. ead. ſumma, §. item ſi duo, in fi. & §. ſimiliter ſi extra, §. vlt. in titu. quib. cauſ. feu. amit. §. vlt. in tit. qualiter vſus bene. ſit tenēdus, §. ſi aliquis de capitaneis. in tit. de bene. & feud. l. imperialem, §. callidis. & ipſo iure, vt ſupra proxi. §. notaui: ſed poſſit eius filium vel conſanguineos inueſtire, vt in tit. de feu. et bene. c. ex parte tua, §. ad hoc, §. ac in ſecundo. Sed Py. diſtinguit ꝙ vaſallus aut habet filios aut non, item aut conſenſērunt alienationi agnati aut non, itē aut volūt offerre preciū aut nō. Si non haberet filios & non conſenſerunt agnati alienationi, ſtatim vēdicabūt agnati, nec aufertur à domino, quia potior eſt cauſſa agnatorū quàm domini cōditio, (vt in tit. qualiter iura. debe. vaſal. §. donare, in fi.) ſed tūc demum poterūt hoc facere, cū mortuus fuerit alienator: ſed ſi habeat filios etiam eo viuēte qui alienauit, ſi vult offerre precium, poteſt hoc facere agnatus qui non conſenſit alienationi, cùm ipſe vaſallus & eius filij per alienationem ſint excluſi niſi re inueſtiatur, vt ſuprà prox. dictum eſt, & ſuprà ead. ſumma, §. item amittit feudum vaſal. argu. ff. de bon. liber. l. Iul. in prin. & § planè, in tit. de feu. & bene. c. ex parte tua, §. et ad hac, & §. ac in ſecundo. & in tit. ſi de feu. vaſal. ſue. interpel. §. Titius filios. Per prædicta apparet, quòd vbi illicitè venditur feudum, quòd ius reuocandi datur tā proximiori agnato, quàm domino,

ſed potior cauſſa eſt agnati quàm domini conditio: quod quidem poteſt intelligi cùm ambo cõcurrunt, vel agnatus primo & dominus ſecundo, vel dominus primo quando agnatus eſſet negligens, & agnatus ſecundo. Nam ſi vaſallus eſt negligens in agẽdo, tunc ſoli domino datur: quæ negligentia poteſt deprehendi in agnato, ſi poſtquam ſciuit alienationem, intra annum non egit, vel intra duos menſes, vel infrà tempus à iudice ſtatutum, vbi iuri & beneficio ſuo videtur renũciaſſe, vt C. de naturali. libe. l. j. in fi. C. qui accuſa. non poſ. l. ſi ea. ff. ad Senatusconſul. Trebel. l. ij. §. vlt. in tit. ſi de feu. vaſ. fue. intepel. §. Titius filios, in fi. ff. de optio. lega. l. mancipiorum. C. de iure delibe. l. vlt. §. ſin autẽ, § hic, in fi. ff. de acquir. hære. l. quamdiu contrà. ff. de rebus auctori. iudi. poſsidẽ. l. iiij. ff. ad l Iul. de adul. l. j. §. ſi ſimul, & l. ſi maritus peruenit, §. ſin autem. ff de ſepul. viola. l. vj. C. qui petant tuto. l. nepotibus. C. qui dari tuto. l. ꝗ dicis. in Authẽ. de tempo. nõ ſolu. pecu. §. j. ff. de loco publi. fruen. l. j. §. j. ſi tamẽ dominus egerit ſciente agnato, ſententia lata faciet agnato præiudicium, qui dominum agere permiſit, vt argu. ff. de re iudi. l. ſæpè. in titu. extrà de re iudi. c. pen. Si verò agnatos non habet, tunc ad dominum recidit, vt ſuprà dictis ll. ſi verò iure & conſuetudine concedente contractum faciat vaſallus, tunc ita demum ſuccedit dominus, ſi deſit filius, (vt in titu. de content. feu. §. & ſi clientulus) & loquitur ibi quando ſimpliciter erat paternum, non autem auitum vel proauitum.

Nã tunc ita demum domino aperitur, ſi deſit maſculus q̃ agnationis nomine vocetur, vt in tit. hic inci. conſue. reg. §. ꝑfectæ. Filij aũt iure ſemper repelluntur, refragãte cũ feudũ alienatur, q̃uis alij admittãtur agnati, vt ſuprà dictũ eſt. Nec obſtat, qđ dicitur ꝙ cauſſam ingratitudinis videatur cõmittere cõtra dominũ alienando vt ad dominũ redeat, vt prædictis iuribus ꝓbatur: quoniã ibi nõ habebat cohæredes, licèt haberet filios, quãdo ipſe vaſa. feud. alienauerat, nec huic obſtat, inf. eod. §. itẽ ſi duo fuerunt: quia ibi intelligitur ꝙ agnati cõſenſerãt, & ꝙ deceſſerit ſine hærede, &c. ſubaudias, maximè quia idem ſi cum hærede quãtum ad partẽ alienatam. Pro agnato facit, quod ſuprà ꝓ eo allegatũ eſt, & ſuprà tit. j. in fi. in tit. de ſucceſ. feu. §. j. in tit. qualiter iura. debe. vaſ. §. donare, in fi. arg. ff. de interdic. & rel. l. eum. arg. ff. de bo. liber. l. iij. §. ſi capitis, l. ſi ex, §. primo, l. cõmuni liberto, & l. Iul. ff. de op. libert. l. iij. §. ſi capit. l. ſi ex, §. j. l. vlt. ff. de aſsig. lib. l. prima, §. ſed ſi is, & §. vlt. & l. iiij. in fi. & l. vtrum. ff. de iureiur. l. ſi duo, in prin. & in ead. ſumma in pluribus locis pro agnatis poterit repiri, & in ſumma inf. de ſucceſ. feu. §. item ſi vaſa. cõmittat. Sed vbi p̃latus, eo mortuo redibit ad eccleſiã, vt in tit. hic inci. conſ. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſimiliter, in fi. & arg. ff de aſsig. liber. l. j. §. vlt. ſimilia notaui ſuprà eadẽ ſumma, §. ſed quæri poteſt ſi coactus, §. ſed poſſet q̃ri an pignus, & §. ſed q̃ritur ſi vaſallus locauit, ſuprà hoc eod. §. Quid ſi vaſallus excogitat culpam vel ingratitu-

titudinẽ cum domino,vt ex propoſito amittat feud. vt potius domino aperiatur quàm agnatis poſt mortem ſuam? reſpondeo quòd tunc non præiudicabit agnatis,vt arg ff.de diuor.& repud.l.ſi filia emancipata.arg.ff.de leg.ij.l.ſi ſeruus plurium,§.ſi quis. arg.ff.de fun.inſtruct.l.cùm delanionis,§.inſtrumẽto quoq;.arg.ff.qui & à quib.manumiſ.liber.non.l. ſi maritus.ff.de man.l.qui penè.ff.de quæſtionibus, l.j.§.ſi ſeruus.arg.ff.ad munici.l.vlt.ff.ſolu.matri. l.ſi filia meæ.C.de repudi.l.dubium.argu.ff.ad Senatuſconſul.Syllani.l.ij.§.penultimo, & l.ſi quis, §.ſubuenitur,in fin.ff.quibus ex cau.ma.l.& quidam opera.in Authen.de nup.§.eſt quoque.& argum.in decre.xxvij.q.vlt.§.cùm ergo.ſimilia argumenta notantur in ſumma ſuprà titu.proxi.§.veruntamen,& §.item ſciẽdum eſt quòd vbicunque. argu.contra.ff.de ſepara.l.j.§.quæſitum. Illud tamen non prætermitto,quòd,licèt feudum perueniat ad dominum,vel ad agnatos alijs hæredibus,exiſtentibus fortè fœminis,non tamẽ ſuperficies facta à vaſallo,vel alia ſuperimpoſita feudo,quam precio aliquo dato poſuit,vt in titul.hic inci.conſue.reg.c. j.& argum.ſuprà.quib.mod.feud amit.§.illud vero.in tit.de natura feu.l.ſed addes,§.ſi inquilinus, & l.colonus.ff.de vſuf.l.ſed ſi quid,in prin.in Inſti. de rerum diuiſ.§.ſed certè.arg.contrarium ſuprà titu.j.§.vltim.in Authen de aliena.& emphy.§.ſi verò quis locator.argument.ff.loca.& conduct.l.ſi quis domum,§.j.Sed puto quòd ſuperficies nõ per-
 ueniat

ueniat ad dominum, ſi ex honeſta cauſſa feudũ ad eum perueniat, argu. ſuprà dictarum ll. nam ipſe vaſallus demolire poterat, vt argu. ff. de vſufru. leg. l. hæres. Si verò ex inhoneſta cauſſa & eius culpa ad dominum redeat feudum, & ſuperficies ad eũ ſpectabit, argu. contrariarum ll. quid autem de incremento obtineat, habes notatum in ſumma, infrà de conten. feu. Si verò contentio eſt inter fruges etiam pendentes, habebunt extranei & vxor & cæteri creditores: maximè ſi crediderunt ad ſuperficiem ædificandam vel meliorationem faciendam, ſcilicet cùm vaſallus decedit poſt maritum, ſecus ſi ante, vt in titu. hic incip. conſuet. reg. §. ſi vaſallus obierit, §. ſi vaſallus decedat, & c. hæc ſunt capitula, §. ſi cõtigerit. in titu. de capi. extraor. §. vnũ quidẽ. & argu. C. de proxi. ſac. ſcri. l. ſi quis in ſacris. in Authen. de exhib. & introdu. reis, §. optimũ. in Authen. de æquali. do. §. his cõſequẽs, §. quia verò. C. de pigno. l. vlt. C. qui pot. l. licet. ff. qui poti. in pigno. l. interdũ. & ff. de religio. & ſump. fune. l. & ſi qs, §. j. & l. pen. ff. de capti. & poſtlimin. reuer. l. in bello, §. ſi pignori. C. de primipilo, l. vtilitas. & notatur etiã ſuprà titu. ꝓxi. §. iſtud proximũ feudũ, & ſuprà ead. ſumma, §. ſed quæritur ꝙ vaſallus.

Præterea vbi dominus cõmittit in vaſallũ aliqd, quod ſi committeret vaſallus in dominũ, amitteret feudũ, ꝓprietas & ius, quod habet in feudo, ad vaſallũ pertinebit, (vt in tit. ſi de feu. vaſ. fue. inter. §. domino cõmittente. ſimile ff. de agnoſcẽ. libe. l. alimenta,

menta,in prin.et §. j.ff.de iure patro.l.diuus Claudius. ff.de bo.liber. l.ſi patronus nõ aluerit) diſtinctione tamẽ adhibita vtrũ ſit vaſallus per ſacramẽtũ an non, (vt in tit.hic. inci.cõſue.reg. c. hæc ſunt capitula,§.ex facto quæſitũ) ex leui tamen offenſa dominus non tenetur,ſed de atroci tantũ. argu.ff. de iniur.l.prætor edict.§.p̃tereà,& l.non ſolum, §. quanq̃. Nã & libertũ adulterũ poteſt patronus occidere,ſed nõ è cõuerſo,vt ff. ad l. Iul. de adulte. l. marito,§.primo,& l.ſi adulterium,§.liberto. Sed poteſt dici quòd in tantum differat, quòd vaſallus poteſt conueniri vt domino ſeruiat, cùm ex ſuo ſacramento ſit obligatus, (vt notaui ſuprà in ſumma ead.§.item ſi vaſallus non facit.in tit. de pace ten. §.prætereà quæſitum eſt ſi iurauerit) dominus verò non teneatur vaſallo, ſed ſi non ſeruiat, priuetur proprietate.argu. ſuprà dictarum ll.ff. de agno.libe.l. alimenta,in prin.& §.primo.ff.de bo. liber. l. ſi patronus non alienauerit.ff.de iure patron. l. diuus Claudius.argu.eſt tamen,quòd dominus ſimiliter ſit obligatus verſus vaſallum. argu. in tit. extrà de regu.& tranſeuntibus ad reli.c.licet,§.quocirca.in tit.de ſac.& for.fideli. c. de forma, in fin. Quid ſi dominus decedat ſine liberis, nunquid lucratur vaſallus feudum ſicut èconträ fieret? reſpondeo quòd non. Nam periculoſum & triſte eſſet adeò domino coniunctum eius mortem expectare.argu.ff.de conditio.& demonſtra.l.cùm tale.j. reſp.ſed ſi dominus erat vaſallus, recognoſcere poterit

terit à primo domino, ſi eius erat allodiũ, tũc à quecunq; eius hærede. arg. in tit. qualiter iur. deb. vaſ. §. ſiue autẽ, in fi. & in titu. nouũ nõ pater. nã & vbi dominus cõmittit in crimẽ læſæ maieſt. licèt priuetur bonis omnibus & eius filij, iura tamen libertorum reſeruantur liberis, & ita iura vaſallorũ: (argumentũ C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis, §. filij, & l. eorũ. ff. de iure patronatus, l. iiij.) vel poſſet dici ꝙ ꝓprietas feudi publicetur, & in vaſallo publicetur perceptio fructuũ: (arg. ff. ad l. Iuli. de adul. l. ſi poſtulauerit, §. iubet) vel dic, cùm dominus non poſsit vaſallũ in aliũ transferre, ne vaſallus alium dominũ cogatur habere, vt in ſeq. §. notatur: ita nec publicatis bonis domini transferatur vaſallus in publicum, ſed potiùs à publico liberetur, argumen. ff. de fideicom. liber. l. imperator, j. reſpon.

Meritò ergo ſicut vaſallus nõ poteſt in aliũ trãſferre inuito domino, ita nec dominus poterit ius ſuũ in aliũ trãsferre inuito vaſallo, niſi in vaſallũ, (vt in titu. qualiter iudi. feu. ſit ex. c. ſi quis inueſtiturã, et l. in nomine ſanctæ, §. inſuper, l. imperialẽ, §. j. §. prætereà Marchia, in fi. & c. inſinuatione, in tit. qualiter vſus benef. ſit ten. §. ſi quis dominus fecerit. argumen. ff de agno. libe. l. Iul. arg. C. de loc. prædi. ciuili. l. vlti. §. j. §. ſanè. & facit ad hoc quod notaui ſuprà eadem ſumma, §. itẽ amittit feudũ vaſallus, §. item quæritur an poſsit, in fi.) niſi propter inopiã faciat, (argum. ff. de leg. j. l. nihil. j. reſpon. l. ſi domus, §. vlt. ff. vſufr. quẽad. ca. l. oẽs, §. vlt. & ff. de vſufr. leg. l.

leg. l. fundi) ne aliũ dominũ habere cogatur quẽ habere non vult, (vt argum. ff. de fideicom liber. l. innitus. ff. de act. emp. l. Titius cum, & l. ideq́, §. vlti. in tit. nouũ non paternũ, §. j. ff. pro ſocio, l. act. §. ſocietas, & l. q amittitur. ff. de arbi. l. non diſtinguemus, §. quæſitum) & quia vaſallus peius tractari nõ poteſt, q̃ ſi illũ dominũ habere cogatur quem habere non vult. argum. in Lombar. qualiter mundualdus mund. amittit, l. vlt. in fi. Vnde dominus qui contra hoc facit, dominio debet priuari, vt argu. ff. ſi quis à parẽte fu. ma. l. vlt. Nam & intereſt aliquando vaſalli potiùs feudum à ſene recognoſcere, q̃ à iuuene: (vt argu. ff. de fideicõ. liber. l. is qui, & l. ex cauſſa, in fi.) ſed vaſallo cõſentiente alienationi domini, pecuniã dominus nõ tenetur in feudũ redigere, niſi vaſallus ea mente cõſenſerit vt in feudũ redigatur, vt ff. de lega. ij. l. pen. §. j. Idẽ videtur in vaſallo vẽdente cũſentiente domino, vt nõ teneatur pecuniã redigere in feudũ: verũtamen videtur ꝙ debeat ſeruire cõſueto modo, vel redigere pecuniã in feudũ, ſi ea mente cõſentiat dominus. argu. prædicta l. & ff. de annu. lega. l. liberto. j. reſpon. ff. de vſuf. leg. l. fundi. Itẽ vaſallus erit emptoris, ſi dominus deceſſerit ſine hærede, vt argu. ff de euictio. l. minor, §. j. in fin. ff. de fideicom. liber. l. ſi hæres: alioquin ſi dominus nõ vendidiſſet, & ſine hærede deceſsiſſet, non imputaretur vaſallo ſi inueſtituram non peteret, immò eſſet ſecurus, vt argu. ff. de vſur. l. pecuniæ, in fi. ff. de lege commiſ. l. ſi fundus. & ad hoc inquire q̃ notaui ſup. ead.

ſumma

ſumma,§.ſed licet. Mediolanenſes tamen dicunt, quòd dominus ſine curia beneficiũ totum alienat, dummodo alienetur maiori vel æquali: minori non poteſt ſine vaſalli voluntate, vt vbi licitum eſt domino ſecundum Mediolanenſes, non diſtinguitur vaſallus ſciat an ignoret, vt in titu. hic inci. conſue. reg. l. lex Corradi, §. ex eadem. in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenẽ. c. ſi quis inueſtiuerit. Cũ curia verò vbiq; licet domino beneficiũ ſui militis alij cõcedere, ſtudeat tamen vt ſeruet conditiones quibus dominus eſt aſtrictus, vt argu. ff. loc. & conduct. l. ſi merces, §. j. dũmodo de beneficio expreſſum dicat, & totũ feudũ cõcedat, vt hoc caſu vaſallus ſeruiat emptori, vel acceptori ex alia cauſſa: (vt in tit. hic incip. cõſue. re. l. lex Corradi, §. ex eadem, §. nec licet, §. cum curia) & emptor poterit ſacramentum fidelitatis à vaſallo excipere, q̃uis domino prius iurauerit. argu. ff. vſufruct. quẽad. ca l. omnes, §. vlt. alioquin ei non tenebitur, licèt poſsit aperiri ei feudum, vt ibidem, cùm nulla perſona in ſacramento contineatur, niſi q̃ nominatim adiecta fuerit: (arg. ff. de verbo. obliga. l. ſi ita ſtipulatus fuero, §. Chryſogonus, in ſi.) nec priori domino poſt alienationem tenebitur. arg. p̃dictæ l. & argu. ff. loca & conduc. l. qui fundum. arg. tamen videtur quòd ſeruiet cui velit, argu. ff. de fideicom. lib. l. generaliter, §. vlti. & l. is qui ff. de act. emp. l. idemq;, §. vlti. ff. de procura. l. ſi actor. Sed ſi totum feudum alij non concedat, ſed partem, ſi quidem feudum eſt in eodẽ loco;

non

non tenet aliquid datio: ſi verò in diuerſis locis eſt feudum, poteſt in vno loco alij concedere, ſed tunc vaſallus recognoſceret totum à domino, & nõ ab eo qui accepit, niſi dominus poſteà ſine hærede decedat. Nã tunc debet ab emptore recognoſcere, vt ſuperiùs dictũ eſt, vt argu. ff. de fideicom. liber. l. ſi hæres. in titu. hic inci. conſue. reg. l. lex Corradi, §. qui ab eodẽ, §. ex eadẽ. Sæpè enim inuitus qs poteſt ad aliũ tranſmittere cum curia: nã quis non poteſt emere rem ſuã, ſed ratione partis ſociorũ poteſt & ſuã, vt ff. de cõtrahẽ. emp. l. debitore. ff. de in diem adiec. l. quòd ſi vno, §. verũ. ff. cõmuni diui. l. qui co hæredes. ff. de le. ij. l. vlt. §. quatuor. Idẽ in mãdato, vt ff. mandati, l. ſi mandauero, §. Iul. l. qui negotia, §. j. ff. de pact. l. quod in eo. Ad idẽ eſt quod dicitur de loco religioſo, q̃ vendi per ſe non poteſt, ſed cũ vniuerſitate rei venditæ trãſit, vt ff. de contrahen. emp. l. emp. l. hac lege. ff. de act. emp. l. antepen. §. ſi cùm feudũ. Nã & res cõiuncta ædificio per ſe non vſucapitur, ſed cum ædificio, vt ff. de vſuc. l. eũ qui. j. reſpõ. ff. de acquir. rerũ domini. l. adeò, §. cùm in ſuo, in fi. Idẽ in hæreditate, quia quædã tranſeunt cum hæreditate, quæ per ſe non tranſeunt, vt ff. de fundo dota. l. j. ff. de alie. iu. l. ex hoc, §. alienare. in Authẽ. de litig. j. reſpõ. & §. j. ff. de leg. iij. l. pater, §. Iul. ff. de acqui. re. domini. l. quædam. ff. de re militа. l. milites. ff. ad l. Iuliam de vi. publ. l. ij. ff. ad l. Corneliam de fal. l. j. §. penultimo. ff. de his quibus vt indig. l. poteſt, §. qui accuſauit. ff. de

deen-

decurio.l.decurio. Nam expreſsim videtur lex dicere, q dominus poteſt in vaſallũ habere extraneũ ſucceſſorẽ, (vt in tit. qualiter vſus benef. ſit tenẽ. §. ſancimus vt nemo) & hoc cùm feudũ eſt de ꝓprietate domini: ſecus eſſet ſi eſſet de eius feudo, vt in ti. no. non pat. §. nam illud, in fi. Si verò ſimpliciter det curiam non habita mẽtione beneficij, nõ videtur beneficiũ dediſſe, vt in tit. qui deb. ſucce. in feu. §. quidã capitaneus. argu. contra. in ti. extra de iure patro. c. ex literis, & c. cùm ſecundũ. in titu. de feud. & benef. c. cùm ſecundũ. Quid ſi dat partem curiæ cũ omnibus vaſallis? reſpondeo, idẽ videtur de parte curiæ quod de tota, vt argu. in titu. qualiter iura. deb. vaſ. §. qui à principe. argum. cõtrariũ C. de agri. & cenſit. l. quemadmodũ. Vbi verò non dat cũriã, ſed generaliter transfert, vel alienat omnia ſua bona, non videtur alienaſſe vel tranſtuliſſe vaſallos, vt in tit. ſi de feu. vaſal. fue. interp. §. in generali. argu. ff. de priuil. credit. l. funus, & l. pen. ff. ad Trebel. Senatuſcõſ. l. ſi patroni filius, in prin. arg. cõtra. ff. de ope. liber. l. bona. argum. ff. de in integ. reſtit. l. cum qui. ff. de pig. l. obligatione, & l. deniq;. ff. de rebus auctori. iudi. poſsiden. l. in venditione, in prin. Poteſt etiam alia de cauſſa dominus ius feudi in alium transferre, ſi fortè propter neceſsitatem dominus velit vendere, & denunciauerit vaſallo vt eidẽ ſubueniat, & nõ ſubuenerit: (vt argu. in Lõbar. de ꝓhi. alie. mi. l. vlt. C. de parẽtibus q filios diſtra. l. j. & ij.) maximè ſi propter factum vaſalli vel ſeruitium

tium non præſtitum peruenerit ad paupertatem,vt in vaſallo notaui ſuprà eadem ſumma,§.poſſet quæri an pignus: licèt vaſallus non teneatur debitum domini exſoluere,(argumen.ff.de agno.libe.l.ſi quis à li.§.pares quamuis.argumen.in tit.ſi de feu.vaſal. fue.interp.l.§.inde quæſitum.in titu.hic inci.cõſue. reg.l.lex Corradi,§.ſi vaſallus non teneatur debitũ, de quo tamen plenius notaui ſuprà eadem ſumma, §.ſed quid ſi potuit facere)nec dominus poteſt operas vaſallo imponere,ſicut patronus poteſt liberto. argumen.C.ne operæ à collectoribus exigantur,l.j. lib.x.ff.de operis liber.per totum.

In feudum tamen ius,quod habent in feudo vaſalli,dare poſſunt ſine diſtinctione, niſi facerent in fraudem,ſicut dictum eſt in vaſallo,prout notaui in ſumma ſuprà tit.j.§.veruntamen. Fallit in vaſallo, quia tantùm ad feuda,dare in feudum nõ videtur, quòd contineatur ſub verbo alienationis: ſed contra.dicitur in titu.qualiter iudi.feu.ſit ex.§.ſi quis inueſtiuerit.& facit ad hoc quod notatur ſuprà eadem ſumma,§.meritò, & ſuprà titu.proxi.§.ſi verò faciat inueſtituram,& §.& ſiue faciat quis laicus; Item poteſt vni ex filijs ius quod habet aſsignare, & ipſe erit dominus & non alij,(vt in titul.de pace Conſtan.§.in ciuitate illa,in fi.argumen.ff.de ritu nup.l.filio,§.vlti. & addas argumen.quæ notaui ſuprà eadem ſumma, §. verum) licèt non poſsit pro anima iudicare,vt in tit.de ſucceſ.feu.§.ſi verò dominus decedat. Ipſi tamen hæredes non poſſunt

T vaſal.

vaſallos inter ſe diuidere, vt argumen.ff.de iure pa tro.l.vlt.ff. famil.erciſcun.l.quædam mulier. Conſuetudo tamen obtinet in contrarium, ne poſſit alijs aſsignare poſt aſsignationem ſibi factam. argumen. ff.de aſsigna.liber.l.leberi. Item poteſt coniūctis da re, & omnia facere quæ vaſallus poteſt, ſicut ſuprà in vaſallo dictum eſt: & ſi dominus vnius faciat cō tra ius feudi, eius pars perueniet ad coniunctum: (argumen.ff.de bo.liber.l.communi.ff.de iureiur. l.ſi duo, in prin.ff.de aſsigna. liber.l.j.§.ſed ſi is) vel dicas quòd ille dominus partem ſuam amittit & ad vaſallum tranſeat, ſicut dictum eſt, quando vaſallus offendit vnum ex dominis, vt notaui ſuprà ea dem ſumma, §.vbi verò eſt vaſallus alicuius vniuerſitatis, circa finem §. & §.vbi antē vaſallus qui alienat, §.ſi verò vaſallus eſt plurium. Quòd dictū eſt in domino quòd ius feudi amittat ſi faciat contra vaſallum, idem intelligas de filio domini ſi tunc commiſit cùm erat vaſallus, ſecus ſi nondum erat vaſallus, (argu.ff.de bonis liber.l.vlti.ff de excuſa. tuto l.ſingulari, §.donat.ff. de ſuſpec. tutori. l.iij.§. nunc) ſicut dicitur in filio vaſalli, vt in titu.de feu. & be.l.imperialem, §.inſuper notaui ſuprà eodem §.illud tamen ſciendum, & §. item ſi filius vaſalli.

CAPVT CXXXVI.

Quæ ſit natura feudi.

VIdimus ſuprà quibus modis feudū amittatur, conſequēter vidēdū eſt de eius natura.

Eſt

Eſt enim natura feudi vt dominus inueſtituram primò præſtet, poſteà vaſallum in poſſeſſionem inducat: nec ſufficit ſi velit præſtare intereſſe, (vt in titu. explicit liber primus, §. nullam, §. vtrũ. in titu. qualiter iura. debe. vaſ. in fi. j. reſpon. in titu. ſi de feud. vaſall. fue. interpell. §. ſi de facta. ſuprà, quib. mod. feu. acqui. §. ſin autem contra) poſteà quòd vaſallus fidelitatem præſtet, vt in titu. explicit liber primus, §. vlti. de hoc notaui ſuprà, quib. mod. feud. acqui. §. in feudo autem ſciendum eſt, & §. facta. item vt hæres inueſtituram petat vt vaſallus ab hærede domini, vt in conſti. Frederici, l. imperialem, §. præterea ſi quis. in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſancimus. in tit. hic inci. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, in prin de hoc notaui ſuprà, quib. mod. feud. acqui. §. & debet peti, cum ſequentibus §. & ſuprà titu. j. §. item ſi vaſallus ab hærede. Item quia datur gratia vtrinſque, ſicut & pignus & fideiuſſor, vt in titu. qualiter indi. feu. ſit ex. §. ſi quis oblig. in tit. in quib. cauſ. feu. amit. §. j. et ij. in Inſtitu. quib. mo. re contrahi. obliga. §. vlt. in Inſtitu de fideiuſ. §. vlt. Itẽ vt feudum nõ amittatur ſine conuicta culpa, vt inf. eo. in prin. & notaui ſuprà in ſumma, proxi. §. Illud tamen ſciendũ eſt, licet olim eſſet differentia vtrum facta eſſet inueſtitura à maioribus, an à minoribus, vel minimis valuaſoribus, vt inf. eo. in. ij. ver. differunt tamẽ in pœna pacis violatæ: qa magis puniũtur maiores q̃ minores, vt in titu. de pace teñẽ. l. hac edictali, §. ſi qui temerario vſu. & in alijs notaui, in

ſumma ſuprà, quib. mod. feud. acqui. §. eſt tamen differentia. Item vt ordo ſucceſsionum ſeruetur, de quo plenius notabimus inf. in ſumma, §. proxi. vt filij ſuccedãt & non filia: alioquin eſſet contra feudi naturam, vt in titul. explicit liber primus, incipit ſecundus, §. item ſi vaſallus. Item contra naturam feudi dicitur, ſi pactum adijciatur, vt vaſallus in omnibus feſtiuis diebus vadat ad eccleſiam cum vxore domini & ſimilibus, vt in prædicto titul. §. præterea ſi aliquis tenor. Item non eſt ſecũdum feudi naturam dare in feudum vt ipſe habeat, & cui dederit: niſi diceret etiam cui in feudum dederit, vt in titu. hic inci. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſi quis ea lege. Sæpè contractus excedit ſuos terminos ex coniunctione, vt ff. depoſiti. l. Lucius. argumen. ff. de pac. l. iure gentium, §. quod ferè. ff. de do. cauſſa mor. l. vbi. Item videtur quod vbi adijcitur aliquid contra naturam, id quòd adijcitur pro non adiecto debet putari, & non vitiatur datio in feudum. argumen. ff. de pec. lega. l. vj. j. reſpon. Item eſt natura feudi vt fiat tantùm de rebus immobilibus, niſi in caſibus, vt in titu. explicit liber primus, §. ſciendum, & prout plenè notaui in ſumma ſuprà quib. mod. feud. acquir. §. poſſunt dari res in feudum, & §. non ſolùm. Itèm ſi contentio eſt de feudo, vt ſciatur apud quem debeat cognoſci vel qualiter, de quo plenius dicemus in ſumma, inf. de conten. feud.

Tertia

TERTIA PARS PRIMÆ PRINCIPALIS.

CAPVT CXXXVII.

De ſucceſſione feudi.

D*IXIMVS ſuprà de feudi natura, ſed quia de natura feudi eſt cognoſcere qui debeant ſuccedere in feudum, vt ſuprà proximè dictum eſt, idcirco ſubſequenter ponit de ſucceſſione feudi. Vel ſuprà dictum eſt, quibus modis feudum acquiratur, l. ſucceſſione vt in titul. qualiter iura. debe. vaſall. §. per ſucceſſionē, de ea videamus plenè. Vnde videndum eſt quis ſit ordo ſuccedendi, & qui poſſunt ſuccedere & qui non, & in quo feudo non ſit ſucceſſio. Antiquitùs enim in feudo nulla erat ſucceſſio, licèt hodie aliud ſit, vt notaui in ſumma ſuprà quibus mod. feud. acquira. §. verùm licèt huius. Si vaſallus decedat, filij maſculi primo ſuccedunt ſi ſuperſint & hæredes patris exiſtant, alioquin non. argument. in Authen. de nup. §. ſi verò filios: vbi in inueſtitura adiecit, videlicet, ſit ſibi et liberis, vt arg. ff. de oper. liber. l. cū patronus, §. cum libert. de quibus traditur inf. eadem ſumma, §. ſed adhuc. quia eſt cauſſa prima liberorum, vt in tit. de feu. & bene. l. quicunq; igitur, §. j. et l. in nomine domini, §. præcipimus. deinde alij deſcendentes vſq; in infinitū, vt inf. in principio, §. j. in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. per ſucceſ-*

ſionem ſuprà, quib. mod. feu. acqui. §. hoc quoque, in tit. qui debe. ſuc. in feu in prin. arg. in Authen. de hære, ab inteſt. j. reſp. in Inſtit. de hære. ab inteſt. §. j. in tit. hic incipiunt conſue. reg. §. vaſalli, in fin. & §. ſimiliter verò. in titu. de capi. extraord. §. beneficium paternum. in tit. in quib. cau. feu. amit. §. huius autem generis. argumen. ff. de vſur. l. cùm pater. ff. de verb. ſignifica. l ſciendum, in prin. & maximè ſi à principe beneficiũ accepit: (vt arg. C. de fundis patri. l. hi quibus. ff. de pœnis, l. moris, §. parentes. arg. ff. de iure immuni. l. immunitates. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac, §. liberos autem, C. de quæſti. l. diuo, in fin. ff. de ſenatoribus, l. liberos ſenatorum) licèt per l. Lotha. & Conradi eſſet ſucceſsio tantùm vſq; ad nepotes, (vt in titu. de feu & bene. l. quicunque igitur, & l. in nomine domini, §. præcipimus. arg. etiam C. de priuil. eorum qui in ſacro pala. mil. l. j. & ij.) vel ad pronepotem. argu. C. de quæſti. l. diuo. j. reſponſ. arg, quod ad filios tantùm primi gradus. C. de Epiſ. & cler. l. honor. C. ne ſine iuſſu prin. l. vlt. Perſonalia verò beneficia non tranſeunt ad hæredes, de quibus notaui in eodem §. item ſi perſonale: veruntamẽ deſcendentes, qui dominum offenderunt & non ſatisfecerunt, non ſuccedunt, vt in tit. de feu. & bene. l. imperialem, §. inſuper, in fi. & c. ad aures, in fin. de quibus plenius inf. dicemus.

Et ſuccedunt deſcendentes in ſtirpem & non in capita, (vt inf. eod. j. reſpõ. arg. Inſtit. de hære. ab inteſta. §. j) at nepotes ex filio ſuccedunt cum patruo,

cùm eorum pater non ſupereſt: alioquin eis non defertur etiam eorum patre repudiante, ſed alter ſolus habet. arg. ff. de coniun. cum eman. li. l. ſi pater. ff. ad Tertyl. l. j. §. ſed nemo, in fin. j. reſpon. ſunt tamen argum. quòd ſuccedunt in capita & non in ſtirpem, & proximior. arg. ff. de bonis liber. l. ſi libertus præterito, §. j. in Inſtitu. de ſuc. liber. §. & multis aliјs. ff. de aſsigna. lib. l. j. §. vlt. & l. vtrum, in fi. ff. de le. iij. l. iij. §. ſed ſi omnes. Aſcendentes verò nō ſuccedunt, (vt in titul. qui debe. ſuc. in feud. in prin. ff. de verbo. ſignifi. l. licèt intra teſta. §. j. & ij. argu. ff. pro ſoc. l. verum, §. j. & l. act. §. ſocietas. in Inſtitu. de acquiſ. per arroga. §. j.) cùm ſucceſsio parentum admittatur ratione tantùm miſerationis & non naturæ, (vt ff. vnde liberi, l. ſcripto, in fin. argumen. contra. ff. ad Senatuſcon. Syllani. l. j. §. ſi pater necatus. argumen. ff. ad Senatusconſul. Macedo. l. Iuli. §. quanquam. & argu. ff. de regu. iur. l. quæ legata. argum. ff. de his quæ in frau. credi. l. ſi pater filio. ff. de caſtren. peculio, l. pen. §. pater) cùm parentes in eadem cauſſa ſint, quod & liberi, (argumen. ff. de pœnis, l. moris, §. parentes, l. liberis ſuccedant) licèt ordine turbato, argu. ff. de inof. teſt. l. nam & ſi parentibus: ſed videretur poſſe dici ꝙ non admittātur parentes, dum ſuperſunt deſcendentes ex filio, alioquin ſic, quod non puto, argum. ff. de liberis agnoſcen. l. ſi quis à liberis, §. vlti ff. de caſtren. pecu. l. diuus. ff. de iure patro. l. ſeruus. ff. de bo. liber. l. ſi filius. Et quòd dicitur quòd amittatur, intelligo in feudo

nouo, cum feudum datum eſt contemplatione tantùm filij: ſecus ſi contemplatione & intuitu & amore atq; patris exercitio. argumen. ff. de collati. bono. l. dedit dotem ff. de iure doti. l. auus. C. de vſufru. l. vlti. C. de iure delibe. l. penul. ff. de conditi. & demonſt. l. filio, & l. duos. ff. de tu. teſta. l. qui tutelam, in prin. ff. de vulga. ſubſtitu. l. ſed ſi plures, §. in arrogato, in fi. ff. de his q̃b. vt indig. l. poſt legatum, §. ſi pater. ff. de donat. cauſſa mortis, l ſi filiofami. ſimilia notantur in ſeruo & domino, vt in eadem ſumma, §. ſed quæritur ſi datũ, in fi. Nam in antiquo beneficio ſuccedunt aſcendentes collaterales, putà patrui, (vt in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſi quis miles mortuus. in titu. de feu. & benefi. l. q̃cũq; igitur, §. j) ſed nõ in nouo, vt in tit. qualiter iur. deb. vaſ. §. ad filias, in fi. Vnde idem puto in aſcendẽtibus directa linea. vt tunc non dicantur ſuccedere aſcendentes, ſed potius feudum ad eos reuerti. argumen. ff. de liber. & poſthu. l. filio quẽ, & l. filius, §. j. in fi. & argu. ff. de adop. l. penul. §. ſed hæc omnia. C. de poſtli. reuer. l. ab hoſtibus capti. argumen. ff. de capti. & poſtli. reuer. l ſi captiuus, §. expulſis. argu in Authẽ. de non eligen. ſecundò nub. §. j. §. hæc aũt, §. colligentes, vel antiquo iure vti, argumen. ff. de caſt. pecu. l. pen. §. pater: veruntamen in quadam compilatione veteri de feudo reperiri ſcriptũ, quòd ſi vaſallus fecerit filium ſuum de ſuo feudo inueſtire, & ipſe pater manum ad inueſtituram non poſuerit, nec cum domino pactus fuerit, quòd filio prius defuncto ei

ſuccedat, quòd tunc pater ei non ſuccedet nec ſuccedere poteſt filio, vt in titul. de capti. & extraord. §. quoddam vſui quod ſatis dici poteſt. Nam & vbi quis refutat cohæredi, vt à domino de nouo inueſtiatur, ſibi de cætero præiudicat, vt poſteà ei tanquã cohæredi non ſuccedat, vt in tit. hic inci. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. vlti. in fin. & notaui in ſumma inf. no. non pa. §. vlti.

Et quod dico in filio, non eſt intelligendum de filiabus ſub iſta appellatione, quia contra naturam feudi eſt, filias debere ſuccedere, (vt in tit. explicit liber primus, incipit ſecũdus, §. item vaſallus) & q̃a in hoc iure feudorum filiæ & deſcendentes ex fœminis, etiamſi ſint maſculi, non ſuccedũt. Nã quod obijcitur alicui, etiam eius deſcendentibus obijci poteſt, (vt argu. in Inſtitu. de hære. ab inteſta. §. ſed vt aliquod. C. de natu. libe. l. vltim. ff. de his quib. ad liber. procla. non li. l. ij.) & magis obijci poteſt filijs filiarum q̃ ipſis filiabus, vt in ſequentibus concordantijs: niſi ſpecialiter dictum eſſet vt fœminæ ſuccedant, & tunc ſuccedunt deficientibus maſculis, quia non patet locus fœminis in ſucceſsione feud. de nec maſculus ſupereſt ex eo q̃ acquiſiuit, vt inf. eod. §. filia. ſuprà, quib. modis feu. acqui. §. ſin autem, in fi. §. hoc autem. in titul. qualiter iura. debe. vaſal. §. ad filias. in tit. no. non pater. c. qui ſibi ex hæredibus, j. reſpon. in tit. qui debeant. ſuc. in feu. in prin. in tit. hic inci. cõſue. reg. l. lex Corradi, §. ꝑfectò. inf. tit. j. §. & ſi clientulus. & argu. in tit. qui debe. ſuc. in feu.

in prin. in tit. hic inci. cõſue. l. lex Corradi. in Lombar. de homi. liber. bo. l ſi quis Longobardus ab alio. in Inſti. de excuſa. tuto. §. filia. ff. de excuſa. tuto. l. ij. §. non ſolùm. argu. ff. de iur. immuni. l. j. in fi. ff. de tute. l. tutela, & de legi. tu. l. iij. §. ſi duo. C. de verbo. ſig. l. vl. C. quando & à quib. quarta pars. l. vlt. j. reſpon. C. de his qui ſponte mune. ſubeunt, l. vlt. in fi. ff. de ſena. l. j. ff. de fide inſtru. l. vlt. ad idẽ facit in titu. qualiter vſus benefi. ſit tenẽ. §. ſi duo. in tit. quib. mod. feu. amit. §. quinetiã. arg. ff. de verb. ſig. l. cognoſcere, §. liberorũ. ff. de pollici. l. vlt. C. de digni. l. ſenator. Nam cõmodius videbatur ita iura cõſtitui, vt plerunq; hæreditates ad maſculos cõfluerent, vt in Inſtit. de legi. agnato. ſucceſsi. §. cæterũ, in fi. & ſecundũ barbaros fœminæ nõ ſuccedebãt, tanq̃ nullũ habẽtes honorẽ, vt in Authẽ. de Armenijs, §. j. itẽ dũ virilis ſexus extiterit, fœmina in hæreditate auiatica nõ ſuccedit, vt in l. tributaria, c. lvj. §. ſi qs abſq; liberis. Itẽ de terra ſalica nulla portio hæreditatis mulieri ꝑuenit, vt in l. ſalica, c. lxij. Itẽ iure Longobardo filia debet eſſe contẽta dote, vt in Lõbar. de ſuc. l. ſi pater filiã: vel quarta bonorũ, & amplius capere non poſsit ſi maſculus ſupeſt, vt in Lõbar. de eo q̃ pater filijs vel filiabus, l. fi. nam & appellatione hæredũ liberi tantũ continẽtur, vt ff. ad Trebel. ſenatuſconſ. l. ex facto. §. vlt. in Authẽ. de non alie. §. emphy. arg. ꝙ extranei contineantur, vt ff. de verb. ſign. l. in conuẽtionibus. ff. de ritu nup. l. libertũ, §. ſenatus. Et vbi dictũ eſt in

con-

conceſſione feu.pro maſculis & fœminis, maſculo relicto vlterius fœminæ non admittũtur, vt in titu. quib.mod.feu.amit.§.vlt. niſi ſubitò maſculus moriatur, q̃a tunc non intelligitur extitiſſe. argu.ff. de iniuſto rup.teſtam.l.poſthumus, in prin.ſecũdũ Py. vel niſi maſculus, anteq̃ agnoſcat, decedat, vel repudiet: quia tunc pro eodẽ habendus eſt, ac ſi tẽpore mortis patris non extitiſſet.argu.ff. de bonis lib. l.ij.in prin, & ad hæc argumẽta pro & contrà poteris reperire in eadẽ ſumma, §.ſed quæri poteſt vbi dictũ eſt ꝙ frater fratri. Unde ex hoc videtur poſſe perpendi, quòd fœminæ ſuccedant ſuis aſcendentibus & non collateralibus: vel aliter, maſculo relicto fœminæ vlterius non admittuntur donec maſculus ſupereſt, alioquin maſculo deficiente fœminæ admittuntur, vt ſup. dictis legibus habetur. Nã & ſoror iure antiquo tanq̃ agnata ad ſucceſſionem admittebatur, & fratris appellatione ſoror cõtinetur, vt in Inſtit.de legit. agnato.ſucceſ.§. cæterùm. ff.de leg. iij.l.Lucius Titius, §.quantum: ſed prior verior eſt.ſimilia in fratribus notaui inf. eadẽ ſumma, §.ſed quæri poteſt vbi dominus, & §.item quæritur ſi dictum. Vel poſtquam peruenit ad maſculũ, excludit agnatos, dũ ſuperſunt deſcendentes ex maſculo tantùm: licèt ſint fœminæ quæ ſuperſunt, quod ſatis dici poteſt.argumentum in titu. nouum non paternum, §.qui ſibi & hæredibus. Sic ergo nepos ex fratre excluderet filias, cùm feudum eſt antiquum: ſecus eſſet ſi fuerit nouum, vbi dictum

eſſet

eſſet q̄ filij & filiæ ſuccedant, & etiam fratres ex eo deſcendentes: (vt in titu. no. non pater. §. qui ſibi. j. reſpon. & §. duo fratres. argum. ff. de leg. ij. l. cùm pater, §. cùm inter liber. argu. contra. ff. de aſsig. liber. l. vtrum) & fortè vbi feudum peruenit ad filiam, videtur q̄ eius vir debeat pro ea iurare & domino ſeruire, vel eius filij, vt non interſit domini p̄ſtetur ei ſeruitium per filiam vaſalli aut per generum, & tunc maritus filiæ frugibus feudi vtetur: (vt argum. C. de natura. libe. l. iij. in fi. in Authē. quib. mod. natura. effi. ſui, §. ſi verò ab initio. in Authen. de donat. cur. §. q̄ ſi plures fuerint filiæ, §. q̄ ſi fœminæ, §. vlti. C. quando & quibus quarta pars, l. ij. §. ad filiorū, & l. vlt. §. adhuc, in fi.) ſicut & vaſallus tenetur ſeruire viro dominæ, (vt argu. ff. ad Sylla. Senatuſconſul. l. ſi quis in graui, §. ſi cum, & ad hoc require in ſumma, ſup. in tit. quib. mod. feu. amit. §. excuſatur, ver. itē excuſatur propter ſexū, §. in dotem, in fi. inf. eodē §. maritus, & in ſumma quam feci. C. quando & à quibus quarta pars, §. vlti. In alijs verò bonis ita ſuccedit filia, ſicut & filius, vt in Inſtitu. de hære. q̄ ab inteſta. j. reſpō. Sed per ſtatutū Veronæ & per Longobar. fratres nō coguntur diuidere cū ſororibus dotatis, vel ſi eas dotare voluerint, (vt in Lombar. de ſuc. l. ſi pater filiam, & l. ſi quis Longobardus. in titu. de feu. & benefi. in cōſtitutio. c. fratres & filios) & hoc videtur quaſi vbiq; obtinere ex conſuetudine generali. Sed dubitatur, ſi fœmina habeat feudum nouum, an ei

ſucce-

ſuccedat eius filia?videbatur ꝙ ſic,ex eo quòd erat fœmineum ſecundũ quoſdã. in titu. qui debe. ſuc. in feu.j.reſpon.Alij dicunt contrariũ,niſi ſpecialiter aliud ſit dictũ,& tunc ita demũ ſuccedet ſi maſculus non ſuperſit,q̃a donec ſupereſt maſculus,fœmina non ſuccedit:(vt in tit.hic.inci. conſue. reg.c. j.§.ſi fœmina.in titu.no.non pa.c.qui ſibi, & in alia compilatione feudi,§.fœmina habens feudum) immò videbatur etiam quibuſdã, ꝙ maſculus matri non ſuccederet,quod falſum eſt,vt in tit. qualiter vſus benefi.ſit tenend.§.ſi fœmina.argum.ff.ad Senatuſconſul.Sylla.l.ij.§.de matris.ff.de leg. ij.l.cũ pater,§.inter libertos.facit ad hoc quod not.inf.eadem ſumma,§.ſed quæritur an tales. Et quod dictum eſt ꝙ fœmina non ſuccedit niſi ſit dictũ,Subaudias,vel niſi à domino redemerit,(vt in tit.qualiter ind feud.ſit ex.in prin.)vel niſi dominus ei dare voluerit propter ſeruitiũ & amorem patris,& tunc non reuocabitur ab aliquo ex parentibus,neq; dãnetur,vt in p̃dicto tit.in prin. quod curiali vſui derogatur:(vt in titu.de feud.& benefi. l. quicũq; igitur,§.ſi quis filio)quod intelligi poteſt de parentibus domini,quia a parentibus vaſalli poteſt reuocari,qui in feudo erant ſucceſſuri,ſiue conſenſerũt, ſiue ratũ habuerunt,vel anno tacuerunt,vt in titu. hic incip.conſue.reg.c.j.§.vaſalli feudũ delinquentis,& c.j.& c.hæc ſunt capitula,§.ſi contigerit, & l.lex Corradi,§.alienatio.feu.in tit.ſi de feu.vaſal. ſue.interpel.§.Titius.ſuprà quib. mod.feud. amit. §.præ-

§.præterea.in tit.qualiter.iur.deb.vaſal.§.ècõtra-rio,in fin.in tit.de capit.extraor.§.beneficiũ pater-num,§.cùm feudũ,§.ſi alter ex fratribus,§. quod-dã ſat.in fi.argu.ff. de bo.liber.l. iij.§. ſi capitis li-bertũ,& l.Iul.j.reſpon.& §.primo. & ad hoc poſ-ſunt induci argum.quæ notaui in ſumma, ſuprà q-bus mod.feud.acqui.§.item ſciendũ eſt, quòd vbi-cunq;.Py.& Sy.intelligunt de parentibus filiæ ſeu vaſalli,ad quos iure ſucceſſionis feudum pertinet, Et verum poteſt intelligi quod dicit Py.& Sy.mor tuo vaſallo facta à domino filiæ vaſalli conceſſione, quòd valeat conceſſio,vbi nullũ dolũ videtur va-ſallus committere:ſecus verò ſi fiat filiæ viuente va ſallo,à quo poteſt tunc dolus vel culpa præſumi. & ad idem eſt in tit.no.non pat. §. quidam vaſallus. Sed puto verius quod prius dixi,quia in litera vi-detur innui quòd ad dominum reuertebatur. Vn-de parentes domini non poſſunt impedire, vel pa-rentes vaſalli,vbi non ſuccedebat,ſed inuidebat.

Sed circa hoc iſtud attende,quòd vbi vaſallus facit dominum inueſtire filiam,vel alium, ad quã vel quem feudum non perueniat iure per ſucceſſio nem,non conſentientibus agnatis ad quos iure per-uenire debet:ſi vaſallus decedat ſine filio maſculo, non obſtante tali inueſtitura, agnati ſuccedent & recuperabunt non oblato precio.Si verò cum hære-de decedat,recuperare poterunt oblato precio, vt in eodem §.j.& in tit.ſi de feu. vaſ.fue.interpel.§. ſi Titius.Si verò expreſſim conſenſerint, nullũ re-

greſſum habent ad id repetendum,(vt ſuprà, qbus mod.feu.amit.§.prætereà.in titu.de contro.feu. §. & ſi clientulus.in tit ſi de feu.vaſ.fue. interp.§.Titius.in tit.hic incip.con.reg.c.hæc ſunt capitula,§.ſi contigerit,circa fi.& c.j.§.vaſalli feudũ delinquẽtis.argum.in Lombar.de ſuc.l.iij.C. de remiſ.pig. l.ij.C.ſi qd in frau.patro.l.ij.ff.quib. mod.pig.vel hypo.ſol.l ſicut,§.ſi voluntate.ff.ſi quid in frau.patro.l.non videtur.ff.de reg.iu.l.creditor) quia non videntur fraudari qui ſciunt & conſentiunt, & qui alijs conſentiunt,ipſi ſua iura perdunt, vt C.de adminiſt.tuto.l. cùm quidam.ſimilia notantur in ſumma ſuprà,quibus modis feudum amit.§. ſed nunquid retinebit.Idem eſt ſi per annum tacuit ex quo ſciuit,vt in titu.ſi de feudo vaſallus fuerit interpella.§.Titius.& hoc intelligit Py.cùm conſentiunt ex certa ſcientia,aliud ſi non ex certa ſcientia conſentiant,vt argu.ff.de iudic.l.ij.ff.de iuriſdi. om.iudi.l.per errorem ff.ſi quis caut.l.iiij. §. vlti. in titu.ſi de feudo vaſallus fuerit interpel.§. ſi vaſallus feud.§.vaſallus feudum. Si verò tacitè conſentiat,videtur quòd non faciat præiudiciũ,vt in titu.nouum non pa.§.quidam.& ad hoc inquire in ſumma ſuprà,quibus modis feudũ acquir.§.itẽ acquiritur pſcriptione:ſed videtur quòd noceat cùm ſit præſens,& neſciat ius ſuũ vbique durare,(vt argumentum ff.quibus modis pignus vel hypot.ſol.l. ſicut,§.nõ videtur.C.de remiſ.pig.l.ſi hyp.) maximè cùm præſens, aliàs abſens admonitus non contradixit,

tradixit,(vt argu.C.de remiſ.pig. l.ſi eo.ff.ad Macedo.Senatuſconſ.l.ſi filiusfamiliâs) & conſentire intelligitur qui eſt præſens & non contradicit, arg. ff.ſol.matrim.l.ij.ff.de decur.l.honores,§. vlti. Si verò agnatus faciat pactũ agnato ꝙ nõ petet ab eo, nec ab hæredibus,vel ab alio cui dederit,ſi decedat ſine liberis,nõ obſtante tali pacto ſuccedet ſimul cũ alio agnato: ſi verò refutet ſimpliciter, vel eo animo vt de nouo inueſtiretur agnatus, tunc repellitur ab alio agnato qui pactum non fecit,ſed non à domino,vt in titu.ſi de feudo vaſallus fue.interpel.§.vlti.in tit.hic inci. conſue.reg.§.vlti.in titu. nouũ non pat.§.quadã.argu.ff.qui potio. in pigno.habe.l.creditor,§.ſi te.ff.quibus modis pignus vel hypo.ſol. l. Paulus.& de materia huius §.tractatur etiã inf. eadem ſumma,§.vbi verò vaſallus feudum.

Sed quæritur an filius emancipatus ſuccedat? poſſet dici ꝙ non,quia extraneus factus eſt cùm nõ remanſerit in poteſtate;(vt argum.in Inſti. de aſſigna.liber.§.penul.ff.de pupilla.ſubſtitu.l.ij.in princip.C.de iure dot.l.ſi genero,& l.vlt.§.ſimiliꝗ; modo.C.de rei vx.act.& §.extraneũ.ff. de ritu nuptiarũ,l.quinetiam,in fin.& ff.de ſolu. l. cùm qs,primo reſpon.)puto tamen ꝙ ſuccedat,argu.ff. de verbor.ſignifica.l.cognoſcere,§.liberorũ.& qa lex non diſtinguit de quibus filijs,vnde nec nos diſtinguamus;(argum.ff.de public.act.l. de pretio ff. qui & à quibus manu.l.ſi maritus)& quia in feudo ſuccedunt agnati,non cognati,vt in tit. qualiter iura.

debe.

debe.vaſallus,§.penultimo:& agnatio nō tollitur emãcipatione inter patrem,et filium, & fratres,(vt in Inſti.de legi.agnatorum ſucceſ.§.vlti.in Inſti.de ſucceſ.cogna.§.primo.argumentū C.de emancipa. libe.l.vlt.C.de legiti.tute.l.iij.C.de legiti.hære. l.ſi ab eo.C.de curatore furio.l.ne Lucium) & hodie ſublata eſt differentia emancipationis & patriæ poteſtatis,(vt in Authen.de hære.quæ ab inteſta.§. nullam)quia filius emancipatus beneficium vel honorem,non obſtante ſuitate per emancipationē oblata, ex beneficio patris conſequitur,vt in Inſtitu.de ſuc.libe.§.nō ſolum, & in conſtitu.librorū Iuſtinia. veteris iuris,quas habeo in cuſtodia.C.de ſecū.nup. l.hac êdictali,§.ſi verò nō æquis, in fine primi reſpōſi,& l.cùm alijs,primo reſponſo.ff.de lega.j.l.cum filius,§. cùm pater. ff. de religio. & ſumpti. fune. l.vel q̄d.ff.de ſena.l.emãcipatum,in prin.ff.ad Syl. ſenatuſcon.l.ij. in prin.ff.de colla.dotis, l.pen.ff.de aſsigna.liber.l.idem erit,§. emancipatus,& l.vtrū. ff. de lega.ij.l.peto, in fi.ff.ſi ma.te.nul.l. liberi filij. ff.q̄s ordo in bono.poſ.ſerue.l.j.in fine. C.communia de eman.l prima,in fine.ff.de iure patronatus,l.filij.ff.de ope.liber. l.iuriſiurandi,§. vltimo.ff.de bonis liber.l.libertus qui, §.primo.Item quia filius iuſtus propter emancipationē vel reſciſsionem teſtamenti,non efficitur non filius: cum reſciſsio ipſa fiat quo magis admittatur, & non quo minus adhibeatur,vt ff.de bono.poſ.contra tabu.l.iij.§.ſi emancipatus.Nā per emancipationem vel adoptionem ve-

ritas naturæ non mutatur, (vt ff. de lib. & poſthu. l. filio) ſed potius honor præſtatur; vt in Inſtitu. per quas perſonas res nobis acqui. §. hæc quoque vel augetur. argumentū ff. de conditio. & demonſtra. l. falſus, §. primo. Sed nunquid ſuccedet filius emancipatus cum nepote in poteſtate æqualiter? videtur ꝙ ſic, per illud quod legitur ff. de coniun. cum emancip. liber. per totum. puto tamen quòd filius emancipatus, qui eſt proximior, ſuccedat ei, & eius filius excludatur, & hoc iure nouo: (vt in Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. §. ita demum. ff. de bonorum poſſeſ. contra tabu. l. ij. §. filium, & l. iiij. §. ſi quis filium. in Authē. de hære. quæ ab inteſt. §. primo, in fine, §. ij. §. ſi verò neque, in fine) immò etiā iure veteri verum eſt in iſtis beneficijs. argumentum ff. de bonis liber. l. ſi libertus præterito, §. primo, et l. ij. §. vltimo, & l. libertus qui, §. primo. in Inſtit. de ſuc. liber. §. & multis. & in conſtitutione antiqua libertorū veteris iuris, §. hoc quoque, & §. vltimo.

Sed adhuc quæritur an filius exhæredatus ſuccedat? argu. quòd ſic. ff. de religi. & ſumpti. fune. l. vel quod, primo reſponſo. ff. de colla. do. l. dedit dotem. ff. de ritu. nup. l. non ſolùm. j. reſponſo. ff. de lega. j. l. filiusfamiliâs, §. cùm pater. ff. de ſuis & legi. l. j. §. vlt. Idem videtur vbi præteritus habetur pro exhæredato vt ſuccedat in feudum: (argumen. ff. de bo. lib. l. ſi patronus, in prin. & l. Paulus, §. vltimo) vel vbi quis abſtinuit hæreditate paterna, vt in ff. de ſepul. viola. l. pen. in prin. ff. de relig. & ſump. l. vel ꝙ.

ff. de

ff.de iure patrona.l.filij hæreditate. Ad idem poteris inducere argumē. quæ notantur in filio, an poſſit feudum habere et hæreditatem repudiare, vt infrà eadem ſumma, §. item quæritur nunquid repud. in fi. è contrà videtur quòd filius exheredatus non ſuccedat niſi feudum ei aſsignetur, vel nō mala mente ſeu notæ gratia, ſed alio conſilio exhæredetur. argu. ff. de bon. liber. l. Paulus, in prin. & l. ſi patronus teſt. §. j. & §. ij. ff. de aſsigna. lib. l. prima, §. exhæredato. in Authē. de nup. §. ſoluto igitur, §. et ſi qs igitur, §. et ſup his, §. optimè in medio. C. de ſecun. nup. l. hac êdic. §. ei verò nō æqs, & l. vlti. ff. de ope. liber. l. cùm patronus, §. primo, et l. ſi operarū, in fi. in Inſti. de ſucceſ. liber. §. nā exhæredati, et §. ſi verò teſtamentū. Nā pro mortuis habentur, (vt ff. de coniū. cum emā. libe. l. prima, §. ſed ſi patruus) et. à iure tales filij reſpuūtur, vt in Authē. de hære. et fal. §. ſi exhære. et ad hoc etiam inducas argumentū infrà eadem ſumma, §. item quæritur nunquid repudiādo, in prin. vel pōteſt dici quòd exhæredatus admittitur ad beneficiū, ſi irritum factū ſit teſtamentū, per quod nemo ex teſtamento adijt hæreditatē, vel bonorum poſſeſsionem petijt, quia abſurdū eſſet ꝙ ex exhæredatione ſola deberet valere teſtamentū: alioquin ſi ab inſtituto adita fuerit hæreditas, exhæredatus repellatur, vt argu. ff. ad Senatuſconſul. Syllani. l. ſi exhæredatus, argumentū ff. de bo. liber. l. ſi patronus teſtō, l filius patroni. & hoc quòd filius exhæredatus non ſuccedat, ita videtur conſiderandum,

dum,vt ſi à patre tantùm exhæredetur, licèt ab auo non ſit exhæredatus,quòd nō ſuccedat nec in feudum patris nec aui:quia per patrem videtur debere conſequi bona auita,niſi primo pater deceſſerit quàm auus,quia tunc ſuccedat auo & non patri. Si verò exhæredatur ab auo tantùm,tunc non ſuccedat auo in eius feudum:ſuccedere tamen poterit in feudo patris. Si verò quis filium exhæredauerit tantùm,nihilominus eius nepos,qui nō eſt exhæredatus nec à patre nec ab auo, ſuccedet patri & auo,præmortuo patre vel eo viuente,cùm non ſit in eius poſtate:alioquin aliud eſſet,quia per talem nepotem acquireretur eius patri exhæredato. argu.ff.de bo. liber.l.ſi ex patronis,§.j & ij.& l.quòd ſi pater,& l. ꝙ ſi filius.ff. de op.liber.l.cùm patronus,§.j. Sed in hoc vltimo membro eſt argumen. contrarium ff. de coniung.cum eman.libe. l. j.§.ſi pater. & id quod dicitur ſuprà eadem ſumma,§.aſcendentes,§.dicitur quòd pater non ſuccedit filio.

Naturales verò filij non ſuccedunt,licèt efficiantur poſteà legitimi,nec ſuccedunt ſoli nec cum alijs,(vt in titu.ſi de feu.vaſall.fue.interpel. §.naturales) quamuis paterna macula nō inficiātur cùm pater non eſt iuſtus: ſecus ſi eſt iuſtus,vt ff.de ritu nup.l. Iulia,& §.j.quia pater non poteſt eos facere æquales legitimis, niſi legitimi poſt legitimationem patris ſpecialiter conſenſerunt. arg.in Lombar.de ſuc.l iij.ſuprà,qb. mo.feu.amit.§. pterea.arg.in tit. hic inci.cōſ.reg.c.j.§,vaſal.feu.arg.ff.de iur.fi.

l.ita

ita fidei,§.vlt. Aliud ſi generaliter cōſenſerint patri, vt det cui voluerit. arg. C. de inof. teſt. l. ſi aliquādo, in prin. ff. de bonis liber. l. Paulus reſpon. §. ſi patroni. in titul. explicit liber primus, §. inueſtitura. in titul. no. non pater. §. ex eo quod ſcriptum. Sed contra. ſunt argumenta, vt dici poſſit quòd naturales ſuccedere poſsint ſi per ſe facti ſunt legitimi non exiſtente legitima prole, vel etiā ea exiſtente ſi facti ſunt legitimi per patrē. in Authē. quib. modis natu. effi. ſui, §. ſi qs igitur, l. ex qualibet, in prin. & §. ſi verò filiis. & in Inſti. de nup. §. vlt. in Inſtit. de hære. ab inteſta. §. quibus, & §. nec etiam ſunt. & argument. pro naturalibus tantùm. ff. de in ius voc. l. parentes. Nam ſubſtitutum excludunt, quia in numero filiorum connumerantur ſecundum Trebatium, & Iabolenum: quamuis Labeo contrà ſenſerit, (vt C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter, §. vltimo,) & ad ſubſtitutionem vocantur, vt ff. de leg. ij. l. cùm pater, §. nolo, et l. antepen. §. vlt. & patronum excludebant, vt in Inſtitu. de ſucceſſ. liber. §. & ſiquidem. Item naturales pertinent ad Senatuſcōſultum vnde legitimi, vt ff. de ritu nup. l. ſenatus, & l. ſi quis tutor, §. vltimo, ff. ad Senatuſconſul. Tertyl. l. prima, j. reſponſ. Sed, vt puto, naturales nō ſuccedūt in feudum, nec eorum filij eadem ratione. argument. C. de nâtu. lib. l. vltim. argu. in Inſti. de hære. quæ ab inte. §. ſed vt aliquid. argum. ff. quibus ad liber. l. Iulianus. ff. de coniūgen. cum eman. lib. l. iij. ff. de operis libert. l. cùm patronus, §. penul. argument. ſuprà, quibus

modis feu. acqui. §. hoc autem. in titu. qualiter iurare debe. vaſal. §. ad filias. Nam ab inteſtato non ſuccedunt legitimis filijs exiſtentibus, niſi in quadam particula, (vt in Authen. quibus modis naturales efficiuntur ſui, §. ſi quis autem defunctus, & §. ſi quis igitur habens filios) et ex teſtamento in feudo nulla eſt ſucceſsio, vt infrà eod. j. reſpon. & argumen. in tit. de feu. & bene. c. nuper, §. nos, & §. quod autem. quod dic vt notaui ſuprà in ſumma, quibus modis feudum amittitur, §. pro anima. Item quæritur an pater poſsit filio ſuo naturali benè merito in feudum dare, qui ei non ſuccederet: quod dic prout notaui ſuprà in ſumma, quibus modis feudũ acquiratur, §. quòd dictum eſt quòd non valet, in fi. Sed quæritur an tales naturales ſuccedant ei matri in feudũ? quia quantum ad ſucceſsionẽ matris, non intereſt ſint naturales an legitimi niſi in ſpectabili: (vt C. ad Senatuſconſul. Tertyl. §. vltimo. ff. de bonis liber. l. patronæ. ff. ad municipa. l. prima, in fin. & l. eius qui iuſtum) ſed ego non puto quòd ſuccedant, quia, quantum ad hoc pertinet ius, non ſuccedunt, (vt in titul. ſi de feu. vaſal. fuer. interpel. §. naturales) nec diſtinguitur velint ſuccedere patri an matri, vnde nec nos diſtinguamus. argu. ff. de publi. act. l. de precio. ff. qui & à quib. ma. l. proſpexi. & l. ſequenti. Prætereà nõ ſuccedit patri, licèt factus ſit legitimus: vnde eodẽ modo licèt habeatur quo ad matrem legitimus, non debet ei in feudũ ſuccedere: itẽ quia iſti tales à matre ius conſanguinitatis & non

agna-

agnationis habent,(vt ff.vnde cognati,l. hac parte, & l.ſi ſpurius.in Inſti.de ſucceſsi.cogna.§.vulgo) & cognati iure iſto non admittuntur,vt in tit.qualiter iura.debe.vaſ.§.penul.in fi.filij tamē naturales et legitimi.benè ſuccedunt matri, vt in tit.qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſi fœmina,prout no.ſup.ead.ſumma,§.ſed dubitatur.Si tamen habuit filios ex diuerſis matrimonijs,filij ex priori matrimonio matri in feudum ſuccedunt & præferuntur alijs:(vt in tit.ſi de feu.vaſal.fue.interpel.§.mulier, §.quod placet, vt in alia cōpilatione feudorū,§.mulier habens feudum)in alijs verò bonis æqualiter ſuccedunt,niſi in rebus lucratis à primo,vel à ſecundo viro,quia primi ſuccedunt matri in lucro primi viri,ſcilicet eorū patris:ſecundi in lucro ſecundi viri, vt in Authent. de nuptijs,§.quoniam infirmitas,& §.optimè.C.de ſecund.nup.l.hac êdictali.

Adoptiui verò filij non ſuccedunt,vt in titu.ſi de feudo vaſallus fuerit interpel.§.adoptiuus.Nam appellatione filiorum non continētur adoptiui, (vt in conſtitutione libertorum veteris iuris,§.adoptiuus. ff.de bono.poſſeſsi.contra tab.l.prima,§.j.ff.de vac. & excuſat.muner.l.ij.§.adoptiui.ff.de leg.ij.l.ſi ita quis,§.primo.ff.de conditio.& demonſtra.l.fideicommiſſum.ff.ad Senatusconſ.Syllani.l.ij.primo reſpon.)niſi ſit filius emancipatus, qui ſit adoptatus ab auo paterno,vel ab ipſo patre fortè,vel ab auo materno: quia tunc iura vtriuſque,ſcilicet naturalia & adoptionis concurrunt, vt argumentum C.de

adop.l.penul.§.ſi verò pater.in Inſtitu. de adopt. §. ſi verò pater.in Inſtitu.de excuſ.tuto.§. in adopt. in Inſtitu.de hæred. quæ ab inteſta.§.noſtra autem. ff. de lib.& poſthu.l.filio,argumen. contrarium vt dicatur filius adoptiuus, & non tanquam naturalis, vt ff.vnde liberi,l.prima,§.ſi quis filiũ. Item etiam ſunt argument.vt quantum ad beneficium & honorem filius intelligatur,ſiue ſit legitimus & naturalis, ſiue adoptiuus, (vt ff.de ſena.l.filiũ,& l. ſenatoris filius,in prin.l.liberos ſenatorum.ff.de in ius vocan.l.adoptiuum,ff.de leg.præ.contra ta.bo.poſ.peti.l.prima, in fi.ff.ad muni.l.ordine, §. ius originis. ff.de ſuis & legi.l.prima,§.ſuus.ff.vnde libe. l. prima,§.rectè.ff.de rebus du.l.ſignatis.C.de decuri.l. cùm adoptiuũ) vel poſſet diſtingui vtrum adoptati ſint in fraudem an non. In ſecundo caſu admittuntur quemadmodum naturales ex matrimonio, in primo caſu non admittuntur,(vt argumen.C. de bonis damna.l.j.§.primo,& l.vlt.§.ex bonis) quæ fraus in nepote nato ex adoptiuo non poteſt deprehẽdi,arg.ff.ad muni.l.liberto,§. in adoptiua. Et hæc quæ ſuperius dicta ſunt de filio vaſalli exhæredato, & de naturali ac de adoptiuo,poſſunt ſimiliter induci ad filium domini exhæredatum,vel naturalem ſeu adoptiuum.Filij etiam nati ex vxore,cum qua matrimonium contractum eſt tali conditione vt filij nati ex ea non ſuccedant in feudo,non ſuccedunt,vt quidam dicunt:vſu tamen curiali ſuccedere videntur,(vt in alia compilatione feudorũ,§.filij

nati

nati. in tit. ſi de feu. vaſ. fue. interpell. §. filij nati. in tit. hic inci. conſ. reg. c. j. §. quidā habens) & hoc forte contingit lege ſalica in filijs natis ex ſecundo matrimonio prioribus exiſtentibus, vt ibidem, & in tit. ſi de feud. vaſallus fuerit interpel. §. mulier. nam & feud. dari poteſt, vt vaſal. habeat, & eius hæres, quē de vxore legitima haberet, vt in tit. de feu. & bene. c. nup à nobis, §. primo. In alijs verò bonis ita demū ſuccedunt, ſi alij non ſuperſunt, vt in prædicto §. quidā: iure tamen Romano videtur aliud, argum. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. C. de collateralib. l. pact. dotali. ff. de iureiur. l. iij. §. quæcunq;, in fi. §. ff. de pba. l. vltima, §. vltim. C. de libera. cauſſa, l. prima. C. de tranſact. l. tranſact. matris. & notaui ſuprà eadem ſumma, §. ſed quæritur an tales, in fine.

Item ſi vaſallus committit culpam, propter quam amittat feudum, ſcilicet delinquendo, filij non ſuccedunt nec de nouo inueſtiri poſſunt ſi vaſallus dominū occiderit vel mutilauerit, vt in tit. ſi de feudo vaſallus fuerit interpella. §. ſi vaſallus culpam. in titul. hic incipi. conſuetud. reg. c. j. §. vaſalli feud. Nam grande præiudicium facit filio factum patris, (vt argument. ff. de agnoſcen. lib. l. j. §. Iul. ff. de bo. lib. l. Iul. ff. de iur. patrona. l. qui contra. ff. de ſuis & leg. l. j. §. Iul. C. de bon. liber. l. j. C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. facit etiam ad hoc quod notatur in ſumma ſuprà, quibus modis feud. amit. §. ſed quæritur ſi filius repellatur, & §. item ſciendum eſt) niſi dominus eis filijs gratificatus erit, agnatis

 etiam

etiam eis gratiam facientibus,(vt in tit hic inci. con ſue.reg.c.j.§.vaſalli.feu.& c.hæc ſunt capitula, §.ſi contigerit)& maximè ſi innocentiam patris purgauerit, vt argu.ff.ad l.Iul.maie.l.vlti.ff.de iure fiſci, l.res quæ. j.reſponſ. vel vbi vaſallus dominum occidit vel mutilauit, vt in titu.de feu.& benefi. c. ad aures noſtri,& c.in quibusdam,§.j,et ad hæc etiam faciunt, quæ notaui ſuprà tit.j.§.item ſi vaſallus vaſalli: argumēta tamen ſunt contraria vt filius nō puniatur propter delictum patris, vt argu.ff. de interdic. & relega.l. eum qui.ff.de decur.l.ij.§.nullum. ff.de Sena.l.emancipatum, in fi.ff.de ritu nupti.l.generali,§. vlti.ff.de iure patro.l.iura libertorum,& l.diui fratres, primo reſponſo, in fin.§. j. ff. de bonis liber.l.Paulus,§.vlti.ff.de pœnis,l.crimen.ff.de mune.& honorib.l.iij.§.quod pater.in Lombar.de culpis ſeruorum, l. ſi quis alium. in Authen.de manda.prin.§.oportet. Sed nunquid ſuccedent fratres vel alij collaterales? reſpondeo, circa hoc recurre ad id quod notatum eſt in ſumma ſuprà, quib.mo.feu. amit.§.ſciendum eſt quòd vbi vaſallus. Py. tamen dicit ꝙ filij ſuccedunt quando eſt auitum, (argum. C.vnde liberi,l.vlt.& ff.de ſena.l.emancipatum,§. vltimo) quia videtur argumen.pro & contrà. Ad hoc potes inducere quæ notaui ſuprà eadē ſumma, §.& ſi diceretur quòd filius, in eadem ſumma, §.& ſuccedunt,& §.item quæritur nunquid repudi. Itē ſi filius vaſalli dominum offendat,& non ſatisfaciat vaſallo mortuo, ſcilicet patre ſuo, in feudum non ſuccedit

cedit, vt in tit. de feudis & benefi. l. imperialem, §. inſuper ſi filius. ad hoc etiam require ſummam ſuprà, quibus mod. feud. amit. §. item ſi filius vaſalli dominum offenderit.

Sed nunquid nepos ex filio ſuccedet, cùm filius deliquit contra dominum? reſpondeo, videtur quòd ſuccedat ſi eius pater ſit præmortuus: ſi verò viuat & in eius poteſtate non ſit, ſimiliter ſuccedet: ſi verò in eius poteſtate ſit, quamdiu in eius poteſtate eſt, non petit nec ipſe nec pater eius, qui inde commodum haberet: (vt argu. ff. de bonis liber. l. ſi ex. §. j. in fine, & l. quòd ſi pater, & l. quòd ſi filius. ff. de operis liber. l. cùm patronus, §. j. & ad hoc inquire ſuprà eadem ſumma, §. & ſi diceretur quòd filius, & in ſumma ſuprà, quibus modis feud. amit. §. ſed quæritur ſi filius) vel dicas quòd nepos nullo modo ſuccedet auo viuente patre ſuo, ſiue ſit emancipatus ſiue nõ: quia ſublata eſt cauſſa hodie, & maximè, ſecundum iura Romana, emancipationis & patriæ poteſtatis: (vt in Authẽ. de hære. quæ ab inteſt. & ſuprà eadẽ ſumma, §. ſed quæritur an filius emãcipatus, notatum eſt) & ita priuatur nepos ſucceſsione ſicut eius pater, vt notatum eſt ſuprà eadem ſumma, §. item ſi vaſallus cõmittat. Et quia quis in beneficio vel honore ſuccedaneus eſt ſucceſſor patris & non aui, eſto quòd vterq; functi fuerint honore vel beneficio. argumentum C. de decurio. l. priuilegio. ff. de hæredibus inſtituen. l. liber homo, §. vlti. ff. de vulg. ſubſti. l. ſed ſi plures,

§. filio,

§.filio,§. & ſi filius.ff. de bonis liberto.l.ſi ex patronis,§.j. Quòd dictum eſt ſuprà vtrũ filij ſuccedant vel non,non intereſt vtrum fuerit feudũ paternũ vel nouũ. In aſcendentibus autẽ quid obtineat, notaui ſuprà eadẽ ſumm.§. aſcendentes: in collateralibus non intereſt vtrũ ſit nouũ an paternũ ſeu antiquũ,vt ſi eſt nouũ, non ſuccedant collaterales niſi ſpecialiter dictũ ſit,& tunc ſuccedunt deficiẽtibus deſcendentibus, vt ſuprà,quib. mod.feud. acquir. §.ſin autem vnus.in tit.nouũ nõ pater.§.ſi duo fratres,in eodem §.filia.in titu.qualiter vſus benef.ſit tenen.§.duo fratres,& §.ſi quis acquiſierit.ſuprà, quibus modis feudũ amit.§.item ſi duo.in titu.de feu.& benefi.l.quicunq; igitur,§.j.& argum.ff.de conditio.& demonſtra.l.cùm quis.ff.de vulga.& pupil.ſubſtitu.l.ex facto,j.reſponſo.C.de fideicõ.l.cũ actu.argu.ff.de lega.pſt. contra tab. bono. poſ. peti.l.ij.§.j.nec etiam aſcendentes collaterales,vt in titu.qualiter iura.debe.vaſ.§. ad filias, in fi.

Item ſuccedunt collaterales,vbi ſimul duo inueſtiti fuerunt,& dictum eſt quòd tamdiu habeant, q̃diu ipſi vel eorum hæredes viuent: tunc vno fratre mortuo ſine liberis,filius fratris ſuccedit, vt in eodem §.filia,in fine.in titu.qualiter vſus benefi.ſit tenen.§.ſi quis acquiſierit.ſuprà quibus mõd. feu. acqui.§. ſin autem.in tit. de cap. extraor.§. ſi duo fratres.argu. ff. de lega ij. l.Titia,§.Seia.ff.de rebus dubijs,l.qui duos. C.de impube.& ali.ſub.l.cũ quidam ff.de vſufru. leg.l. codicil. j. reſpon.aliàs

enim

enim frater commodum habere nõ debet de nouo feudo fratris, etiãſi ſit acquiſitũ cũ armis & equis cõmunibus, niſi in fructibus qui percipiuntur dum ſimul ſtant, vel niſi domino ſciente feudũ ſit redẽptum de cõmunibus rebus & communi nomine, nec fratri ſuccedit cui partẽ dedit de eo feu. vt ſuprà, quibus modis feu. amit. §. item ſi duo, & in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenẽ. §. ſi quis acquiſierit. in tit. nouum non pater. §. ſi duo fratres in cõmuni domo. in titu. de capi. extra. §. ſi duo fratres. & in titu. de feu. & benefi. l. quicunq; igitur, §. quicunq; beneficium. argu. in Lombar. de ſuc. l. ſi fratres poſt mortem. arg. ff. de leg. præ. contra ta. bo. poſ. l. iij. §. j. ff. de col. bo. l. j. §. ſi autẽ id quod. ff. de mune. & hono. l. iij. §. vlti. argu. tamen videtur q́ ſi duo fratres inueſtiti ſunt ſimul, licèt ſimpliciter, q́ adinuicẽ ſuccedant, quaſi tacitè intelligatur dictum, vt C. de im pu. & alijs ſub. l. cùm quidã. argu ff. de aſſigna. liber. l. j. l. idem erit, §. vlt. & l. vlt. vel ſaltẽ iure accreſcendi, argu. ff. de vſufru. accre. l. j. & eſt argu. quòd frater excludat filios defuncti, arg. prædictarum ll. quod non puto verum.

Et vbi ſpecialiter dictum eſt quòd frater ſuccedat, ſi habuerunt ſeu acquiſiuerunt ſimul feud. ſibi & hæredibus maſculis & fœminis: tunc fœminæ. ſ. filiæ vaſalli excludunt fratrem vaſalli, quòd non eſſet in feudo paterno, quia in feudo paterno non patet locus fœminis donec maſculus ſupereſt ex eo q acquiſiuit, vt in titu. nouũ nõ pater. §. qui ſibi, j. reſpon. &

ſpon.& §.duo fratres.Si verò eſt paternũ feudũ, tũc prima cauſſa eſt liberorũ,vt ſuprà dictum eſt, ſecunda conſanguineorũ,tertia agnatorũ,ſi feudũ fuit eorũ parentis qui fuit caput agnationis cõmunis ipſorũ & vaſalli mortui,vt arg.ff.de ſuis & legiti.l.j.§.vl.& l.ij.ff.de aſsigna.liber.l.ij. in tit.qui debe.ſuc.in feu.j.reſpon.in titu.qualiter iur. debe. vaſal.§.p ſucceſ.& §.ad filias.ff.ſi tab.te. nullæ ex. l.j.in prin.in tit.qualiter vſus benefi.ſit te. §.j. arg. cõtra.ff.de aſsigna.lib.l.iij.in fin.& l. vtrũ. Ordo enim ſeruatur ſicut in legibus,vt in tit. hic incip.cõ. reg.c.lex Corradi,§.ſi quis interfecerit, in fi.ff. de le.ij.l.peto,§.vlti.Et ſuccedunt collaterales oẽs ex maſculo deſcendentes ab eo qui feudũ acquiſiuit,et vſq; ad vij gradũ,vel in infinitũ ſi feudũ eſt paternũ,vt in tit.hic incip.con.reg.§. vaſalli feu. in fi. in titu.qui debe.ſuc.in feud. j. reſpon. & in eodẽ §. j. reſpõ.ſuprà,quib.mo.feu.acqui.§.hoc quoque. vel vſq; ad decem,vt in Inſti.de ſuc.cog.§.hoc loco.

Et hoc verũ eſt etiã in aſcẽdẽtibus ex latere,(vt in tit.qualiter vſus benefi.ſit tenẽ.§.ſi qs miles mortuus.in tit.de cap.extraor.§.qdam habẽt.in tit.de feu.& bene.l.quicũq; igitur,§.j.)& tũc agnati vel collaterales,licèt videantur ſuccedere agnato vel collaterali,ſuccedũt tamẽ propter inueſtiturã p̃decefforũ maiorũ.ſ.patris vel aui: vnde quaſi in locũ maiorũ patris ſeu aui & aliorũ vidẽtur ſuccedere, vt in tit.qualiter vſus bene.ſit tenen.§.j. & §.ſi qs miles mortuus.in tit.de feud.& benefi.l.in nomine

ſanctæ

ſanctæ,§.ꝑcipimus,in fi.& l.quicunq̃. arg.ff.de interdict.& relegat.l.eum qui, in fine. Sed nunquid frater ex vtroq̃ parente excludet fratrem ex patre tantũ? videtur ꝙ ſic,vt argu.in Authen.de hære.ab inteſta.§.relictũ.& argu.in titu. hic inci.con ſue.reg l.lex Corradi,§.ſi quis interfecerit, in fi.et in tit.explicit liber primus,§.in iudicio qđ de feudis,in fine.Sed ego puto ꝙ non,ſed æqualiter admittantur,cùm in feudũ non ſuccedũt cognati,ſed ſolũmodo agnati,vt in titu.qualiter iur.deb.vaſal.§.ad filias.& agnati fratres intelliguntur,ſiue ſint ex vtroq̃ parente ſiue ex patre tantùm, (vt in Inſtit. de legiti.agnato.ſucceſ.§. itaq̃ eodem. in Inſtit. de legi.agna.tute.§.j.ff.de gradi.affi.l.vlti.§. inter agnatos,in fi.C.de legi.hære l.j.) & non eſt inquirendum niſi adſit frater legitimus ex parte patris, vt in tit.de feu.& beneſi.l.in nomine, §.ſi fortè. Item ſuccedunt collaterales ꝓximiores in gradu, (vt in titu. qui debe.ſuc.in feud. in fine primi reſponſi.in tit.de cap.extraor.§. quidam habens) & deficiẽte illa linea æqualiter ſuccedũt,vt ibidẽ,dũmodo fuerit feudũ ex eo acquiſitũ:alioquin nõ, vt in tit.qualiter iur.deb.vaſal.§.ad filias.Nam & filij fratris mei præmortui præferri debent patruis meis in feudo meo, licèt ſint mihi in gradu æquali, vt in Authen.de hære.ab inteſta.§.illud palam.

Veruntamen ſi eſt frater cum nepotibus ex fratre,ſuccedunt in ſtirpem & non in capita: ſed vlteriores ſuccedunt in capita & non in ſtirpem, vt in predi-

prædicto §.ad filias.in titu.qui debeant ſuc. in feud. in fi.primi reſponſi. in Authen. de hære. ab inteſt. §.reliquum,& §.ſi de non. in Authen. vt fratrum filij.j.reſpon.in Inſti de legi. agna.ſuc.§.hic etiã, in fi.§.videlicet. argu. tamen videtur quòd in capita ſuccedant & non in ſtirpem, & vt fratres repellãt nepotes ex altero fratre præmortuo & etiam vlteriores:(vt argu ff de bonis liber.l.ſi libertus præterito,§.j.in Inſti.de ſuc.liber.§.multis alijs) & maximè frater repellit nepotes ex altero fratre, ſi pater eorum repudiauit.argu.ff.ad Senatuſconſ. Tertyll. l.j.§.ſi nemo. ff.de coniun.cum eman lib.l.j.§. ſi pater impo.& erunt leges multæ in arg. quòd domini ſuccedant in capita & non in ſtirpem, & proximior alios expellat. Et ſi duos nepotes habeat ex vno fratre, & vnũ ex altero, quòd in capita ſuccedant, vt dictum eſt: tunc ſi vnus ex duobus nepotibus feudum recipere nolit, eius portio accreſcet fratri & non alteri nepoti, (argu. ff. de aſsigna. liber. l.j.§.vlt.ff.de ſuis & legi.l.ij) & non fiet diuiſio vaſalli pro hæreditaria portione, ſed pro virili.argum. ff.de ope liber. l iuriſiurandi,§.vlt. immò videtur quòd non poſsit diuidere vaſallos, argum. ff.de iure patro.l.vlti.ff.famil.erciſcun.l.quædam mulier: licèt conſuetudo obtineat in contrarium. & ad hoc inquire in ſumma ſuprà, quib. mod. feud. amit.§. item videtur quòd prohibeatur diuiſio, in fin. Vbicunque tamen defertur feudum alicui proximiori agnato vel filio, eo feudum repudiante, defertur

proximiori

proximiori vel ulteriori agnato: licèt hoc locum habebat olim tantùm inter agnatos, vt in conſti. librorum veteris iuris, §. altercationes, §. hoc quoque obſeruãdum, & eſt græca, quam habeo in cuſtodia. & in Inſti. de legi. agna. ſuc. §. placebat, §. ſed nos. §. in quo, §. fit mentio illius conſtitutionis græcæ. & C. de legi. hære. l. defuncti. ff. de ſucceſſo. edic. l. j. §. qui ſemel, & §. quibus. ff. de iure patro. l. ſiue patronus, §. vlt. argu. C. de proxi. ſacro. ſcri. l. vnicuique, §. quod ſi quis. ſuper hoc etiã notaui in ſumma ſuprà, quib. mo. feu. acquir. §. ſed pone quòd vaſallus, circa fi. §. inf. eadem ſumma, §. ſed quæri poteſt vbi dictũ eſt. Poſſunt etiã aſcendentes ex latere ſuccedere in feudo antiquo, ſi deſcendentes non ſuperſunt, (vt in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſi quis miles mortuus. in titu. de feu. & benefi. l. quicunque igitur, § ſi quis igitur) dummodo ille collateralis ſit ex deſcendẽtibus illius q̃ primo acquiſiuit, alioquin nõ: (vt in tit. qualiter iura. debe. vaſ. §. ad filias. & de hac materia notatur etiã ſuprà ead. ſumma, §. aſcendẽtes) vbi verò vaſ. feudũ antiquũ vult domino refutãre, vt iterũ de nouo inueſtiatur vel vt eius filia inueſtiatur quæ ſuccedere non poterat, nõ poteſt, & ſi fiat nõ nocet agnatis: q̃a non appellabitur nouũ, ſed potius vetus. ſicut et erat, (vt in eodẽ §. j. in titu. no. nõ pa. c. Titius, §. quidã. in titu. ſi de feu. vaſ. fuer. interpel. §. Titius. arg. ff. de ſolutionibus, l. q̃ ſic ſoluit. ff. de impenſis in re. do. fac. l. q̃ dicitur. ff. de pecu. l. peculij, §. ſi ære. ff. de preca. l ſed ſi manẽte) niſi cõſenſerint

agnati, vt ſuprà, quib. mo. feu. amit. §. præterea. inf. eodem §. j. in tit. hic incip. con. reg. c. j. §. vaſalli feu. & c. hæc ſunt, §. ſi contigerit. in Lombár. de ſuc. l. iij. & præiudicabitur ei tantùm qui conſenſerit & non alijs, vt in titu. ſi de feu. vaſ. fue. §. vlti. in titu. hic inci. cõſue. reg. §. vl. ſuper tamē materia huius §. tractatur plenius ſuprà ea. ſumma, §. ſed circa hoc.

Cognati verò non ſuccedunt, vt in titu. qualiter iura. debe. vaſ. §. ad filias, in fi. ſed coniunctis ex parte patris, vt in titul. de feudis & benefi. l. in nomine ſanctæ, §. & ſi fortè, & l. quicunque igitur, §. ſi quis igitur miles. in titu. qualiter vſus bene. ſit tenen. §. ſi quis miles mortuus: iure tamē Romano in alijs ſublata eſt differentia agnationis & cognationis, vt in Authen. de hære. ab inte. §. reliquum, & §. j. & dicuntur cognati in genere, tamē dicuntur agnati quaſi ex vno agnati, qui commune naſcēdi initiū habuerunt: ſed ſpecialiter dicuntur cognati per fœmineum ſexum, agnati ſunt cognati virilis ſexus ab eodē orti, vt ff. vnde cogna. l. j. in principio. ff. de ſuis, & legi. l. ij. §. primo. in Inſtitu. de legi. agna. tute. §. primo.

Maritus verò non ſuccedit vxori, vt in tit. qualiter vſus bene. ſit tenen. §. ſi fœmina, in prin. in titu. nouū non pater. c. Titius, primo reſponſo: etiāſi ambo ſint inueſtiti, vt in titu. de capi. extraor. §. ſi maritus, niſi aliud dictum ſit, (vt in prædictis, & in Authen. de non alienan. §. emphyteuſin. C. de rei vxo. act. §. illo) vel niſi ille vir ſolus inueſtitus ſit de beneficio

uxoris, non gerendo eius negotium, ſed ea iubente et volente, quo caſu ei non acquiritur, vt in titu. de capi. extraor. §. ſi maritus. nec uxor viro ſuccedit, vt in titu. qualiter iura. deb. vaſall. §. è contrario, in fi. Veruntamen vir debet ſeruire pro vxore, & debet vti & frui feudo dum ſeruit, (vt plenius notaui in ſumma ſuprà, quibus mo. feud. amit. §. item excuſatur propter ſexum; & §. in dotem. & ſuprà eodem §. ſic ergo nepos) & vaſallus etiam vxoris excuſaretur, ſi viro eius opem tulerit & eum praelegerit prætermiſſa domina, cùm ambo indigerent ſeruitio, ſed ambobus non poſſet: (argumen. ff. ad ſenatuſcō. Sylla. l. ſi quis in graui, §. ſicut omnes, in fin. argum. ff. quod vi aut clam, l. autem, §. ſed & ſeruus) iure tamen Romano & Longobardo in alijs bonis benè ſuccedunt adinuicem ſibi, ſi alij propinqui deficiant, vt C. vnde vir. & vxor, l. prima, & in Authent. ibi ſignat. in Lombard. de ſuc. l. quicunque ex quacunque.

Sed quæri poteſt, vbi dicitur quòd frater ſuccedit fratri decedenti ſine liberis, an liberis extãtibus feudū habere nolentibus nec hæreditatē, poſſit ſuccedere frater? reſpondeo videtur quòd ſic, ne nudum nomen liberorum noceat fratri, ſed tunc obſtet quando feudum habent: (argumen. ff. ad ſenatusconſul. Trebelli. l. j. §. liberi, & §. ſed ſicut, & §. vltim. in Authen. quibus modis naturales effi. ſui, §. ſi quis autem, in fi. in Authen. de nuptijs, § ſi quis enim. ff. de bonis liber. l. libertus ſub, §. vlti. et pē. & l. ij. ff. de

 iure

re patro.l.ſi non,§.vltimo.in Inſtitu.de ſuc. liber.§. cùm verò, & §.ſi verò teſtã.ff.de ſucceſ.edicto,l.j. §.quibus.ff.de fideicõ. liber.l.cùm quæritur,§.ſed & ſi quis.ff.de aſſigna.liber.l.prima,§.ſed ſi is.C. de inoffi.donationibus, l.precibus) maximè cũ proximiore repudiante ſequens admittatur.(C.de leg. hære.l. defuncti. in Inſti de legit.agna.ſucceſſi. §. placebat,§.ſed nos.) et quia inſtituto non adeunte exhæredatus non repellitur, vt argumen.ff. ad ſenatusconſul.Syllan.l.ſi exhæredatis.ff.de bonis liber. l.ſi libertus teſtamẽto,§.filius patroni.ff.de bono.poſſeſ.contra tabu.l.filium:ſed argumentis quibuſdam contrarijs videtur in eo caſu fratrem excludendũ, quia defecit conditio liberis extantibus,licèt nõ fuerint hæredes. argumentum ff.de ſuis & legi.l.prima,§.ſi ſuus filius,et l.ij. in principio. ff. de ſucceſſo. edic.l.vltima ff.de leg.j.l.filiusfamilias, §.cùm erit rogatus, & l.ſi poſt mortem,in principio.ff.de fideicommiſ. liber.l.cùm quæritur,§.ſed & ſi quis. Nã hærede relicto vlterius frater non admittitur,vt ſuprà,quibus mo.feud.acqui.§.ſin autem,in fine. Idẽ in filia dicitur,vt ſuprà,quibus mo feud.amit.§ penultimo. In feudo paterno videtur ſimpliciter verum, quòd filio repudiante ad agnatos pertineat, vt in titu.hic incipi. conſue.regn.c.hæc ſunt capitula,§.ſi contigerit.& argumen.ff.de aſſigna.liber.l.j. §.ſed ſi is.ff. ad ſenatuſconſul. Tertyl.l.iij. §.ſed ſi ſint.& notaui ſuprà eadẽ ſumma,§.& ſuccedunt, in fine. Quid ſi procreauerit filios frater antequam

decedat ſine liberis, nunquid admittetur frater? reſpondeo ſi dictum fuit quòd frater ſuccederet fratri decedenti ſine liberis, ſuccedet frater, licèt filios habuerit frater mortuus, cùm filij primò ſunt præmortui. argumen. ff. ad Trebel. ſenatuſconſul. l. ex facto, § ſi quis autem. argumentum ff. de iniuſto rup. irrito teſta. l. poſthumus præteritus, j. reſpon. quinetiam dicitur quòd reſtituatur ſuperſtiti qui filios haberet, vt argumen. ff. ad l. Cornel. de fal. l. diuus, §. vlti. & non videtur ſine liberis qui vxorem habet prægnantem, dummodo viuus naſcatur, vt ff. quando dies lega. ced. l is cui. Si verò dictum ſit quòd vnus ſuccedat alteri qui filios non habuerit vel non educauerit, tunc ſi vnus filios habuerit, licèt mortui ſint, eo mortuo poſteà ſine liberis, frater ſine liberis fratri non ſuccedet, vt argu. ff. ad Trebel. l. hæredibus inſtitutis, primo reſponſo. argumentum C. famili. erciſcun. l. ij. ff. quando dies lega. ce. l. cũ vxori. Sed pone quòd filios habuerit antequam feudum reciperet, & poſteà non habuerit & deceſſerit, quæritur an frater debeat admitti an filij primi? argumentum quòd frater, (vt argumentum ff. de conditio. & demonſtra. l ſi vir, & l. ſolemus) vel dicas quòd filij & non frater, quia & de primis filijs videtur ſenſiſſe & de vltimis, (argumentum ff. de liberis & poſthu. l. placet, & l. ideòq; ff. qui & a quibus manumiſſ. libe. l. matrimonij, in ſine. ff. de verborum obligationibus, l. boues, §. hoc) vel diſtinguas vtrum dominus ignorauerit ipſum habere filios, an

an ſciuerit. Si ignorauerit, videtur de primis & ſecundis ſenſiſſe: (nam eodem modo de primis dixiſſet, ſi ſciuiſſet) ſi verò ſciuerit eum habere filios tunc videtur ſenſiſſe tantùm de poſteà natis, vt argumentum ff. de conditionibus & demonſtrationibus, l. ſi iam facta, & l. ſolemius, & l. ſi vir. ff. de lega. ij. l. ſi ita ſit, §. ſi pater. arg. ff. de verb. oblig. l. eũ qui Cal. j. reſpon. in fin. ff. de libe. & poſthu. l. Titius, §. vlt. C. de inoffi. teſt. l. iij. §. ij. Item quid ſi dictum eſt quòd frater ſuccedat fratri, ſi vxor fratris filios nõ habuerit, & ipſa ex fratre non habeat, ſed ex alio? reſpondeo, puto quòd frater admittatur, vt intelligatur ſi filios vxor non habuerit. i. ex fratre. argu. ff. de cõdi. & demõ. l. cũ vxor vxori. Itẽ nũquid naturales filij fratris vaſalli mortui excludẽt fratrem ſupſtitem vaſalli retento pacto, quòd frater debeat ſuccedere fratri decedenti ſine liberis? item quaeritur de alijs filijs natis non ex legitimo matrimonio: reſpondeo videtur quòd excludatur, arg. ff. ad Trebel. Senatuſconſul. l. ex facto, §. ſi quis rogatus filijs, & l. heredibus inſtitutis, §. primo. C. de inſtitut. & ſub. l. generaliter, §. vltim. ff. de le. ij. l. cùm pater, §. volo, & l. antepen. §. vlt. ff. ad Treb. ſenatuſcon. l. ij. in prin. in Inſti. de ſuc. libe. §. & ſi quidem, & §. prodeſſe. ff. de ritu nup. l. ſenatus, §. ſi quis tutor, §. vltimo. & tamen non ſuccedent, vt dixi ſuprà eadem ſumma, §. naturales verò. vel poteſt dici quòd non excludant, vel diſcutiatur voluntas domini vtrum intellexerit de filijs legitimis, an & de naturalibus, argu-

argu. ff. ad Treb. ſenatusconſul. l. ex facto, §. ſi quis rogatus fuerit, & §. ex facto. Nec eſt abſonum dicere, quòd quis hæreditatem non habeat & alios excludat, vt ſuperius dixi. arg. etiam ff. de coniũ. cum eman. liber. l. prima, §. ſi pater. ff. de ſuis, & le. l. prima, §. ſi vnus, & l. ij. in prin. ff. de lib. & poſthum. l. poſthumus, j. reſpon. ff. de iniu. teſt. l. plus, j. reſpon. ff. de aſsigna. libe. l. prima, §. vlti. ff. de bon. poſ. contra tabu. l. filium quem, §. primo. ff. de inoffi. teſt. l. poſthumus, §. quis ex. ff. de le. j. l. filiusfa. §. cùm erit. ff. ad Tertyl. l. ij. §. liberi. ff. de fideic. lib. l. cũ quaſi, §. ſed & ſi qs. ad idem eſt arg. quod dicitur de vxore ſupſtite, ꝙ vir nõ poteſt cõcubinæ relinquere vxore ſuperſtite, vnde vxor excludit cõcubinam, nõ tamen ſuccedit, ſed potius agnati, vt in Authen. quibus modis natu. effi. ſui. §. diſcretis. Similiter vxor excludit naturales, non tamen ab inteſtato ſuccedit, vt in prædicto titul. §. ſi quis autem defunctus ad idem. ff. ad Tertyl. l. v. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi me in vacuam, quòd in eo. §. ij. argumen. contra ff. de acquir. poſ. l. prima, §. ſi vir vxori. ff. ad Trebel. l. ſi patroni, j. reſpon. ff. ſi ta. teſt. nullæ ex l. ſi quis, in fine. Item filij liberti excludunt patronum, vt ff. de iure patron. l. ſiue, §. vlt. in Inſtit. de ſucceſsi. liber. §. ſi vero teſtamentum, §. cùm verò. ff. de bon. liber. l. liber, §. penulti. ff. de bono. poſ. contra tabu. l. ſi poſt mortem, §. liberi. ff. ad Tertyl. ſenatuſconſul. l. ij. § liberi, §. ſed ſi ſint, & §. vlti. argumen. in Authen. de nup. §. ſi quis autem. Vel videtur vt dicatur quòd

frater excludatur viuentibus naturalibus, & eis mortuis admittatur, vt arg. ff de bonis liber. l. quare. ſimilia argumenta notaui ſuprà in ſumma, quibus modis feu. amit. §. ſed quæri poſſet ſi coactus, & §. poſſet quæri an pignus, §. ex ſeruitutis, & §. item ſciendum.

Item ſi dixerit dominus, ſi alter decedat ſine hæredibus, &c. an hæredes extranei repellant fratrẽ defuncti? putó quòd non, quia videtur tantùm de liberis ſenſiſſe. argumen. ff. ad Trebell. l. ex facto, §. vlti. in Authen. de naturali. lib. §. emphyteuſin. in tit. hic incip. conſue. reg. c. lex Corradi, §. profectò, in j. §. & ſi clientulus. argu. contra. ff. de ritu nup. l. liberta, §. j. argum. ff. de lega. iij. l. vj. §. j. Nam & à maioribus potius hoc intelligitur habere quàm à fratre, vt in titul. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. ſi quis miles mortuus. in titu. de feu. & bene. l. quicunque igitur, §. ſi quis igitur, & l. in nomine ſanctæ, & §. ſi fortè. arg. ff. de interdict. & relega. l. eum. qui, in fi. Vndè Pileus intelligit fratrem fratri ſuccedere debere ex quacunque cauſſa feudum amittat, niſi ex delicto commiſſo in dominum, dummodo culpari non poſſit is qui ſuccedere debet. argum. ff. de interdict. & relega. l. iij. Et ita demum ſuccedit, ſi domino ſatisfaciat, ſi in aliquo dominum offendit, vt in titul. de feu. & benefi. l. in nomine ſanctæ, §. præcipimus, & l. imperialem, §. inſuper ſi filius, & §. illud quoq;. Sed tamen filius vaſalli occidentis vel mutilantis dominum, vel rectorem, ſeu clericum illius Eccleſiæ,

vnde eſt vaſallus, non ſuccedit nec de nouo inueſtiri poteſt: (vt in tit. de feu. & benefi. c. ad aures, &c. in quibuſdam) licèt aliud ſit quando vendidit feudū, quia tunc filius & agnati inueſtiri poſſunt de eo feudo, & non intelliguntur inueſtiri de nouo, vt in titu. de nouo feud. & benefi. c. ex parte tua, §. ad hoc, & §. at in ſecundo.

Item quæritur ſi dictum eſt quòd fratres ſuccedant ad inuicem, ſi decedant ſine liberis, et vnus decesserit cum filijs, ſecundus ſine liberis, an nepotes ſuccedant patruo, an dominus? puto quod dominus admittatur pro ea parte, & non nepotes. argu. ff. ad Trebel. ſenatuſconſultum, l. hæredes mei, §. j. ff. de ſuis & legi. l. ſi ex pluribus, in fine. ff. de verb. ſig. l. ſciendum. ff. de vulg. ſubſti. l. qui liberis, §. j. in Authen. de reſtitu. fideicom. §. nos igitur, c. ix. Niſi & de nepotibus ſeu hæredibus adiectum eſſet in pacto, vt argu. ff. indi. ſolui. l. iam tamen, §. nunc, & l. penul. ff. rem ra. habe. l. ſi ſine, §. ſi in ſtipulatione. arg. ff. de arbi. l. diem, §. j. & l. ſed & interpellantur, §. vlt. arg. contra. ff. pro ſocio, l. adeò. Simili ratione patruus non ſuccedit nepoti. nam poſtquam frater præmortuus reliquit filium, frater vlterius ad ſucceſſionem non admittitur: quia conditiones deficiunt, vt ſuprà in titul. quib. mod. feud. acquir. §. ſin autem vnus, in fin. ſimilia notaui ſuprà eadem ſumma, §. et quod dico in filijs, circa fi.

Item quæritur, an ſub appellatione fratrum ſorores contineātur? arg. quòd ſic. ff. de pactis, l. tres fra-

tres.ff.ad Trebel.l.Lucius,§.Mæuia filium.ff. de lega.ij.l.Lucius Titius,§.quæſitũ) quod non puto in feudis.et arg.in tit.de conten.feu.§.& ſi clientulus. in tit.hic inci.conſue.reg.c.lex Corradi, §.profectò. ſimile notaui ſuprà eadẽ ſumma,§.& quod dico in filijs. Quæri adhuc poteſt,vtrum filius extractus de ventre matris ſuccedat in feudum,& maximè matri quæ iam mortua erat? videtur quòd nõ,quia nõ videtur eum peperiſſe,vt ff.de verb.ſig. l.ſi anniculis,§.vltimo. Puto tamen contrarium,quia licèt nõ intelligatur peperiſſe,tamen legitimus cenſetur quãtum ad ſucceſsionem,vt ff.de liber.& poſth.l. quod dicitur.argumen.ff.vnde cognati, l.j.§.penul.ff. ad Senatusconſul.Tertyl.l.j.in fi.primo reſponſo.Eodẽ modo poteſt quæri de hermophrodito:ſed diſtinguas prout lex diſtinguit,vtrum præualeat in maſculino, vt tunc admittatur ad ſucceſsionem tanquam maſculus:an præualeat in fœminino,vt tunc tanquã fœmina repellatur.argumen.ff.de ſtatu homi.l.quia. ff.de libe.& poſthu.l.ſed eſt,§. vlti.ff.de teſtibus, l. repetundarum,§.j.

Sed fortè quæret aliquis an clericus ſuccedat, de quo nulla eſt dubitatio: quia non ſuccedit, etiam ſi habitum poſtpoſuerit,maximè monachus,vel conuerſus,cùm ei cognatio non ſit in terra:(in Authen. quomodo oportet viuere,§.non ingredietur. & in titul. hic incip. conſue. reg. c. j. §. ex hoc, &c. lex Corradi,§.mutus,in fin.in titu.nouum non pater.§. miles.& in tit.ſi de feu.vaſal.fue,interpel.§.ſi clericus)

clericus ſuccedat in feudo.

cus) licèt non ſit cauſſa vnde poſſit exhæredari, immò cauſſa, quæ præceſſit, per hoc extinguatur, vt C. de Epiſ. & cleri. l. deo nobis, §. hoc etiam. in Authē. de ſanctis Epiſ. §. nullam. in Nouell. de Epiſ. & cleri. §. non liceat. in decretis. xxx. q. iij. c. vlt. Nec per ſubſtitutū poterit ſeruire, licèt in alijs bonis ſuccedat: prout notaui plenius de iſta materia in ſumma ſuprà, in titu. quibus modis feudum amit. §. item amittit ſi clericus efficiatur. Et ſi quæratur an filius legitimus clerici ſuccedat auo, dicas q; non: ſicut nec eius pater. ſimilia notaui in filio naturali & filia ſuprà eadem ſummá, §. naturales, & §. quod dico in filijs. Mutus verò vel alius imperfectus ſuccedit, & hoc vtilitate ſuadente receptum eſt, ne languor animi damnum in bonis afferat, argumen. ff. de ſucceſ. l. iuſto, §. eum qui. vel dic quòd non ſuccedit, ſed ad ſuſtentationē ſibi retinet ſi aliunde nō habet, vt in titul. hic incip. conſue. reg. c. lex Corradi, §. mutus. in titu. quibus modis feudum amit. §. vltim. & in titul. de feu. & benefi. l. quicunq; terram, §. j. in Lombar. de vlti. volun. l. j, argu. ff. vt in poſſ. leg. l. quæ legatorum. C. de ordi. cog. l. vlti. & ff. de iure deliber. l. ait prætor. in Authen. de inceſt. nup. §. j. Et talis excuſatur ſi domino non ſeruiat, (vt argumen. ff. ad Senatuſconſul. Syllani. l. ſi quis in graui, §. ſubuenitur, & §. ignoſcitur, put notaui in ſumma ſuprà, titul. j. §. propter, & §. excuſari) & hoc de eo muto, qui nullo modo loquitur, vt ſuprà in tit. quib. mod. feu. amit. §. vlt. nam mortuo ſimilis eſt, vt C. de teſta. &

ſta. & quemadmodum teſta. l. iubemus, §. ſin autem.

Sed quæritur, ſi datum fuerit feudum ſeruo à ſciente eum ſeruum cùm dari potuit eo caſu: (vt in tit. explicit liber primus. c. ij. §. perſonam. arg. ff. de lega. iij. l. xj. §. ſi ſeruo alieno) quamuis demum manumiſſus incipiat habere ſtatum, (vt ff. de capi. diminu. l. hodie) ſicut & baptizatus nouus homo, vt in decre. diſtin. xxvj. Deinde opponitur, vel manumiſſus alius homo dicat, vt ff. de ſolu. l. qui res, §. aream: vel alio modo ſtatu mutato, vt ff. de adimen. lega. l. ſi ſeruus legatus, in fi. cùm ſeruo concedi poteſt quòd liber factus capere poſſet, vt ff. de lega. iij. l. debitor, §. vlt. niſi ſit militia, vt ff. de lega. iij. l. fideicommiſ. §. ſi ſeruo alieno. & ad hoc etiam inquire quæ notaui in ſumma ſuprà, quib. mod. feu. acquir. §. in ſeruo accipiente. Seruo mortuo quis ſuccedere debeat in feudum, vtrum filij ſerui, an domini ſerui, an dominus feudi? videtur quòd filij non ſuccedant, quia tales filij non ſunt legitimi, ſed ſpurij: vnde videtur quòd non ſuccedant, vt argumen. C. de ſuis & legi. l. ex libera. C. ſolu. matrimo. l. ſi ignorant. in titu. ſi de feu. vaſal. fue. interpella. §. naturales. Nam nullum ius agnationis vel prætorium, vel ciuile, vel extraordinarium habet ſeruus, vt ff. de reg. iur. l. quod attinet. ff. qui teſta. face. poſ. l. qui teſtamento, §. penult. ff. vnde cogna. l. j. §. j. ff. de gradib. affi. l. vlti. §. inter agnatos. in Inſti. de ſeruili cog. in prin. ff. ad l. Cor. de fal. l. nullo modo. ff. de iure delib. l. j. Nam ſeruus

ſucceſſores habere non poteſt, vt C. communia de ſucceſ.l.ſeruus, nec ſeruus pro hærede poſsidere poteſt, vt ff. de vſuca.l.ſequitur,§. ſeruus: ſed potius videtur quòd dominus ipſius ſerui, quia quicquid acquiſiuit ſeruus, domino acquiſiuit, vt in Inſti. per quas perſon.nob.acqui.oblig. primo reſponſo. ff. de his qui ſui vel alie.iuris ſunt, l.prima. & beneficiũ, quod confertur ſeruo, datur eius domino. argum. ff. de ſucceſſo.edic.l.prima, circa fi.ff. de in integ.reſti. l.non ſolum. & ff. de lega.iij.l.xj.§.ſi ſeruo alieno.ff. de iure delibe.l.prima. Et quia poteſtas domini antiquior fuit. arg. ff. de capt. & poſtl.reuer.l.poſtlimi niũ,§. filiusfamiliâs: vnde eius cauſſa debet eſſe potior, argu. in titu. hic incip. conſue.reg.c.j. §. contra omnes in titu. de feu. & benefi.l imperialẽ,§.illud, & l.vt ſerui.in titu. de ſac. & for. fideli.c. qui fidelitatem, in fi. & l. in nomine Chriſti iuro, in fi. ff. loca. & conduc.l.in operis. & ad hoc poſſunt induci, quæ notata ſunt ſuprà in ſumma, in titu. quibus modis feudum amittit. §. item ſeruus vaſallus. Item quia iſte caſus lege feudorũ non reperitur expreſſus, vnde ſtandum eſt iuri Romano, vt in tit. explicit liber primus, §. primo. Nam iure Romano videtur quòd remanere debeat apud dominum ſerui, nec intereà ex perſona ſerui inuenitur quòd dominus feudi ſuccedat, (argumen. C. de vſu & habita.l. ex liberis) quia filij, vt dictum eſt, non ſuccedunt: vnde deficientibus deſcendentibus reuertitur ad dominum, niſi aliud ſit dictum, (vt in titul. qualiter vſus benefi.

nefic. ſit tenendus, §. ſi duo) & non ad dominum ſerui, vt tale beneficium non intelligatur acquiſitum domino ſerui per ipſum ſeruum. argumen. ff. de operis liber. l. ſeruus pater. in Inſtitutio. de ſtipula. ſeruor: §. ſed tamen. ff. de verbor. oblig. l. ſi ſtipulatus fuerim, in princi. & l. vlti. in princi. ff. de condi. & demon. l. qui hæredi, in prin. ff. de ſolu. l. ſi ſtipulatus ſim. ff. pro ſocio, l. verum, §. j. in fi. ff. de euic. l. minor, §. j. in fi. ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. qui liberis, §. hæc verba. ff. de ſtipula: ſeruo. l. antepe. Item quia filius non acquirit patri feudum, nec pater ſuccedit: (vt in tit. qui deb. ſucce. in feudum. j. reſpon. argumen. ff. de ritu nup. l. in eodem §. j. ff. de verbo: obli. l. ſi ſtipulatus fuerim, in prin. & l. vlti. j reſpon: ff. de ſoluti. l. ſi quis offerenti, §. j. argum. ff. pro ſocio, l. verum, §. j. in fi. prout notaui ſuprà eadẽ ſumma, §. aſcẽdẽtes) vnde nec dominus ſerui debet ſeruo in feudum ſuccedere, quia idem ius ſeruatur in ſeruo quod in filio: niſi in caſibus ſpecialibus, vt in Inſtitu: quod cum eo. j. reſpon. Sed quicquid argumentatũ ſit hinc inde, puto quòd filij ipſius ſerui, qui nati ſunt ex vxore ſua, cum qua legitimum matrimoniũ contraxit ſecundum Deum, in feudum ſuccedant: qa prima cauſſa eſt liberorum, (vt ſuprà eo. in prin. in tit. hic incip conſue. reg. l. lex Corradi, §. per ſucceſſionem. in Authen. de nup. §. ſi verò decretis. argu. ff. de lega. ij. l. antepenulti. in fin. cùm filij tales ſint eiuſdem conditionis cum patre. argum. C. de inoffi. teſtam. l. in arena, in fin. in Authen. vt cùm de ap

pel.

pel.cog.§.cauſſas.in ver.ſi pater. argu.ff.de legat. ij. l.antepenult.in fi. Et dominus ſerui non ſuccedit ei, niſi contemplatione ipſius datum ſeruo eius fuerit: quod intelligitur ſi dictum fuerit in inueſtitura (ſeruo talis) & hoc filiis non extantibus. Nam ſi cõtemplatione ſerui tantùm, tũc dominus ſerui nõ admittetur, ſed dominus feudi. arg. ff. de vſufruct. l. ſi ſerui. vſufru. ff. de dona. cauſſa mor. l. ſi filio. C. de vſufruc. l. vlti. C. de iure delibe. l. penul. arg. ff de administ. tut. l. cùm poſt mortem, §. j. ff. de annu. lega. l. annua his verbis, §. j. ff. de conditi. & demon. l. filio. argumentum quòd hæc diſtinctio non ſit admittenda, argu. ff. de acti. emp. l. Iul. §. inter eum, §. ſi quid. ff de ædil. edict. l. cùm autem, §. vlti. ſimilia notantur in ſucceſsione aſcendentium ſuprà eadem ſumma, §. aſcendentes. verſi. ſecùs vbi contemplatione. argum. ſuprà dictarum ll. inductarum contra dominũ ſerui, & arg. ff. de euict. l. minor, §. j. in fi. Eadem quæſtio poteſt fieri de filio ſeruo, nato ex matrimonio vaſalli liberi & ancillæ, & eodem modo terminari: (ad hoc eſt quod notatur in eadem ſumma, §. ſimilis quæſtio poteſt notari) ſed hoc non obtinet ex conſuetudine Veronenſium, vt intellexi.

Item quæritur nunquid repudiando hæreditatẽ poſsit habere feudum? reſpondeo, ſi eſt filius, non poteſt, niſi in acquiſitione feudi adiectum ſit (ſibi & liberis) vt argumen. ff. de operis liber. l. cùm patronus, §. cùm libertus: quia habet neceſſe vel vtrumque repudiare vel vtrumque adire, niſi cõſenſerint

agnati,

agnati, & dominus filium quaſi de nouo feudo inueſtierit, et tunc de debito paterno propter feudum nõ tenetur, (vt in titul. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſi contigerit. in titul. qui debe. ſucce. in feud. §. ſimiliter ſi quis) niſi aliud diſponeret ſtatutum, vt eſt ciuitatis Veronæ: quo cauetur, quòd quocunq; tempore reperiatur filius commodo feudi paterni vti ſub quocunq; ingenio, quòd tanquam hæres pro debito paterno conueniatur, (vt in tit. de feu. & beneſi. conſtitu. c. vt feuda, in fin. & eſt arg. in Authen. quib. mod. natura. effi. ſui. §. ſi verò ab initio. argument. C. de natur. liber. l. iij. vltra medium l. argument. ff. de acqui. hære. l. ſi is qui bonis, l. ſi ſeruum, §. ſi quis ſuus. argumen. contra. ff. de vulg. ſubſti. l. ſi filius) vel dic, refert vtrum ante repudiationẽ vtatur feudo, an poſteà. argument. prædictæ l. ſi ſeruũ, §. vlt. Filius tamen exhæredatus à patre, feudũ habere poteſt quod fuit aui. argumen. ff. de lega. j. l. filius, §. cùm pater. et ad hoc inquire argumenta ſuprà eadem ſumma, §. ſed adhuc quæritur an filius exhæredatus. Si verò eſt agnatus, alius poteſt feudum retinere & hæreditatem repudiare: nec de debito propter feudum debet creditoribus ſatisfacere, niſi de fructibus qui fuerint tempore mortis, vt in ti. qui debe. ſuc. in feud. §. ſimiliter. l. ſi quis, in titul. hic incip. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. ſi contigerit, & §. j. §. vaſalli feud. argum. ff de aſsig. liber. l. aſsignare. C. de ſecun. nup. l. ſi quis prioris. ff. de ſuis & legi. l. j. §. ſuos. C. de natura. liber. l. ſi quis.

quis. & ad hoc multa ſunt argumenta contra filium, vel vt in totum agnoſcatur, vel in nullo, vt C. de iure delibe. l. quidam. ff. de acqui. hæredi. l. cum hæreditate. ff. de procur. l. in cauſſæ. ff. de arbitris, l. item ſi vnus, §. ij. ff. de adminiſt. tuto. l. cùm hæreditas. Argumenta tamen ſunt contraria, quæ magis videntur ad quæſtionem poſſe adaptari, vt filij admittantur ad feuda, ſi in inueſtitura adiectum ſit (ſibi & liberis) licèt hæreditatem repudient: cùm hoc capiant priuilegij vel beneficij nomine non hæreditatis, nec de debito teneantur, vt argument. ff. de ſepul. vio. l. penultim. & argum. ff. de operis liber. l. cùm patronus, §. cùm libertus, l. nihil. §. vlti. & l. ſi operarum. ff. de iur. patron. l. filij. ff. de bonis liber. l. Paulus, §. vlti. & ff. de acqui. hære. l. pro hærede, §. ſi quid tamen, & §. vlti. in Authen. de exi. & intro. reis. §. optimum. C. de proxi. ſac. ſacri. l. ſi quis in ſacris. C. de ſecun. nup. l. generaliter, §. j. l. hac edictali, in ſi l. ſi quis prioris, §. j. in Authen. de nup. §. quoniam, §. ſoluto, & §. ſuper his. in Authen. de quæſtore, §. penul. C. de leg. l. cum reſponſo. ff. de lega. j. l. qui filiabus, §. vlti. & l. ſi poſt mortem, in prin. & l. filio, & l. ſed & ſi, & l. nam, & l. quid ergo. ff. de verb. obli. l. quicunque, §. ſi quem. ff. de adop. l. ſi arrogator, §. j. argument. ff. de ritu nup. l. non ſolũ, in prin. ff de relig. & ſump. fune. l vel quæ, in prin. ff. ad Treb. ſenatuſconſul. l. quia per vim, §. reſtituta, & l. ſi patro. j. reſpon. C. de in ius vocan.

c. in nomine ſanctæ, §. præcipimus, in fine. & ſuprà dicta etiam argumenta poſſunt induci pro eis & contra eos, & ff. de ſepul. vio. l. pen. Sed tamen valdè videtur argumentum optimum, quod, qui noluit eſſe hæres patris, nec beneficium aui conſequi poſsit, quod conſequi debeat mediante patre etiam legis beneficio, vt in Authen de nup. §. ſi quis ex eis: quia quis in beneficio vel honore ſuccedaneus, eſt patris ſucceſſor & nō aui, vt notaui ſuprà eadē ſumma, §. ſed nunq̄d nepos. Item quid ſit, ſi nolit habere feudum, nec hæreditatem, ſed poſteà reperitur res hæreditarias vel feudum retinere? tunc puto quòd ad ſeruitium teneatur, vt C. de naturalib. liber. l. ſi quis feudum, circa medium legis. in Authen. quib. mod. natura. effi. ſui, §. & quoniam, & §. ſi verò ab initio. & in titu. de feud. & benefi. conſti. c. vt feuda, in fin. argumen. ff. de acquiren. hære. l. ſi is qui bonis. Quòd ſi vaſallus eſt defunctus ſine liberis, & agnatus proximior, qui poſſet hæres eſſe & cohæres in feudo, apprehendit feudum ſimpliciter, an videatur immiſcuiſſe hæreditati vt creditoribus hæreditarijs teneatur? videtur quòd ſic, cùm poſſeſſor erat hæreditatis & etiam feudi, vt ff. de acquir. hæredi. l. gerit pro hærede: ſed puto contrarium, cùm hæreditas poſſeſſionem non habeat, vt ff. ſi quis te. liber. l. eſſe ius, §. Scæuola. Et fecit ea, quæ ratione cohæredis facere poterat & non tanquam hæredis, vt argumen. ff. de acquir. hære. l. pro hæ-

rede,§.ſeruos,& §.Papinianus,in fi.ff.ſi quis omiſ. cau. teſta.l.j.§.qui ſub condi.

Adhuc etiam quæritur,ſi Titius ceſsit Mæuio aliquid in feudum,& Mæuius conceſsit Seio, & Seius ſucceſsit Titio,vtrum Seius poſsit à Mæuio petere fidelitatem? videtur quòd ſic quia Titius,cui ſucceſsit,poterat exigere à Mæuio vel ab eius hæredibus fidelitatem,vnde Seius debet & poteſt exigere: quin eodem iure vti debet, etiamſi aliàs non poſſet, quia iure eius vtitur,& eadem perſona cenſetur cũ Titio.argumen.ff.de priuileg.credi.l.ij.in fi.j.reſp.et ff.ſi quis cauſ.l.ſi cum, §.qui iniuriam.ff.vt le.vel fideicom.nomine ca.l.j.§.ſi quis.ff.de vſur.l.ſi quis. ſtipulatus.ff.de eden.l.quidam, §. nihil.ff.de iure fiſc.l.non intelligitur,§.ſi poſteriori.ff.de acqui.poſ. l.cùm hæredes.in Authen.de iureiur.à mo.præ. in prin.

Item quia non poteſt tanquam ipſe vaſallus,ſed tanquam quilibet hæres extraneus: vnde videtur quòd hoc facere poſsit, vt argumen.ff.de adop.l.ſi paterfami.§.qui duos.ff.quod cuiuſque vniuer.no. l.item.j.reſpon.ff.ſi tabu.teſta.nul. ex l.j.§.ſi quis. ff.ad Tre.l.ex facto.ff.de diuer. & tem.præſc.j.l. auitũ.ff.de.nego.geſt.l.acqui.§.cùm me.argumen. in titu.de feu.& benefi.c.ad audientiam noſtram. Item quia iure hæreditario poteſt eſſe actor et reus, vt ff.de iudic.l.in tribus.ff.fin.reg.l.iudiciũ ff.communidiui.l.ij.§.j.ff.de auct.tuto.l.accipientis.et ita vaſallus & dominus. Item quia iure hæreditario

qua-

dam tolerantur quæ aliàs non tolerarentur. arg. ff. de fundo dot. l. j. ff. ad l. Iul. de vi. public. l. ij ff ad l. Cor. de fal. l. j. §. pen. ff. de decuri. l. decurio. & ad hoc multa reperies arg. in ſumma, in tit. quib. mod. feu. amit. §. cum curia. E cõtrario videtur quòd nõ poſsit exigere, quia Seius tenetur Mæuio facere fide litatem, vnde ab eo exigere non debet. arg. ff. de dã. infec. l. qui bona, §. ſi quis. arg. ff. de nego. geſt. l. ſiue hæreditario) & inconueniens eſt vt eiusdem rei ſit dominus & vaſallus. arg. ff. de procura. l. licèt, §. penul. in Inſti. de aucto. tuto. §. vlt. ff. de aucto. tuto. l. pupillus. ff. de fideicom. l. ſi quis pro eo, §. j. Nam & qui furti tenetur, furti agere nõ poteſt, (vt ff. de fur tis, l. eum qui, §. is autem) & qui iniuriarum tenetur, iniuriarum agere non poteſt, vt ff. de iniurijs, l. ſed ſi vnius, §. ſi ſeruus in quo vſusfru, in fi. Nec qui ad exhibendum tenetur, ad exhibendum agere poteſt, vt ff. ad exhibẽ. l. iij. §. ſi metum) nec vir eſt cõdemnandus à muliere eius pecuniæ nomine, quam ipſa eidem debet, vt ff. de iure dot. l. promittendo, §. vlti. ff. ſolu. matri. l. nupta, §. j. Præterea cùm Mæuius agere poſsit contra Seium vt fidelitatem faciant, meritò eo nomine teneri non poteſt, vt C. de fur tis, l. apud antiquos, §. cùm ergo. Argumentum eſt etiam, quòd petitio viciſsitudinaria nõ admittatur, (arg. ff. de lega. ij. l. cùm pater, §. libertis) ſicut fundus non poteſt eſſe inſtrumentũ fundi, vt ff. de fund. in inſtrumento quod lega. l. quæſitum, §. ea verò quæ. Mihi tamen videtur quòd quicquid ex

vtraque parte ſit allegatum, vel poſſit allegari quòd ad inuicem faciant fidelitatem, & pro hac ſolutione faciunt hæc argumenta. ff. de in ius vocan. l. ſed ſi hac, §. ſi liberta. ff. de ſerui. ruſti. pdio. l. vnus. ff. de damno infec. l. damni, §. ſi vicinas. ff. de furtis, l. qui ſeruo, §. vlt. ff. de bonis liber. l. ſi patronum ex debita, in prin. ff. mandat. l. ſi verò non remunerandi, §. inde Papi. in fi. ff. ſi cer. pe. l. pen.

Conſueuit etiam quæri, ſi habens feudum ea conditione vt contra omnem hominem præſtet auxilium & hoc iurauit, filium emancipauerit, qui poſt emancipationem feudum ſibi nouum acquiſiuit, & domino contra omnem hominem iurauit, & mortuo patre vult eidem ſuccedere in feudum: nunc quæritur an teneatur iurare ipſi (domino quondam patris) fidelitatem contra omnem hominem excepto domino ſuo, & ſi nolit, an poſſit à feudo repelli? & an ſufficiat ſi iuret contra omnem hominem excepto ſuo domino? diſputationem huius quæſtionis omitto, quia plenè notauit Pileus in quæſtionibus ſuis. ſ. in illa filiusfamil. vel emancipatus feudum acquiſiuit. Soluas tamen ſecundum Pileū, vt dicatur quòd filius à feudo paterno non repellatur, vt argumentum in tit. de capi extraor. §. quodam ſatis bene, ſed propter nouam cauſſam & inopinatam nouo auxilio indiget, (vt ff. de interrogat. acti. l. de ætate, §. ex cauſſa. man. l. in quib. cauſ. feu. amit. §. exhæredationis,) ſed admittatur vt aliū æquè bonum præſtet, qui iuret fidelitatem cōtra omnem

nem hominem, (argumen. C. de decurio. l. nullus, et l. neminem. C. de agentib. in reb. l. in agẽtes, §. quod ſi. ff. pro ſocio, l. idemq́; erit) & hoc cùm præter fraudem feudi paterni nouum feudum filius acquiſiuit: alioquin vel priuaretur, vel iurare præciſè deberet, vt argument. in titul. de feud. & benefi. l. imperialem, §. vltim. vel, prout puto, debet iurare contra omnem hominem quemadmodum pater fecit, vt in tit. de capitu. extraord. §. quicunq; paratus. Nam conditio feudi non debet mutari ex perſonis hæredum, vt ff. de verb. oblig. l. ij. j. reſponſ. nec iſtud ſacramentum obuiat primo, quia in primo tacitè hoc ineſt vt maior dominus intelligatur exceptus, vt in tit. hic incip. conſue. reg. §. contra omnes. in titul. de feu. & benefi. l. imperialem, §. vlt. in tit. de ſacra. & for. fide. c. ea te. & c. petitio, & l. illud. in titu. extrà de iureiur. c. veniens ad ſedem: & maiorem reputo, quem habet iure paterno. ſimilia notaui ſuprà in ſumma, in tit. quibus modis feudum amit. §. excuſatur etiam vaſallus ſi dominus. & in tit. qualiter iura. debe. vaſal. §. iurare autem. Nam dominus patris quodammodo dominus filij eſt. argument. ff. de verb. ſig. l. licèt inter geſta, §. j. & §. ij. ff. de ritu nup. l. filio. Nam ab offenſione eius ſe cuſtodire debet etiam viuente patre, vt in titu. de feud. & benefi. c. imperialem, §. inſuper ſi filius. & argumentum Inſti. de hære. quali. & di. §. ſed ſui quidem. ff. de libe. & poſthu. l. in ſuis. Nam & ſi pater primò ab vno feudum acquiſiuit, poſteà ab alio, decedente vaſal-

lo iſto filius nouiter ſibi acquirit feudum, ſecundum quod erat antiquius feudum apud patrem, & ita erit apud filium, & ita antiquius feudum dicitur in caſu noſtro ex ſucceſsione paterna: & multum facit ad iſtam quæſtionem in titu. de capi. extraordi. §. quoddam ſatis. ſimilis quæſtio poteſt notari in filio ſeruo, ſuccedente in feudo patris liberi: videtur quòd non debeat iurare contra dominum ſuum, cùm ſit antiquior & maiori aſperitate timeat dominum proprium quàm dominum feudi. Nam dominus proprius plenam habet in eum coërcionē, vt ff. de lega. j. l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de vſufruc. l. loci, §. primo, & l. idem, §. j. in Inſtitu. de his qui ſui vel alie. iuris ſunt, §. nam ex conſtitutione. Item libertus ſeruitutem timet quæ eſt maior vel ſimilis morti, vt C. de obſequi. patro. præſt. l. ſi manu. C. de liber. & eorum libe. l. ij. ff. quod metus cauſſa, l. iſti quidem, §. j. Item quia ſeruus omnimodò debet dominum defendere & ſuam ſalutem non debet ante ponere ſaluti domini, vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §. ſi iuſſu. ff. ad ſenatusconſul. Syllani. l. j. in prin. & l. ij. §. occiſorum, §. ſerui quoties. quod non puto in domino feudi, argum. ff. de operis liber. l. hæ demum, in prin. Sed in hac quæſtione pro & contrà poteſt notari, vt notauit Pileus in ſuperiori: & require etiam in ſumma ſuprà, quibus mo. feu. amit. §. excuſatur etiam vaſallus ſi dominus, & §. item ſeruus vaſallus, & ſuprà eadem ſumma, §. ſed quæritur ſi datum fuerit feudum ſeruo.

Item

Item dubitari conſueuit vtrum omnes filij vaſalli debeant iurare? reſpondeo, ſi quidem omnes habent feudum diuiſum vel indiuiſum, iurabunt omnes, vt in titu. ſi de feud. vaſa. fue. interpel. §. omnes, in titu. de feud. & bene. l. imperialem, §. prætereà Marchia. arg. in Lombar. de his qui ſe in pote. alterius ſubdi. l. de fratribus. C. de decurionibus, l. licet. C. de mune. & hono. l. vlti. argu. ff. de lega. iij. l. iiij. ff. de adimen. lega. l. cùm vnus, in fi. primi reſponſi. ff. de ope. noui. nun. l. de pupillo, §. ſi plurium domi norum, & l. ſtipulatio, §. quæſitum. C. de teſta ma. l. vlt. §. ſin autem deeſt. Nam habere intelliguntur, habeant vno ſiue alio modo, vt ff. de verb. ſig. l. litus eſt, §. j. Et cùm plures perſonæ in locum vnius ſuccedunt, omnes pro ſingulari perſona ſunt accipiendi, vt ff. de condi. & demon. l. qui fundus: vnde fortè videretur quòd ſufficeret ſi vnus iuret pro omnibus, & nomine & vice aliorum, quaſi alij intelligantur conſentire, vt argumen. ff. de cura. furi. l. conſilio, §. vlti. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs, §. j. ff. de præ. ſtip. l. ij. ff. de excuſa. tut. l. libertum, §. vlti. ff. famil. erciſcun. l. ſi familiæ. ff. iudic. ſolui. l. iam tamē, §. vltimo. ff. de ædili. edic. l. quod ſi noli, §. Pomponius ait. ff. de fideicommiſ. liber. l. iiij. §. adijci. ff. de operis no. nuncia. l. ſtipulatio, §. quæſitū ff. de verb. oblig. l. ſi ſtipulatus fuero, §. j. in Authen. de ſanctis Epiſ. §. ſportularum j. & §. ſiue pro vno. Vel ſi nolunt omnes iurare vel vni conſentire, feudo priuentur, (argumen. ff. de vſufruct. l. quotiens, j. re-

 ſpon.

ſpon.ff.quibus modis vſusfruct.amit.l.ſi duobus,§.j.ff.de hære.inſti.l.quicunque ſoluendo, & l. mui-cem.ff.famil.erciſcun.l.hæredes eius,§.ſi in certo.ff vſufruct.quemadmodum.cau.l.j.§.ſi vſufr.nomi-ne.j.reſpon.in tit.ſi de feu.vaſal.fuerit interpel.§.o-mnes filij.in tit.explicit liber primus,§.nullam.in ti tul.de feud.& benefi.§.imperialem,& §.prætereà Marchia) vel refert vtrum fratres ſint conſortes bonorum,an ſint diuiſi, in primo caſu non obtineant vicem plurium,ſed ſufficiat ſi vnus pro omnibus iu rat:in ſecundo caſu obtineant vicem plurium vt o-mnes debeant iurare, & ſeruitia moderentur pro quantitate beneficij, (vt ff.de inter. ma. l.ſi is qui tres,in fin.in Inſti.de excu.tuto.§. item tria onera. ff.ad municip.l.magiſtratus.in titu. de capi.extra-ordi.§.cùm plures)ſed expreſsim lege cautum vide tur quòd primo dixi quòd omnes iurent: nec pote-rit dominus vnum ex filijs eligere vaſalli qui feu-dum totum habere debeat,ſed omnes veniēt ad ſuc ceſsionem æqualiter,vt ſuprà titu.quibus mod.feu. acqui.§.quia vidimus,in fi.Sed ſi ad vnum ex filijs ex diuiſione peruenit,ille ſolus erit vaſallus,& faci-et fidelitatem, & non alij,vt in tit.ſi de feud.vaſall. fuer. interpellat.§. omnes. & circa hoc require in ſumma ſuprà,in tit.quibus mod.feu.ami.§. verùm non licet pro anima,& inf.proxi.

Si verò dominus decedat pluribus hæredibus relictis,poterit vni aſsignare vaſallum,& ipſius ſo-lius erit vaſallus, vt proxi.ſimiliter dictum eſt, &

argu.

argumenta notaui in ſumma ſuprà, in tit. quib. mo. feu. amit. §. verùm licèt nō poſsit pro anima, & inf. proxi. Si verò dominus decedat pluribus hæredibus relictis, poterit vni aſsignare vaſallum pro anima, §. item poteſt vni ex filijs. Veruntamen non videtur quòd vaſallus deſinat eſſe alterius hæredis deficiente ſeu decedente eo, cui aſsignatus fuerit. argu. ff. de bo. liber. l. iij. §. ſi capitis. ff. de operis liber. l. vltim. ff. de aſsig. liber. l. j. §. j. §. ſed ſi, & §. ſi ſint. in Inſtitut. de aſsig. liber. §. j. Vaſallus tamen nō tenetur à fœmina recognoſcere, donec ſupereſt maſculus, ab eo qui inueſtiuit, ſi inueſtitor de illo erat ſimiliter vaſallus. Nam ſi eſſet allodium eius, benè recognoſcere tenetur à filia, vt in titul. nouum non pater. c. qui ſibi, §. nam & illud. Sed vbi dominus non aſsignauit vaſallum alicui ex filijs, tunc ſuccedent pro virili & non pro hæreditaria parte: (argument. ff. de oper. liber. l. vt iuriſiurandi, §. vltim. ff. ſi quid in frau. patro. l. iij. §. ſi plures, & l. iiij. ff. de ſepul. viol. l. prætor, §. ſed ad plures) vel diſtinguas vtrum ipſi ſint hæredes, an alij. Si ipſi hæredes, tunc pro hæreditaria: ſi alij, tunc pro virili, vt argu. ff. de ſtatu liber. l. qui pecuniam. Vaſallus tamen non tenetur omnibus ſeruire, vel fidelitatem præſtare, vel ab omnibus inueſtituram recipere, & hoc cùm ab vno feudum habuerit ab initio, qui plures hæredes poſteà reliquit: vnde vni tãtùm tenebitur & ſufficiet, ne in plures aduerſarios vel dominos diſtinguatur qui cum vno contraxit, vt in titul. de feud. & bene-

fi. l.

neſi.l.imperialem,§.prætereà Marchia. argu.ff.de ope. no.nun.l.de pupillo,§.ſi plurium res, & l. ædibus communibus.ff.ind.ſolui. l. iam tamen, §. pen. in fi.ff.de pecul.l.& an ancillarum,§.ſi quis cũ ſeruo.ff.de ædil.edic.l.iuſtiſſimè,§.primo, l.quòd ſi nolit, §.ſi plures.ff.de adminiſt.tuto.l.ij.§.penul.ff.de exerci.act.l.j.§.vlt.& l.ne in plures.ff.famil.erciſ. l.ſi familiæ.ff.de procura.l.licet,§.ſi plures.ff. quem admodum ſer.amit.l.nam ſatis,§.j.ff.de his qui deiec.vel ef.l.prima,§. vlt.& l.iij.ne ſi aliud dicatur, ad infinitatem perueniatur,quæ eſt euitanda, vt ff. de dam.infec.l.qui bona,§.vlti.ff.de fi.inſtru.l.vlt. in fi.ff.quãdo dies lega.ced.l.j.§. item.ff.de lega. iij. l.fideicõ.§.ſi quis x. arg.ff.de operis liber. l. ſi libertus iurauerit,in fi j.reſpon.& ff.de verbor.ſig.l.boues,§.primo.& ff.de verbor.oblig.l.eũ qui vel. Itẽ quia ex perſona hæredis obligationis cõditio nõ mutatur,(vt ff.de verb.obliga.l.ij ff.de præto.ſtip. l.ij. §.primo,ff.de damno infec.l.damna. §.ſi quis.ff.de diuer.& temp.præſcript.& l.cùm hæredes)& iniquum eſt vt hæredes plus ferant q̃ defunctus poſſet, vt ff.ſi familia fur.fe dica.l.vlti. Debent enim omnes conſentire in vnum qui faciat inueſtituram & cui faciant fidelitatẽ:& ſi non conſentiant in vnũ, iudex poterit eligere vnũ,ſcilicet idoneorem, vel cogere eos ad conſentiendum captis pignoribus, cùm non,ſi non conſentiant, ſibi ſe ad inuicem impediãt, vt argu.ff.de bon.auct.iudi.poſ.l.in vẽditione, in fi. in Inſti.de ſatiſda.tuto.§.itaq;,& §.vlti. argu.ff.de lib.ho.

lib.ho.l.iij.§.ſi tamẽ plures.ff.de accu. l.ſi plures.ff. ſi liber.cauſſa.l.intereſt, & l.duobus.ff. de lega.j.l. huiuſmodi,§.vlti.ff.de agno.li. l. ſi quis à liberis,§. ſi quis ex his ff.de ventre inſpi.l.prima, §. j. arg.ff. de vſufru.l.quotiens,j.reſpon ff. quib. mo.vſusfru. amit.l.ſi duobus,§.j.ff.de hære.inſti.l. qui ſoluendo, & l. inuicem.ff.vſufru.quemadmodum cau.l ſi vſusfru. nomine.j.reſpõſo.in tit.de feu.& bene. l.imperialem,§.præterea Marchia. Veruntamen puto ꝙ vaſallus debet denunciare omnibus vt conſentire debeant in vnum à quo petat inueſtituram & cui ſoli faciat fidelitatem,& ipſi domini debent eſſe parati inueſtire,& in vnum conſentire:tamen non cogitur vaſallus habere niſi vnum dominum,vt ſuprà dictum eſt,& argu.ff.de ope.no.nun.l. de pupillo,§. ſi plurium res.ff.de euict.l ſi res quæ ſibi,§. j.ff.de ver. obliga.l.in executione,§.inſolidum verò. vel dic ꝙ hoc verum ſit circa inueſtituram. Iurare autem nõ tenetur ſucceſſori domini, cùm iurauit prædeceſſori & ſucceſſoribus ſemel,vt argumen. in tit.de ſac. & for.fide.c.ego Epiſcopus, & c.retulit, & c. veſtratis. Videtur tamen quibuſdã argumentis, ꝙ vbi nõ conſentiunt,ꝙ ille debeat eſſe potior dominus ꝗ primò paratus fuit inueſtire,argumen. C.de manu. teſta.l.vlt.§.ſin autem deeſt. C. de cõmuni ſeruo ma. l.j.§.ſin autem vno.ff.de lega.j.l.ſi pluribus, in fi.ff. de noxa.l.ſi ꝗs à multis.ff de pecul.l.ſi verò. Quod ſi non ſint parati inueſtire, & adinuicem non cõſentiant,poterit vaſallus eligere quem voluerit,vt gratifica-

tificationi ſit locus & ab ipſis hæredibus domini trāſferatur electio in vaſallum, arg. ff. ad Senatuſcõſul. Sylla. l. iiij. §. ſi cùm omnes. ff. de lega. ij. l. ſi quis ſeruum, §. ij. & l. ſtatu liberum, §. j. ff. de ſeruit. l. ſi cui. ff. de ſer. ruſti. prædi. l. ſi via. ff. de lega. j. l. qui duos, et l. ſi quis à filio, §. j. C. de dona. l. ſancimus, §. ſin autem non in auro. C de ſolu. l. j. ff. de arbo. cædē. l. j. §. prius. Et ſi vaſallus non elegerit cùm eligere poteſt, debet omnibus fidelitatē facere, vt arg. ff. de adminiſt. tut. l. iij. in fin. ff. de ſtatu libe. l. Labeo, §. vlti. argu. ff. de lega. ij. l. ſi Titio aut Seio, & l. ſi quis Titio, §. j. & l. cùm quidam, & l. vnū, §. rogo, & l. cùm pater, §. hæreditatem, & §. rogo: argumenta tamē ſunt ſuperioribus cõtraria, vt omnibus ſit denunciandū; & ab omnibus petenda inueſtitura, & omnibus p̃ſtanda fidelitas. argu. ff. de euict. l. ſi rem quæ, §. j. ff. de operis no. nun. l. ſtipulatio, §. quæſitum. ff. de ventre inſpi. l. prima, §. vltimo. ff. qui ſatisda. cogan. l. ſed & ſi plures. ff. de verb. obli. l. eadem, §. ſi is qui, & l. in executione, §. in ſolidum, & l. cùm ex cauſſa. Poſſet etiam dici quòd vna tantùm fidelitas ex feudo dominis fiat, ſeruitium tamen omnibus non grauitate, ſed moderamine faciendum eſt, vt in titu. de capi. extraordi. §. cùm plures. Vbi verò à pluribus habet vaſallus inueſtituram, per inueſtiturā omnibus tenebitur iurare, (argu. ff. de vſufru. l. ſi cuius, §. Iul. ff. vſufru. quēadmodum cau. l. ſi vſusfructus mihi, §. vlti. ff. de ope. no. nū. l. de pupillo, §. ſi plurium dominorū, & argu. ff. de hæred. inſtit. l. ſi duo ſocij.

ff. ad

ff. ad municipa. l. ſi quis à pluribus. ff. de leg. tute. l. iij. §. ſi duo. ff. de iu. delibe. l. prima, primo reſpōſo, in fine) vel vni nomine & vice aliorum, vt ſuperiori §. notaui. Et vbi iurauit vni voluntate aliorum, non erit ſolummodò vaſallus illius, ſed pro omnibus erit vaſallus. argu. ff. de bo. auɛto. iud. poſ. l. cùm vnus. ff. vt in poſſ. lega. l. is cui, §. ſi plures, in fi. Et ſi iurauit fidelitatem vni contra omnem hominem & poſteà alteri, prior non erit pòtior, ſed æqualis ſecundo, vt concurſu partem ferant. argum. ff. de dam. infeɛt. l. ſi finita, §. ſi plures, & §. cùm autem. ff. vt in poſſ. lega. l. is cui, §. qui prior. ff. depoſiti, l. ſi hominem, in fi.

Sed quæritur an teneatur cuilibet inſolidū ſeruire? certè puto diſtinguendum an cōſiſtat in dando, an in faciendo. Si in faciendo vel non faciendo, ſi quidem faɛtum eſt diuiduum, tunc tenebitur cuilibet inſolidum: veruntamen ſi perueniatur ad æſtimationem, ſoluendo cuilibet partem, liberatur: vnde ſi contra vnum dominorum fecerit, amittet tantùm pro vna parte. argu. ff. de verbo. obligat. l. ij. primo reſpon. & §. ſi in faciēdo, & l. eadem, §. ſi is qui, & l. in executione, §. inſolidum. ff. ſi ſerui. vindi. l. loci corpus, §. ſi fundus, & l. & ſi fortè, §. ſi ædes. ff. de arbo. cædē. l. prima, §. non ſolùm. ff. iudi. ſol. l. ex iudicatum, & l. ex clauſula. in titu. hic inci. conſuetud. reg. l. lex Corradi, §. ſi vaſallus. & notaui in ſumma ſuprà, quibus mod. feu. amit. §. vbi verò eſt vaſallus alicuius vniuerſi. & §. ſi verò vaſallus eſt

pluriums

plurium dominorum. Si verò conſiſtat in dando, ſi quidem ſunt duo domini & rei ſtipulandi, tunc vaſallus cuilibet tenetur inſolidum, nec ſoluendo vni liberatur: ſi verò non ſunt quaſi duo rei ſtipulãdi, tũc cuilibet tenetur tantùm pro parte, (argu. ff. de duobus reis ſtipu. l. ij. & l. iij. §. vlti. l. reos, §. cùm in tabulis. arg. ff. ſi tabulæ teſta. nul. ex. l. j. & ff. ſi famil. fur. fe. di. l. vlti. ff. de ſtatu liber. l. qui pecuniã) niſi illud non recipiat diuiſionem, vt ſuprà dictũ eſt. Vel diſtinguas, vtrũ plures domini cõſtituerint partes ſuas diuiſim in feudũ, an oẽs vnà cõſtituerunt ſimpliciter. In primo caſu dominus, cõtra quẽ offenſum eſt, poterit agere pro parte quã dedit: in ſecundo caſu non, niſi alij cõſentiant. argu. ff. qui & à quib. manu. liber. non fi. l. ſi quis, in fi. ff. de ædil. edic. l. ſi quis nolit, §. ſi plures, & §. Marcellus. ff. de in diẽ adiec. l. intereſſe, § vlt. & l. ꝙ ſi vno. Vel dic ꝙ ſeruitiũ faciendũ eſt omnibus nõ cũ grauitate, ſed cũ moderamine, vt in tit. de capi. extraor. §. cùm plures, in fine. Pileus tamen in ſuprà ſcriptis quæſtionibus dicit ꝙ vaſallus tenetur petere inueſtiturã ab omnibus hæredibus domini, & omnibus facere fidelitatẽ, licèt ab initio tãtùm ab vno habuerit: quia vaſallorũ eſt iuſiurandũ, vel eſſe debet ad inſtar libertorũ quorũ eſt iuſiurandũ, (vt argumẽto in decr. xij q. ij. c. longanimitate. arg. ff. de iure patro. l. vltima) cùm ea, q̃ indiuidua ſunt, debeantur inſolidũ hæredibus, vt argu. ff. de ſerui l. viæ. ff. de ſerui. ruſti. p̃di. l. ſi vnus ex. ff. de condi. & demõ. l. ſi cui fundus. Vnde tantũ

facit

facit hæredibus omnibus inſolidum, quantum facie bat ſoli defuncto: q̄a vni pro omnibus iurādo poterit liberari, & omnibus cum moderatione nō cū grauitate ſeruire, vt in titu. de capi. extraordi. §. cum plu res. & argu. ff. de his quæ deie. vel effu. l. iij. à contra rio ſenſu illius l. vel ſi grauamen ſentit, feudum relin quat, & hoc ſecundum Pileum. Sed quicquid dixit Pileus, lex videtur expreſſa quòd vaſallus nō teneatur facere fidelitatem niſi vni, vt in titu. de feu. & benefi. l. imperialem, §. prætereà Marchia.

Sed quæritur de filijs domini an ſuccedant domino in vaſallitico, ſiue ſint hæredes domini ſiue non? reſpōdeo ſine præiudicio, quòd ſi vaſallus promiſerit & iurauit ſe fore fidelem domino & eius liberis, domino mortuo vaſallus remanebit fidelis filiorum domini, licèt nō ſint eius hæredes, (arg. ff. de ope. liber. l. ſi quis operas. ff. de verb. oblig. l. quodcūq;, §. ſi q̄s ita. ad hoc etiam ſunt argumenta quæ notaui ſuprà eadem ſumma, §. item quæritur nunquid repudiando) licèt eis iurari nō teneatur, (vt in titu. de ſac. & for. fide. c. ego Epiſcopus, et c. retulit, et c. veritatis) dummodo non repudiet hæreditatem, vt in titu. hic incipi. conſue. reg. §. ſi cōtigit, (vt etiam in prædicto §. item quæritur nunquid notatum eſt) vel niſi eſſet exhæredatus, vt notaui ſuprà eadem ſumma, §. ſed adhuc quæritur an filius exhæredatus. Si verò iurauerit fidelitatem domino, & non fecerit mentionem filiorum, ſi quidem debet facere certa ſeruitia domino mortuo, ſuccedent filij in vaſallitico, ſi tamen

hæredes domini extiterint: idẽ in extraneo hærede, argu. ff. de opis liber. l. à duobus, & l. cũm patronus, §. ſi libertus. ff. de ritu nup. l. libertum, §. primo. Si verò incerta ſeruitia, tunc filij domini ſuccedunt licèt non ſint hæredes, quod aliud eſt in extraneo hærede. arg. ff. de operis liber. l. ſi operarum iudicio. ff. de acqui. hæredi. l. pro hærede, §. ſi quid tamen. C. de ope. liber. l. liberti. ff. de dolo, l. non debet, & l. hæredibus. Sed fortè hoc nõ erit verum de hærede extraneo vt non ſuccedat, ſed potius videtur quòd ſuccedat ex conſuetudine & ei fiat fidelitas, non diſtincto debeantur ſeruitia certa vel incerta. arg. ff de pact. l. ſi pactum. C. de in ius vocan. l. venia. ff. de excep. l. apud, §. aduerſus. in tit. qualiter vſus bene ſit tenẽ. §. ſancimus vt nemo miles vltra annũ. in tit. hîc incipi. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, in princi. diſtinguo tamen vtrum fuerit allodium ipſius domini, an de ſuo beneficio. In primo caſu admittitur hæres extraneus vel filia, in ſecundo non: (argumen. in titulo, nouum non pater. c. ſi quis ſibi, § nam & illud) in feudo tamen Regni, Marchiæ, Ducatus, Comitatus non eſt ſucceſsio, niſi hæres à principe per inueſtituram acquiſierit, quod hodie videtur vſurpatum, id eſt, conſuetudine abrogatum, (vt argumen. ſuprà titu. quibus modis feudum acqui. §. hoc quoque. ff. ſolu. matri. l. ſi conſtante, §. quotiens ſecundum vnam lecturam) vel vſurpatum, id eſt, conſuetudine corroboratum, vt in prædicto §. quotiens ſecundum aliam lecturam, & ad hoc facit in titu. qua-

tu. qualiter vſus bene ſit tenē. in prin. ſed primā puto veriorem, nam vſurpatio eſt vſucapionis vel prioris ſtatus interruptio: vel vſurpatum .i. frequenter vſitatum, vt ff. de vſucap. l. ij. veruntamen in regno Vngariæ ſuccedit in regno maior frater, niſi maior frater detractet obſeruare votū emiſſum per eum, Hieroſolymam proficiſci pro patre: quo caſu minor admittitur et maior repellitur, vt in tit. extrà de voto. & vo. redēp. c. licèt, in fi. Eſt & aliud ſpeciale in regno Vngariæ, ꝙ alienationes à ſe factas in ꝑiudiciū regni ſui & cōtra regis honorem, etiā ſacramēto de non reuocando firmatas valeat & debeat reuocare, cùm in incoronatione ſua iurauerit iura regni ſui in honorem coronæ ſeruare, vt in titu. de ſac. & for. fide. & eius remiſſio, c. intellecto: quid autem ſit de imperio, notatum eſt infrà eadem ſumma, §. item Imperator. Item in ſoldate feudo nulla eſt ſucceſſio tam ex parte dantis quàm ex parte accipientis, niſi fortè in Epiſcopo vel prælato Eccleſiæ dante vel accipiente, (vt in titu. nouū non pater. §. quæſitum eſt. in titu. qualiter iura. debe. vaſal. §. qui à principe. argu. ff. de annu. lega. l. annuā, & l. annua his, in fi. & l. cùm quidā) qua morte tam dantis quàm accipientis finitur. ff. loc. & conduc. l. iiij. ff. pro ſocio, l. prima. C. de vſufr. l. habitatio. in Inſti. de vſufru. §. finitur. ff. de annu. lega. l. quintus, § in ſingulos, et l. Caius Seius, in fi. Idem in feudo Cameræ, vt notaui ſuprà titu. qbus mo. feu. amit. §. iſtud feudū Cameræ, & §. vbi verò ſoldata. Item nec feudū gaſtaldiæ vel

guardiæ,vt puto: & ad hoc inquiras in ſumma, inf. titu.j. §.poteſt hoc notari in feudo gaſtaldiæ, et ſupra,tit.quib. mo.feu.acqui.§. itẽ illud quod datur. Item feudũ vſufr.vel annuũ morte accipientis finitur,ſed non dantis,niſi detur collegio,vel vniuerſitati,vel Eccleſiæ,quo caſu in perpetuũ durat,vel ſaltem vſq; ad centũ annos:ſed feudũ vſufruc. finitur ſtatim morte accipientis etiã maturis fructibus, feudum autem annuum durat per annum in quo ingreſſus erat,vt argu ff. de annu.lega.l.duobus,& l. annuã,& l.annua his,in fi l.et cum quidam, & l. quintus,§.ſingulos. C.de vſufru.l.ſi patri tuo,l.ſi domina.ff.de cẽſi.l.forma,§.ſi verò qui. C.de Iuſti.Co. cõfir. l.quaſi,in fi. Quòd dictũ eſt,nõ tranſit ad hæredes,ſubaudias,niſi & hæredũ facta ſit mentio,vt argu. C.de dona.l.ſancimus, §.vlt.C.de vſufru.l.antiquitas:& notaui ſimile infrà eadem ſumma,§.item ſi perſonale. Item ſi prælatus Eccleſiæ inueſtiuerit aliquem de rebus Eccleſiæ,&,antequã tradat,decedat eius ſucceſſor,non tenetur eam adimplere.Item vbi inueſtiuit de beneficio ſui militis, & antequam ſit ſibi apertum decedat:quia eius ſucceſſor non tenetur eam adimplere,vt notaui ſuprà in ſumma,in titul.quibus mod.fend. acqui. §.in ſuprà dictis autem prælatis,§.ſi verò de rebus ad Eccleſiam,& §. ſi verò faciant. Item ſi quis domino iubente alicuius rei poſſeſſionem feudi nomine nanciſcatur & teneat, in hoc iure vel in hac re hæres eius admittetur,vt in tit. qualiter indi. feud.ſit ex.§.ſciendum.

Sed

Sed opponitur, nā dominus tranſtulit vnde inueſtiturā feciſſe videtur, vt in tit. explicit liber primus, §. inueſtitura pe. Itē ſuis etiam hæredibus videtur proſpexiſſe vaſallus, (vt in titu. nouum non pater. §. duo fratres) etiamſi mentio hæredum nō ſit habita, vt argument. ff. de proba. l. ſi pactum: niſi omitterētur ex certa ſcientia, vt non contineantur in inueſtitura. argu. ff. rēra. habe. l ſi ſine, §. in ſtipulatone.

Item acquirit vaſallus feudum ſine inueſtitura, ſi dominus dixit coram paribus curiæ, vade in poſſeſsionem feudi illius, & teneas eam pro feudo. Licèt enim non interceſſerit inueſtitura, tamē tale eſt ac ſi interceſsiſſet: quia poſſeſsionem nactus eſt vaſallus domini volūtate & feudi nomine, & pro inueſtitura habetur, vt in tit. hic incip. conſue. reg. §. ſciendum itaque, in prin. Idem eſt ſi aliquis probauerit ſe aliquid tenuiſſe aliquo tempore nomine beneficij domino præſente & non contradicente, & quòd ſeruitium quaſi dominus à vaſallo receperit: licèt non probet, inueſtituram debet obtinere, vt in prædicto §. item ſciendum itaque.

Item ſi quis ſit in quaſi poſſeſsione feudi, & in ea permanſerit per annum ſciente domino & non contradicente, debet obtinere ſine probatione tunc, dummodo iuret ſe vel patrem ſuum inueſtitum fuiſſe, vt in titu. qualiter iudi. feud. ſit ex. §. ſi aliquis eſt. Item ſi fuerit in poſſeſsione per triginta annos, & domino ſeruitium exhibuerit, præſcriptione tali poterit ſe tueri, licèt non fuerit inueſtitus, (vt in

tit. ſi de feu. vaſal. fue. interpel. §. ſi quis p̄ triginta annos) dummodo iuret ſe, vel patrem per inueſtituram tenuiſſe, vt in tit. qualiter iudi. feu. ſit ex. §. quidam obligauerat, & require ea quæ notaui in ſumma ſupra, titu. quibus mo. feu. acqui. §. item acquiritur præſcriptione. Vel dicas quòd nō tranſit ad hæredes niſi inueſtitura expreſſa interuenerit, vel niſi iubeat dominus de eo quod iam feudum fuit & coram paribus, vel aliquid ſit quod in inueſtitura p̄ſumatur, (putà dominus ſeruitium recepit tanquam à vaſallo) vel lōgi temporis poſſeſſio. Vel dicas quòd nō ſuccedit hæres, ſcilicet extraneus, cùm ſit feudū, licèt ſine inueſtitura: vel aliter, vt ſi vaſallus alleget tātùm id quod pro inueſtitura habeatur, quòd tūc non tranſit ad hæredem: ſi verò dicat interueniſſe inueſtituram, aliud eſt, vt in tit. qualiter iudi. feud. ſit ex §. ſciendum, §. ſi aliquis eſt, & §. quidam obli. Et ſic per id quod dictum eſt videtur ſcientiam ſine cōtradictione haberi pro conſenſu expreſſo: & ad hoc ſunt ſimilia, ff. de euic. l. quidam. C. de nup. l. ſicut. ff ad Maced. ſenatusconſul. l. ſi filius. ff. de exercito. acti. l. j. §. magna. ff. ſi ſerui. vindi. l. ſi à te. ff. ad Macedo. ſenatuſconſul. l. ſi filius. ff. de mor. inferen. l. ſi prius, §. vlt. Pileus tamē videtur dicere, q̄ vbi feudū acquiritur ſine inueſtitura, licèt p̄ inueſtitura habeatur, tamē ad hæredes non trāſit. & ad hoc inducit in tit. qualiter iudi. feu. ſit ex. §. ſciendū. Item ſi perſonale beneficium fuerit in feudū datum, non trāſit ad hæredes, niſi hoc dictum ſit: nam tunc ad

omnes

oẽs ſuccedẽtes in perpetuũ ſpectat. ſ. ad maſculos, et non ad fœminas. Nam regulariter perſonalia beneficia non tranſeunt ad hæredes, nec ad alios, vt ff. de cẽſi. l. forma, §. ſi verò qui. C. de aduo. diuer. iu. l. petitionem. C. de excu. mu. l. ſordidorum. ff. de aqua quot. & æſti. l. j. §. penul. ff. de cenſi. l. ætatem, in fi. ff. de iur. immuni. l. j, §. j. & l. immunitates. ff. de reg. iur. l. in omnib. caſib. ff. quib. mo. vſusfr. amit. l. ſi Titio, in fi. ff. de tutelis, l. tutelæ. & circa hoc notaui ſuprà, qui. mo. feu. amit. §. verùm licet, in fi. Ad quod poteſt poni exemplum ex prædictis legibus. ſ. quãdo conceſſum eſt alicui, ne munera ſordida vel ſimilia teneatur facere, rationem ſubgaſtaldiæ, vel bannũ, vel guardiã bãni dare, vel aquam ducere: veruntamen puto verius quòd tributum & datio ſint potius realia quàm perſonalia, quia ratione patrimonij pſtantur, vt C. de anno. & tribu. l. j. C. ſine cenſu vel reliquis, l. omnes. Quæ autem dicantur perſonalia munera, quæ patrimonialia & quæ mixta, ſatis colligi poteſt per id quod legitur ff. de munerib. & honorib. l. j. & l. numerum ciuiliũ, in prin. & §. patrimoniorum, & §. mixta. è contrario videtur quòd trãſeat ad hæredes. ſ. ad filios, licèt non ſit actũ, vt de priuileg. eorũ q in ſacro pala. l. j. lib. xij. C. de pxi. ſac. ſcri. l. in ſacris noſtris. C. de profe. & me. l. medicos. et arg. ff. ſol. mat. l. etiã. j. reſp. in Authẽ. vt exac. inſtante dot. §. ſi mihi. & ad hoc ſunt etiam argumenta, quæ notaui in ſumma infr. qualiter iura. deb. vaſal. §. generaliter. vel dicas quòd non tranſit, niſi di-

ctum ſit, vt ſupius dixi: ſed tamẽ dominus potius debet beneficiũ cõferre in filios illius, quam extraneos. arg C. de aduoc. diuer. iu. l. nemini, & l. petitionem C. de proxi. ſac. ſcri. l. vnicuiq;, §. j. C. de cur. vel cohor. l. quicũq;, in prin. arg. ff. de aqua quotid. et æsti. l. j. §. penul. & arg. C. de loc. præ. ciuilium, l. cõgruit, & l. vlt. §. ſi verò pro tali ff. de minori. l. ſi emptor. ff de in diẽ adiec. l. licèt, & l. neceſſe. C. de emphy. iur. l. vlt. arg. contra. in Authen. de non ali. §. neq; illud, & §. his ſolus. C. loca. & conduc. l. ne cui. Itẽ quòd dixi quòd tale beneficium non tranſit ad hæredes, intelligas ſi conceſſum eſt ſingulari perſonæ: ſecus ſi collegio, vel vniuerſitati, quia tunc benè tranſmittit ad poſteros, vt C. de cẽſi. l. forma, §. ſi verò qui. C. de Iuſti. Cod. confir. l. quaſi, in fi. arg. ff. de annu. lega. l. annua, & l. annua his, in fi. & l. cùm quidam. Item poteſt dici quòd olim omnia feuda dicebantur perſonalia, quia non tranſmittebantur ad hæredes, quãuis per imperatorem Corradum ſtatutum ſit vt ad filios & nepotes & fratres tranſmittantur, & hodie ex conſuetudine ad omnes deſcendentes in perpetuum, vt ſuprà titu. quibus mod. feud. acqui. §. quia vidimus, §. cùm verò Corradus. in tit. de feu. & bene. l. in nomine ſanctæ, §. præcipimus. Officiũ etiã quod quis habet iure hæreditario, ad alium tranſmittit: ſed iure legatario ad filios virilis ſexus tranſmittere poteſt, vt ff. de tutel. l. tutela. ff. famil. erciſ. l. ſi maritus. ff. de his qui not. infa. l. furti. §. illud planè. ff. de fideicõ. & hære. l. j. Item ſi cõceſſum fuerit alicui

per

per beneficium, vt poſsit boſchitare, terram effodere vel ſabulum, aut lapidē cedere vel ſimilia facere, poterit ipſe cōcedere: & ſi alius ſibi vim fecerit, habet interdictum q vi aut clam, l. deniq, §. vnde & apud Seruium: ſed non tranſmittit ad poſteros, niſi & de poſteris actum ſit, vt argu. ff. de lega. j. l. apud Iul. §. ſi quis alicui.

Item imperator non tranſmittit imperiū ad hæredes per ſucceſsionem, quia defertur electione & non ſucceſsione, vt in tit. extrà de ædil. & elec. po. c. venerabilem, §. inſuper ſi p̄dictis. & in tit. extrà de pact. c. accepimus: Et à deo hominibus mittitur, vt C. de vete. iur. enu. l. ij. §. quia verò imperialem, & l. j. in prin. in Authen. de fide inſtru. §. ij. in Authen. conſti. quæ de digni. §. penul. in fi. in Authen. in medio litis non fieri ſac. inſ. §. j. in Authen. de conſulib. in fi. & ab ipſo imperialis corona imponitur, vt in Authen. de moderatione Helleſpōti, §. hanc. Et dicitur imperialis fortuna in Authen. de conſulib. in fi. C. de iure veteri enucl. l. quia verò imperialem: imperium tamen ſemper dicitur eſſe, (vt in Authent. quomodo opor. Epiſcopos, §. quæ igitur) & in numero ſenatorū connumeratur, vt C. de digni. l. ius ſenatorum: quia ſenatores ſunt pars corporis principis, (vt C. ad l. Iul. maie. l. qſquis, in prin. Et iure imperatoris nō vtitur, niſi ſuſceperit inſulā imperialem, (vt C. de quadri. p̄. l. vlt. in fi. in Authē. de cōſulib. in fi.) q̃ à deo imponitur, vt in Authē. de moderatione Helleſponti, §. hāc: vnde videtur quòd ad poſte-

Z v ros

ros hæredes non tranſmittat arg. C. de aduo. diuer. iu. l. petitionem. Nam & Epiſcopus eligitur, in Authen. de ſanctis Epiſ. §. j. ij. & iij. & omnis dignitas & officium, vt ff. de decre. ab ordi. fa. l. j. & vt notaui in ſumma C. de decurio. §. ſexto. Nam & præſes creatur ab ordine, & in ordine eorum remanet, (vt ff. quando ap. ſit. l. j. §. ſolent, in fin.) et ita poteſt dici de principe, vt eligatur à ſenatu, vt argu. C. de offi. præfec. l ij. vt hodie à principibus eliguntur vel ſuffragio populi, vt in Inſtitu. de iure na. §. ſed qđ principi. argu ff. de offi. quæſto. l. j. Sed videtur quod ipſe princeps potuerit olim ſibi eligere ſucceſſorem, vt in decretis, diſtin. lxiij. c. in Synodo congregata. & in decre. xxiij. diſtin. c. In nomine domini, in medio. Sed hodie quidã principes eligũt imperatorẽ, q̃ poteſtatẽ eligẽdi ab Apoſtolica ſede acceperũt: ſed examinatio, ꝓmotio, vnctio, cõſecratio, coronatio, et manus impoſitio ad dominũ Papã ſpectãt, vt in tit. extrà de electione & electi po. c. venerabilẽ, §. primo et ſecũdo. Vnde & dominus Papa ex cauſſa poterit ipſum deponere, vt in Authen. de defen. ciui. §. nõ habente, vt in tit. de ſac. & for. fide. c fidelitatis, & c. alius item Romanus. & arg. ff. de regu. iur. l. eius eſt nolle. argum. C. de offi. præfec. præ. l. ſi quos. in Authen. de man. prin. §. feſtinabis. in Lombar. de offic. iudi l. ſi. Quod ſucceſſione deferatur, eſt argu. C. de fun. patri. l. hi quibus. in Inſti. de don. §. ſed primus quidem. in Authent. vt defunc. ſeu. fune. §. ſi verò etiam quoda. nam & Imperator Carolus fuit pater

Pipi-

Pipini Imperatoris, Pipinus Imperator fuit pater alterius Caroli Imperatoris, & iſte Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris, & Ludouicus fuit pater Lotharij Imperatoris, vt in Lõbar. de fur. l. ſi cuiuſlibet, & titu. de Epiſcopis & cleri. l. & hoc, & l. vt ibi tempore. & de capitulis pro lege tenendis, l. prima. Nam & Imperator Fredericus videtur innuere, in titu. de pace Conſtantiæ, in §. in ciuitate illa, in fi. §. quod poteſt cõcedere regnũ eius filio Henrico, & q̄ eius filia in regno eidẽ ſuccedat, ſicut & de facto, & iſte nunc Fredericus Rogerius Imperator fuit filius Henrici: ſed tu dicas q̄ hoc contingit potius electione Principum quàm ſucceſsione.

QVARTA PARS PRIMÆ partis principalis.

CAPVT CXXXVIII.

De cõtentione q̃ de feudo inſtituitur.

D*Ictum eſt ſuprà de natura feudi & de quadam eius ſpecie. ſ. de ſucceſsione, conſequenter vidẽdum eſt de alia ſpecie. ſ. de contentione feudi: vel ſupra dictum eſt de ſucceſsione feudi, & quibus modis acquiratur, ſed quia de his quandoque habetur contentio, idcirco videamus de contentione feudi. Et primò videamus qui & poſsint & debeant cognoſcere & iudicare, & quorum ſit cognitio: poſtea videbimus qualiter in cauſſa debeat procedi, & qualiter terminari. Et tanquam à digniori incipiamus.*

Si

Si contentio fuerit de feudo inter Imperatorẽ & vaſallũ qui ſit de ſocietate Lombardiæ, corã paribus, qui ſint eiuſdẽ ciuitatis, vel Epiſcopatus, ſecundum cõſuetudinẽ illius ciuitatis in eodẽ Epiſcopatu terminetur, niſi Imperator in Lõbardia fuerit, tunc enim cognoſcere poterit ſi voluerit: (vt in titu. de pace Conſtant. §. & ſi qua controuerſia, §. in ciuitate, in fine. & in tit. de feud. & bene. l. vaſalli, §. ſi qua) vel intelligas ꝙ & tunc pares cognoſcant, licèt nõ in illo Epiſcopatu, ſed in pſentia principis debet cauſſa agitari. Poterit etiã cognoſci eo loco vbi feudum vel beneficiũ poſitũ eſt, vt arg. in tit. de feu. & benefi. l. ſi quis in aliena, & c. ex parte. B. §. verũ. Si verò cõtentio eſt inter capitaneos de beneficio, coram Imperatore vel Rege de controuerſia cognoſcatur, vt in tit. proxi. c. ſi cõtentio. argu. in Lombar. apud quẽ pote. l. j. in tit. hic incip. cõſue. reg. l. lex Corradi, in prin. Sed ſecundũ Mediolanẽſes ita demũ verũ eſt, ſi quilibet dicat ſe inueſtitũ ab ipſo Imperatore vel Rege, vel de regali beneficio ſit cõtrouerſia: quia tunc cauſſa coram eo decidetur, cæteræ verò cauſſæ apud pares curiæ, vt in tit. hic inci. conſue. reg. l. lex Corradi, in prin. Si verò cõtentio eſt inter alios vaſallos, ſiue inter valuaſores minores ſeu maiores, tũc corã paribus curiæ cauſſa finietur. Si quæſtio ſit de beneficio ſiue de offenſa, & tunc pares curiæ faciãt, vt in tit. de feud. & benefi. l. imperialem, §. ꝑtereà ſi inter duos. in tit. de capi. extraor. §. illud quoq;, §. ſi de proprio, §. ſed dominũ offenſum. & in tit. proxi. §. ſi con-

§.ſi contentio fuerit. Et ſi dominus velit conqueri de vaſallo, et vaſallus de domino, ratio prius vaſalli diſcutiatur: quoniam pares maiorem iuriſdictionē habent de ſuo pari q̄ de ſuo domino, vt in tit. de capit. extraordi. §. ſi verò cōtentio fuerit. Si tamen is, qui controuerſiā patitur, pares ſuſpectos habuerit, tunc apud Imperatorē cauſſa terminetur. Idē ſi iudicatū eſt à paribus, & pars cōdēnata dicat iniuſtè datā ſententiā: vnde ad Imperatorē eſt recurrēdum, vt in titu. j. §. ſin autē miles dixerit. in tit. de feud. et benefi. l. quicūq; igitur, §. ſi miles dixerit, & l. in nomine ſanctæ, §. ſi contentio. Nā & ſi ad poſtulationē vaſalli dominus in iudicio curiæ ter fuerit admonitus vel citatus, vt poſſeſsionē dimittat, & dominus id facere diſtulerit, tunc licet vaſallo ad maiorē poteſtatē ire & ſibi cōſulere: & ſi dominus iuſtitiā facere nollet, poſſet vaſallus eū deprædare. ſ. iubente iudice, vt in tit. no. nō pater. §. dominus vocat, in fi. argu. ff de rei vendi. l. q; reſtituere. Ex ſuprà dictis etiā apparere poteſt ꝙ à patribus poteſt appellari, & etiā poſſunt recuſari. argu. C. de iudi. l. apertiſsimi, & l. vlti. ff. qui ſatiſda. cogan. l. arbitrio. ff. de appel. l. ex cōſenſu. & in tit. de feu. & benefi cōſtitu. c. & ſententias, in fi. arg. contra. de arbitris, l. j. C. de decurio. l. quotiens eū. Et eſt generale, ꝙ, vbi eſt cōtrouerſia inter dominū & vaſallū, ꝙ corā paribus curiæ cauſſa decidi poteſt, vt in tit. de feu. & benefi. l. imperialē, §. ꝑtereà ſi de feudo. Si pares ſunt, & eligantur concorditer pares. argu. C. de iudi. l. vlt. q;

ſunt

ſunt de eadem prouincia, vnde ſunt litigatores. arg. in tit. de feud. et bene. l. ſi imperialẽ, l. ſi duo, §. ſi res. in tit. de pace tenen. §. quoniam, & §. ſi tres. in titu. de pace Conſtan. §. in cauſsis. in Authen. vt ſponſali. lar. §. ad hoc. vel vnde eſt vaſallus: (vt C. de Epiſ. & cleri. l. iubemus, in fi. in Authen. vt diffe. iudi. §. ſi verò cõtigerit, & §. hæc omnia. C. vbi & apud quẽ cog. reſti. l. ij. argum. in tit. de pace Conſtan. §. ſi qua controuerſia. in tit. de feu. & benefi. l. vaſalli, §. & ſi quæ) vel vbi eſt feudum vel beneficium, C. de p̃d. mi. non ali. l. ſi p̃dium. in Authen. de Eccleſiarum immo. reb. ali. §. ſancimus. argu. in tit. de feu. & benefi. l. ſi quis in aliena, & c. ex parte poſt, §. verũ. q̃a melius veritas inquiri poteſt per eos, q̃ per alios. In ſubſidium tamen poteſt intelligi de alijs, ſi ibi idonei non inueniantur, vt C. vbi de ratiocinijs ag. oport. l. ij. in fi. C. de hæret. & Man. l. quoniam mulieri, in fi. C. quando Imperator inter pupil. & vidu. l. prima. arg. in Lõbar. de teſtibus, l. ij. §. & vt de ipſo pago. l. ſi quis cum altero, §. vltra. in Lombar. de offi. iud. l. nolumus autem. in decretis, diſtin. lxj. c. nullus obiectum, & diſtin. lxiij. c. ſanctorum. in tit. extrà de elect. & elect. pote. c. ne pro defectu. argu. ff. de magiſt. conue. l. j. §. ſi quando. C. de omni agro deſerto, l. quicunq;, §. vltimo. ff. de lega. j. l. cætera. arg. ff. de tu. & cu. da. ab his. l. j. in fi. & l. ius dandi, & l. diuus Marcus. C. qui dare tuto. poſ. l. neq; à præſide. C. vbi peta. tu. l. j. ff. de teſta. tut. l. quæro, in prin. ff. de excu. tu. l. ſcientia, §. vlti. & l. propter, §. vlt. &

l.vlti.in fi. C.de offi.præto.l.ij.C.de Epiſ.& cleri.l. in Eccleſiis.in Authen.de Epiſ.& cleri.§. adſcriptitios.ſimilia argumēta poteris inuenire in ſumma ſuprà,titu.quib.mod.feu.acqui.§. & hoc quod ſuprà dictum eſt locum habet.Si verò diſcordes fuerint in eligendo,tunc dominus primò eligit quos & quot voluerit,poſteà vaſallus tot quot dominus elegit,vt in titu.nouum non pa.§.ſi inter dominū & vaſallū. Si verò cōtrouerſia eſt inter dominum & vaſallū de allodio vel alia re extra beneficium, pares mittant eos ad iudicem,vt in titu.no.non pater. §. illud tamen.in tit.de feu. & benefi. l. imperialem, §. penul.in titu.de pace ten.l.quoniā diuina,§.ſi miniſteriales.in Authen.de quæſtore, §.ſi verò forſan. argu.C.de decur.l.quocunq$_3$. Niſi cauſſa videatur ſpectare ad dominū,nā tunc apud curiā cauſſa cognoſcitur:putà deceſsit aliquis relicto agnato,dominus credēs ſibi apertum aliū, de nouo inueſtiuit, & inter agnatum & nouum vaſallum fit controuerſia, vt in tit.hic incipiunt conſuetu reg.c. hæc ſunt capitula,§.ex eo quod ſuprà, in fine.

Si verò ex vna parte eſt ſucceſſor vaſalli, ex alia alius eſt poſſeſſor, qui habet cauſſam à domino, ſed tamen in feudum,tunc apud iudicem vel arbitrum cauſſa finietur: & ita intelligitur prædictus §. ex eo quod ſup.in prin.in tit.no.nō pater.§.vaſallus. Generaliter poteſt dici quòd ſi inter duos ſit de ben. controuerſia, & vaſallus conueniatur, quòd curia poteſt cognoſcere, ſi vocare eos velit: nec poterit

vaſallus

vaſallus iudiciũ curiæ declinare, niſi ſecundũ quod ſuprà ſuperiori §. dictũ eſt, vt in tit. no. nõ pater. §. illud tamen. in tit. hic inci. conſue. reg. c. hæc ſunt capitula, §. generaliter. argu. C. de Curialibus vr. Ro. l. j. lib. xj. C. de decur. l. quocunq;. Niſi pares fuerint ſuſpecti, vt in tit. de feu. & ben. l. in nomine ſanctæ, §. j. & notaui ſuprà eadem ſumma, §. ſi verò cõtentio, infi. Et hoc totũ quod dictũ eſt locũ habet cùm plures contendunt de beneficio dato ab eodẽ. Cæterùm ſi diuerſos inueſtitores producunt, tunc corã iudice vel arbitro cauſſa finiatur, vt in titu. de pace tenẽ. l. quoniã, §. ſi duo, & §. ſi tres. & in tit. de feu. & benefi. l. ſi duo, in prin. & §. ſi tres. Vel dici poteſt ꝙ quicunq; vult cõuenire vaſallũ meũ occaſione prioris datæ in feudũ, ꝙ corã me debet conuenire, & ſi paratus eſt corã me reſpõdere, non poteſt ab alio iudice cõſtringi vel excõmunicari, (vt in titu. de feu. & ben. c. cæterorũ, & c. verum. & c. nouit ille) niſi malitiosè deferã, vt in tit. de feu. & benefi. c. ex tranſmiſſa. & argu. in Authen. de Epiſ. & cle. §. ſi quis autẽ pro pecuniaria: vel cauſſa ſit expoliationis, vt in pdicto c. ex parte, §. idẽ & ad hoc. vel ratione pecuniæ, vt in titu. de feu. & benef. c. nouit ille. vel niſi velim cognoſcere ratione officij & dignitatis habitæ pro cõmuni, vt ita & è conuerſo de vaſallo, vt in tit. de feu. & benefi. in ſtatu. c. cauſſam illius.

Vidimus qui poſsint cognoſcere, & qui lites dirimere: nunc tranſeamus ad aliud membrũ, ſcilicet qualiter in cauſſa debeat procedi, & qualiter terminari

minari. Et certè libellus eſt porrigendus, & lis conteſtanda ſecundum ordinem iuris. argu. C. de lit. cõteſta. l. j. et Authẽ. offeratur. Nam vbi deficit vſus feudorũ, ad legem ſcriptam recurrendũ eſt, vt in titul. explicit liber primus, §. primo. Sacramentũ verò calumniæ non præſtabitur ab aliqua parte, cùm contentio eſt inter dominum et vaſallum, ſiue dominus agat contra vaſallum ſiue vaſallus contra dominum, (vt in titu. hic incipi. cõſuetu. reg. c. j. §. et cùm datur, in fi. arg. C. de fruc. & lit. expen. l. vlti. argu. C. de re mili. l. tam collaterales, §. hoc quoque, in fi. C. de proxi. ſacr. ſcrin. §. & quoniam. argu. ff. de iureiur. l. iuſiurandum. & l. ad pec. §. hoc. in titu. no. non pater. §. dominus vocat. C. de libera. cau. l. cùm affirmes. argu. ff. de doli excep. l. apud Celſum, §. aduerſus) ſicut & patrono contra libertum & patri contra filiũ remittitur, & his q pro eis ſunt in cauſſa, vt ff. qui ſatisda. cog. l. de die, §. vlti. ff. de iureiuran. l. ſi patronus iuſiurãdum, & d. §. hoc primo. ff. de dam. infec. l. qui bona, §. penultimo. Citatio debet fieri ſicuti iure ciuili cauetur. in titu. no. non pater. §. dominus vocat. ff. de iudi. l. per interuallum. C. de iudi: l. properandum: vel prout dicitur in titu. de capi. extraor. §. illud quoque curiali, & no. ſuprà titu. quib. mod. feu. amit. §. ſi dominus. Vbi ſiquidem contentio fuerit inter dominum & fidelem de inueſtitura, ſi quidem de alio eſt vaſallus, de quo nulla eſt controuerſia, ſiue poſſideat vaſallus ſiue non, datur vaſallo defenſio et nõ domino, licèt vaſallus non proba-

uerit,vt ſuprà tit. quib. mo. feud. acqui. §. ſi feudum quis habuerit: quia poſtquam de parte conſtat, præſumitur & de alia parte. arg. ff. ad ſenatuſcon. Maced. l. ſed Iul. in fi. C. de nõ nume. pecuni. l. cũ fidem. C. de noua. l. iij. ff. ad Trebel ſenatuſcõſul. l. reſtituta. j. reſpõſo. Nam petere poterit vt de ſuo recto feudo inueſtiatur, & ſi fidelitatẽ præſtet: & poſteà cognoſcetur quod ſit ſuum rectum feudũ & quod non, ne interim aliquod periculum vaſallo immineat propter inueſtituram non petitam: (argu. ff. ad Trebel. ſenatuſconſul. l. ille à quo, §. ſi de teſtamẽto, in verſ. ſed quid ſi filius cõtra. & in tit. no. nõ pater. §. ſi cõſtiterit. in titu. hic incipi. conſue. reg. c. lex Corradi, §. ſed ſi inter dominum & vaſallum) quod ſacramẽtum videtur quòd non ſit neceſſe præſtare ſi de alio iurauerat, vt argu. ff. de hære. inſti. l. liber homo, §. Titius ex ſe. ſimilia argumenta notaui in ſumma ſuprà, titu. quib. mod. feu. acqui. §. ſed quæritur nũqd frater, & §. aliquãdo tamen. Vbi verò habet aliud feudum, & eſt contentio de inueſtitura, quando dominus negat ſimpliciter inueſtituram factam: tunc ventilabitur tota cauſſa antequam iuretur, vt in tit. hîc inci. conſue. reg. c. l. Corradi, §. ſi inter dominũ et vaſallũ, in fi. veruntamẽ inueſtiri poterit de ſuo recto feudo, vt in titu. no. non pater. §. quæſitum. Etſi non dicatur de ſuo recto feudo, tamẽ intelligitur facta tantũ de iuſta, vt in titu. explicit liber primus, §. inueſtitura autem. in titu hic inci. conſue. regn. l. lex Corradi, §. ſi inter dominũ, argu. C. de inoffi. teſta.

l. ſi

l.ſi quādo, j*.reſpon.arg.ff. de ritu nup.l.quāquam,* j*.reſpō.arg.ff.vt leg.vel fideicō.nomine ca.l.*j*.§.vlt. Vnde talis inueſtitura.ſ. de ſuo recto feudo alicui non faciat præiudiciū, vt argu.ff.de aqua quot.& æſti.l.pen.ff.de dā.infec.l.ſi inter quos,§.penul.ff.de dolo.l &elegan ter,§.pen.argu.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſol.l.ſi debitor. C.de his qui ſponte mune.ſub. l.*j*.in fi.ſed circa hoc plenius notaui in ſumma ſuprà, titu.quib.mod.feu.acq.§.per totalē aūt,§.aliquando tamen,et §.facta aūt inueſtitura.et titu.qb.mo. feu.acqui.§.ſed quæritur quid ſi vaſallus cauſſam. Sed ſi ^uidē vaſallus ſit in poſſeſsiōe,et de alio nō eſt vaſallus,ſi poſſedit ꝑ annū & vltra,datur ei ſacramētū deficiēte domino in ꝓbatione,et ei ſtatur:aliàs ſi per annū nō poſſedit,ſacramēto ſuo ſtatur ne domino parui tēporis neglıgētia noceat,vt in tit.qualiter iudi.feu.ſit exer.§.ſi aliqs.et arg.ff.locat.et cōduct. l.ſi in lege,§.colonus. Sed potius præſtabitur domino niſi aliud faciat ꝓ ipſō poſsidente,vt ſuprà tit.quib. mod.feu.acqui. §.ſin autē cōtrouerſia. in titu.qualiter vſus bene.ſit tenē.§.ſi quis miles in poſſeſsione.in titu.qualiter iudi feu.ſit ex.§.ſimilis eſt,et §.ſi inter dominū.ſimile C.de rebus credi.et iureiur. l.in bonæ fidei. Videtur tamē quibusdā argumentis, quòd inquiratur an poſſederit per v.ann.(vt in Lombar. de præſcrip.l.* j*.&* ij*.)vel hoc ſolùm ingratur,ſi nūc vaſallus eſt in poſſeſsione feudi,vt in tit.de feud.& benefici. l. quicunque igitur, §. ſimilis fuerit, & in eodem. § .ſin autem controuerſia, & §.ſi*

quis de manſo.in fi.j.reſpon.in titu. qualiter indi. feu.ſit exa.§.ſi inter dominum, in tit. qualiter vſus beneſi.ſit te.§.ſi quis miles) & ſic maximum commodum eſt vaſallo poſsidere, vt ff.de rei vend.l.res alienas.in Inſt.de inter.§.cum ab vtraq; quod quidem intelligit Pi.de iuſta poſſeſsione, quia ſi dolo malo fuerit quis poſſeſſor inuentus, non debet talis poſſeſsio patrocinari ei, vt argumẽ.ff.de libera.cauſſa,l. eam quã. Nec enim vnquã dolus proprius aliquem releuare debet, (vt ff.pro ſoc.l.verum,§. tempus.ff. de re iudi.l.ſed hoc ita.ff.manda.l.ſi hominem) & melior eſt cauſſa poſsidẽtis quàm petentis, (vt ff.de ſalui.inter.§.j. argument.ff.dé pig. l.ſi debitor) & actore nõ probante reus debet obtinere, vt C.de edẽ. l.qui accuſare, et fauorabliores ſunt rei quàm actores, vt ff.de reg.iur.l.fauorabili: & prõptiores debemus eſſe ad abſoluendum quàm ad condemnandũ, vt ff.de act.& ob.l.Arrianus.

Et decurritur ad ſacramentum vaſalli, ſi res aliter probari non poteſt, (vt in titu.qualiter indi.feu. ſit exa.§.ſi inter dominũ) & debet iurare vaſallus cum xij.ſacramentalibus, vt in eod.j.reſpon.diſtinctione tamen adhibita, vt ſi feudum ſit xxx.ſol.vel vltra, iuret cum xij.ſacramentalibus, & ita dominus eligat ſex ſacramentales & ipſe vaſallus alios v.& ipſe erit xij. Si verò feudum eſſet xij.ſol.vel vltra; minor tamen xx.ſol.iurat.cum vj. & res eligat dominus, & ipſe vaſallus ſibi inueniat duos alios, & ipſe erit vj. Si verò eſt minor, tunc ipſe ſolus iurat,

rat,(argumen.in Lombar.qualiter quis ſe defen. deb.l.ſi qualecũq;)vel fortè iſti pares elegãtur à iudice,vt in tit. de pace tenẽ.l.quoniam,§.miles ruſticum. Et illi ſacramentales,qui decent eligi & nominari à domino,debent eligi de proximis parentibus illius vaſalli,qui non ſint graues inimici ipſius vaſalli:& ſi non ſunt,tunc de vicinis. arg.in tit. extrà de frigidis & maleſi.c.laudabilem.& in tit.extrà qui matri.accu.poſ.c.videtur. & in Lombar. de debitis & gualdi.l.ſi quis alij gualdiam.& argumen.C. de proxi.ſac.ſcri.l.vnicuiq;,primo reſponſo. Et iſti tales qui eliguntur à domino, coguntur eſſe ſacramentales:(vt in Lombar.qualiter quis ſe defen.debe.l.vt ſacramẽta)alij verò qui eliguntur à vaſallo, non coguntur eſſe ſacramentales, niſi promiſerint iurare,& iurauerint ſupra Euangelia, vt in prædicto titu.l.ſi quis alij guardiam,& tunc amittitur vt aliàs debet, vt argu.C. de priuileg.ſcho.l.quotiens, §.j.lib.xij.Et debent ita iurare ſacramentales,ſicut & vaſallus,rem ita eſſe, (vt in Lombard. de ſucceſ.l.ſi quis)ſicut vaſallus iurauit: quia videtur quòd de facto alieno non debeant cogi iurare ita eſſe,vt ff.rerum amo.l.Marcellus,§.primo,ne anceps periurium cogantur ſubire,vt ff.de in lit. iur. l. videamus,primo reſponſo. Sed poterunt iurare ſe ita credere,vel exiſtimare quòd vaſallus iurauit,argumentum C.de iura.calum.l.ſecunda,§.primo,in fi. & ad hoc eſt decretalis expreſſa, in titulo extra de purga.cano.c.de teſtibus accepimus,in fi.c. quotiẽs,

in fine. Sed per legem Alemanorum expreſsim denotatur ſacramentum ſacramentalium in titul. de iuratoribus, quales & quantos. Nam ibi dicitur quòd in ſacramentalibus debent eſſe taliter iurata, vt coniuratores manus ſuas ſuper capſam ponant, & ille ſolus, cui cauſſa requiritur, verba tantùm dicat, & ſuper omnium manus manum ſuam ponat, vt ſic illũ Deus adiuuet: vel ille reliquiæ ad illas manus, quas comprehenſas habet, vt de illa cauſſa vnde interpellatus eſt culpabilis non ſit: & debet prius principaliter iurare ad ſacramentales ſuos, quod cum eis munditer & ſecurè iuret & iurare poſsit, vt in Lombar. qualiter quis debe. feu. defen. l. ſi quis alij guardiam, primo reſponſo. Vel diſtingue vtrum detur ſacramentum vaſallo à iudice, an à domino deferatur: ſi à domino, aut iuret cum duodecim ſacramentalibus, aut domino referat ſacramentum. Et ſi iurat vaſallus, debet iurare ſine mentione conſcientiæ, ſcilicet ita eſſe. ſ. ſe inueſtitum vel anteceſſores ſuos, & nominet dominum à quo inueſtitura eſſe facta dicetur, vt in titu. de capi. extraord. §. ſi qua inueſtitura. & argumen. in Lombard. de ſucceſ. l. j. in Lomb. de præſcrip. l. de poſſeſsione, §. & ſi iudex. in Lomb. de priuile. act. l. j. & in Lombar. de ſucceſ. l. j. & in tit. qualiter quis ſe defen. debe. l. contingat, & l. ſi quis poſt. & in tit. ſi quis actor regis, l. j. Si verò à iudice delatum eſt ſacramentũ, tunc iuret cum duodecim vaſallis, vel cum ſex pa-

reu-

rentibus, & cæteros habeat extraneos, ſi vult: vt in tit. hic incip. conſue. reg. c. j. §. & cùm datur.

Vbi tamen dicit dominus quòd propter aliquam culpam amittere debeat vaſallus feudum, tunc ſi dominus deficiat in probationibus, vaſallus poterit ſe expurgare tribus paribus, & ſi pares non habuerit, cum duodecim propinquioribus parẽtibus. Vbi verò dominus impoſuit ſeruitium, & illud neglexit, per duos vel per vnum parem poterit ſe defendere, vt in titu. de feu. & benefi. l. de milite, primo reſpon ſo, & §. primo. Vbi verò qui fuit Gaſtaldus, aliquid nomine proprij feudi poſſidet aliundè acquiſitum, & dominus dicat ad ſe pertinere, quia eius Gaſtaldus fuit: ad dominũ debet pertinere, niſi Gaſtaldus probet ſe inueſtituram accepiſſe antequam Gaſtaldus eius eſſet, vel poſtquam Gaſtaldus eius eſſe deſijt, vt in titul. quibus modis feud. acquir. §. ſi verò gaſtaldus. in Lombar. de acquiſitione actorũ regis, l. prima. ff. de procura. l. qui proprio, §. vt in cæteris. Niſi fidelis inuentus fuerit in ſeruitio domini, quia tunc habere debet res aliundè acquiſitas contractu iuſto per eum: quia non debet ei interdici patrimonium augmentari ex induſtria ſua & labore, vt argu. in Lombar. de acquiſitione actorum regis, l. ij. C. arbitrium tute. l. ſi defunctus. Pileus tamen intelligit illũ §. ſi verò Gaſtaldij, quando Gaſtaldus non erat in poſſeſſione, vt tollatur contrarium in eod. titul. §. item ſi aliquis poſſederat, & §. ſi nulliter, & ſumit ex illo §. argum. quòd non valet datio in feu-

dum tempore eius Gaſtaldiæ, quaſi deceptione quadam & ex neceſsitate ſit inductus dominus ad dandum, ſicut inhibetur donatio adminiſtratori locorum, vt C. de contracti. iudi. l. prima. ff. de offi. procon. l. ſolet. & ff. de contrahen. empt. l. non licet. & argumentum in tit. de feud. & benefi. conſtitu. c. nec fidelitatem, & c. nec per poteſtariam. Veruntamē in eo primo reſponſo indiſtinctè dicit quòd non valet, niſi obſtet conſuetudo: ego verò Ar. intelligo illum §. ſi verò Gaſtaldi. quando conſtabat eum poſſediſſe nomine Gaſtaldiæ, licèt dicat poſteà ſe poſſediſſe nomine proprij feudi. Vnde tunc domino datur defenſio, licèt vaſallus ſit in poſſeſsione, niſi probet vaſallus feudum eſſe, & inueſtitum ante Gaſtaldiā vel pòſt: & ad hoc eſt primo reſponſo, & arg. in Authē. de teſtibus, §. ſi verò dicatur ſeruilis, & §. cōtrarios: quia intelligo quando non conſtabat vaſallum poſſediſſe nomine Gaſtaldiæ vel guardiæ vel pignoris, licèt dominus affirmaret. Vnde dominus debet probare propter poſſeſsionem vaſalli, & quòd dominus confitetur ſe dediſſe aliqua de cauſſa. Vnde præſumitur quòd in feudum dedit, niſi probet illam cauſſam, & poſtquam per probationem domini conſtat ita eſſe, vaſallo datur onus probandi: & ad hoc etiam eſt C. de probatio l. excep. C. de excep. l. ſiquidem, in fin. Et poteſt hoc notari in feudo Gaſtaldiæ ſeu guardiæ, quòd quacunque hora poteſt auferri non reſtituto precio pro eo dato poſt annum, niſi certum tempus fuerit pacto inſertum, vt ſuprà

tit. quibus modis feudum acquir.§. item illud quod datur in eo.§.item ſciendũ.argu.in Authen.de defen.cui.primo reſponſo,& §.illud,§.j.& ad hoc etiam inquire quæ notaui ſuprà,tit.quibus modis feu. acq.§.& illud quod datur nomine Gaſtaldiæ. Et dicitur Gaſtaldus in vulgari,id eſt,villicus: & villicus dicitur, quia præponitur ad fructus percipiẽdos & colligendos,& conſeruandos:nec eos vel aliud, quod ad dominum pertineat,poteſt ſine conſenſu domini alienare,& in inſtrumento feudi cõtinetur, vt ff.de inſti.act.l.ſi cũ villico.ff.de verbo.ſignifi. l. vrbana. arg.ff.de lega.iij.l.patro.§.primo.ff.de fundo inſtru. l.inſtrumenta,§.primo,& l.cùm delanionis,§.cùm de villico,& l.quæſitũ,§.itẽ fabrum. Et ſi aliquid occaſione villicationis acquiſiuit,id ad dominum ſpectat,(vt in Lombar.de acquiſitione actorũ regis, l. j.argu.ff.de procura.l.qui proprio,§.procurator vt in cæteris)licèt non ſemper hoc præſumatur,arg. C. arbi.tute.l.ſi defunctus.

Sed quæritur an ius Gaſtaldiæ poſſit præſcribi xxx. annis? videtur quòd non,(argumentum C. de præſcri. xxx. annis.l.malè,& l. cùm notiſſimi §.vlti.)quia quandocunque nolit eius opera vti, poteſt eum remouere,vt in eo.§.item ſciendum. ff. de inſti.actio. l.ſed ſi pupillus,primo reſponſo. Et quia non debet præſtare operam ſuam inuito, argum. ff. de procura.l. quæ omnia.argum. tamen quòd ſic, vt in titul.ſi de feu.vaſal.fuerit interpel.§. ſi quis per xxx.in titul.qualiter iudi.feud.ſit exami.§.vlt.ar-

gu.C.de fundis Reip.l.penul.C.de fundis patri.l.vlti.C.de præſcrip.xxx.an.l.omnes,& l. cùm notiſſimi.C.de annali excepti.l.prima,§.nemo.

Si verò vaſallus eſt in poſſeſsione, & dicit ſe pro feudo poſsidere,dominus verò neget inueſtituram, ſed dicat,à me habes pro guardia vel pignore, & vaſallus neget ſe habere in pignore,vel guardia:tūc dominus debet probare vaſallum habere ſuprà dicto modo,& ſi non probet,detur vaſallo defenſio, & ſi probet dominus,cogatur vaſallus reſtituere, niſi probet quòd, poſtquam dedit dominus in pignore vel pro guardia,eum inueſtiuit, vt in titul. quibus modis feu.acqui.§.item ſi vaſallus poſſederit caſtrum, & §.ſimiliter ſi quis.Et non admittetur ad probationem,niſi primo reſtituat propter mendacium,& ita efficietur petitor de poſſeſſore,vt argum.in Authent.de tri.& ſe.§.ſtudium,& §. illud quoque.ff. de probat.l.cùm de indebito, & de pœna mendacij notaui in ſumma ſuprà,titul. quibus modis.feud. amit.§. item ſi ſciens vaſallus feudum:ſed poſſet reſponderi illis §. de trien.& ſequent.quòd illud locum habet quando inficiatur rem fuiſſe illius, hîc autem confitetur,licèt neget pro pignore habere, vt eodem §.).Sed ſi cōfiteatur vaſallus pignus vel guardiam,ſed dicat ſe poſteà inueſtitum: tunc licèt dominus deficiat in probatione,& ipſe etiam vaſallus, non ſtatur ſacramento vaſalli, licèt poſsideat, niſi probet idoneis teſtibus,(vt in eodem tit.§.ſimiliter. & argument. in Authent. de teſtib. §.ſi vero dicatur.

eatur.)ſiſunt pares,ſecundũ Pileũ: alioquin creditur ei cũ duodecim ſacramentalibus, vt in eodẽ, in prin. vt iuret vaſallus patrẽ ſuũ inueſtitum fuiſſe, et ſe etiã pro inueſtitura tenuiſſe, & à patre domini cõteſtatio pignoris, vel guardiæ per ſpaciũ xxx. anno. nõ ſit facta: vnde tali ſacramento ſtabitur. Sed ſi iurare nolit, tunc defertur ſacramentum domino, vel eius filio: q̄ & ſi nolit, vaſallus erit inueſtiendus, vt in tit. qualiter indi feu. ſit exami. §. vlti.

Vbi verò quis poſsidet vel quaſi poſsidet feudũ Cameræ vel Caneuæ, quæ non verè poſsidentur, ſed quaſi, cùm quaſi vſufruct. vel ſeruitutes cenſeãtur, (vt argu. ff. de vſufruct. l. ſi quis ita. ff. de annu. lega. l. quintus, §. in ſingulos. ff. de vſucapi. l. ſequitur, §. ſi viã. ff. de ſeruitu. vrb. p̃di. l. ſi ædes, §. liberos. ff. cõmunia p̃. l. ij. in fin. ff. de peti. hæred. l. regulariter. ff. de itine. actuq́; priua. l. vlti. ff. de acquiren. rerũ domi. l. ſeruus, §. incorporales. ff. de ſeruit. l. quotiẽs. ff. de actio. empt. l. tertia, §. ſecundo) et habuit duas vel tres acceptiones in ſingulis annis, tũc nõ indiget aliqua ꝓbatione, ſed ſufficiet: l. ſi iuret vel ſi recuſat, referat domino, vt in tit. explicit liber primus, §. ſi verò vaſallus. Nam & vbi q̄s ſoluit canone tribus annis continuis, præſumitur retrò ſemper ſoluiſſe, vt C. de apoc. pub. l. quicunq́;. Idem eſt ſi dicat dominus aliquam conuentionem non vſitatã interueniſſe, vt in titul. explicit liber primus, §. præterea. Si verò vaſallus alleget pactum contra feudi naturam, tunc debet probare teſtibus vel alijs legitimis

l. quicq. C. de apoc. pub.

proba-

probationibus: quod ſi non probat, defertur ſacramentũ domino, vt in titu. p̃dicto, §. itẽ ſi vaſallus. Et hoc quod dictũ eſt ꝙ datur ſacramentũ vaſallo, locum habet cùm dominus nõ probat quod intendit. Nam ſi probat, ſtatur eius probationi, vt in tit. qualiter iudi. feu. ſit ex. §. inter dominũ. ſuprà titu. quibus modis feu. acqui. §. item ſi aliquis, & §. ſimiliter. Si verò dominus eſt in poſſeſſione, ſiquidẽ deficiat vaſallus in probatione, tunc datur ſacramẽtũ domino, (vt ſuprà titu. quibus modis feu. acqui. §. ſin autẽ nõ fuerit, in tit. qualiter vſus bene. ſit tenẽ. in fine. in tit. de feu. & benefi. l. quicunq; igitur, §. ſi miles fuerit) vt iuret cũ xij. ſacramentalibus, vt in eo. j. rẽſp̃õ. in tit. qualiter iudi. feu. ſit ex. §. ſi qs feu. ſecundũ diſtinctionẽ ſuperius habitã, per Lõbardã ſuprà eadẽ ſumma, §. & decurritur. Hoc tamè ſaluo, ꝙ dominus poterit iurare vel cũ parentibus, vel cũ vaſallìs, vel cũ extraneìs mixtis parentibus & vaſallis: & debet iurare de ſuo feudo facto ſine cõmemoratione cõſcientiæ, vel ſacramẽtũ referre vaſallo, vt ipſe iuret vel acquieſcat, (vt in tit. explicit liber primus, §. vlti. & in tit. qualiter iudi. feud. ſit exami. §. ſi quis ſe vel patrẽ) quòd ſi dominus nõ dicit ſe velle iurare vel referre, nec refert, tunc debet ei ſtatui tẽpus ad eligendũ: & ſi intra iſtud tempus non elegerit, transfertur electio in vaſallum, niſi re adhuc integra voluerit iurare dominus. argu. ff. de opti. leg. l. mancipiorũ. C. cõmunia de lega. l. ſi duobus, §. ſed & ſi quis ſe vel patrẽ. Sed de facto antecesſo-

ceſſoris ſui debet iurare dominus neſcire inueſtituram factam eſſe, vt in titu. hic incip. conſue. reg. c. j. §. & cùm datur. in titu. de capi. extraordi. §. cùm datur domino: ſed titulus, qualiter iudi. feu. ſit exami. in fi. & in Authen. de teſtibus, §. q̄ verò, cōtradicere videtur expreſsim. Si verò vaſallus nō deficiat in probatione, ſed probare velit nouā inueſtituram, debet probare per pares curiæ duos vel tres, vel per breue teſtatū à paribus confirmatū: aliàs nulla eſt probatio ſecundū Mediolanenſes, etiamſi ab aliјs ſit cōfirmatū, vt in tit. explicit liber primus, §. ſi cui domino adhuc. in tit. qualiter vſus benefi. ſit tenen. §. vlti. in tit. quibus modis feu. acqui. §. ſi verò Gaſtaldiј. §. item ſi aliquis, §. ſin autem controuerſia. in tit. hic incipi. conſ. reg. c. j. §. ſiue clericus. Et ſufficit ſi fuerūt pares tēpore inueſtituræ, licèt poſteà deſināt: (vt in tit. no. non pater. c. ſi inter dominū & fidelē, in prin. argum. ff. de teſt. l. ad teſtiū, §. j. ff. de rebus dub. l. ſi cognatis) vel pro paribus tùnc habebantur, vt argu. C. de teſt. l. j. in Inſti. de teſta. §. ſed cùm aliquis. Nam pares ideo ſunt neceſſariј in inſtrumento, ne quid falſitatis excogitetur, vt in tit. de capit. extraor. §. idcirco: & hoc cùm pares ſunt, id eſt, cū ſunt aliј cōuaſalli qui ab eodē domino feudū tenēt, vt in tit. qualiter iudi feu. ſit exami. §. ſi inter dominū. Nam ſi non ſunt pares, extranei ſunt admittendi, vt argu. in Lombar. de vlti. volun. l. ſi quis res. in titu. explicit liber primus, §. ſi verò inueſtitura, in prædicto §. ſi inter dominum. in tit. hic incip. cōſuet.

reg.

reg.c.primo,§.quod aũt.Sed vbi ſunt pares,ſed abſunt,tunc expectandi ſunt donec veniant,vt in titu. hîc incip.conſuet.reg.§. quod autẽ. argum. contra. ꝙ ſi abſint,extranei ſunt recipiendi,vt in titu.qualiter indi.feu.ſit exami.§.ſi inter dominum.Sed reſponderi poteſt dupliciter,quia quòd ibi dicitur,abfuerint,id eſt,nullo modo fuerint, vel abfuerint, id eſt,in longinquo ſunt abſentes,ita ꝙ in breui nõ ſunt reuerſuri:tunc ibi admittuntur extranei. Si verò abſunt & ſunt propè,tunc expectandi ſunt.argum. ff.ad Trebell.Senatuſconſul.l.ille à quo,§.primo.ff. vt in poſſ.lega.l.iij.in prin.ff.de iniur.l.ſed ſi vnius, §.quod autem.argum.ff.de annu.lega.l.Mæuia, in fin. C.de bo.quæ libe.l.vlti.§.vbi autem.argu.ff. de vac.mu.l.penult.in fi.& conſiderabitur vtrũ poſſint reuerti infra duos menſes vel non. Et ſi infra duos menſes ſunt reuerſuri, tunc allegatur abeſſe et propè:ſi verò non ſunt reuerſuri infra dictum tempus,dicantur abeſſe longè in longinquo. argum. C. de compen.l.compenſationes.& argumen.ff.de adminiſt.tuto.l.tutor qui reper.§.vſuræ.ff.qui ſine manu.l.vlt.ff.qui & à quibus ma.liber.non fi.l.proſpeximus.in Authen.vt factæ nouellæ conſtitutiones, §.vt autem,in principio & in fine §. C. de ſecundis nuptijs,l.prima.

Vel poteſt aliter diſtingui, vtrum velit probare inueſtituram ſine traditione,an cum traditione. In primo caſu probetur per pares,in ſecundo per quoſcunque: & ſi vaſallus eſt inops, poteſt probare

vel

vel per teſtes vel per breue,vt in tit.de cap.extraordi.§.de ingreſſu curiæ. Et vbi vult probare ſe inueſtitũ, infra annum & diẽ poteſt probare per teſtes pares & alios, & per ſuum ſacramentum alijs probationibus deficientibus: (vt in tit. de feu. & benefi.l. quicunq; igitur,§.ſiquidem vaſallus:) maximè ſi bonus vir eſt,vt argu.ff.de re mili. l.non oẽs,§.à barbaris. Et vbi ſunt pares & iurare recuſant, debet dominus cogere eos ſub debito fidelitatis iuramento: (vt in tit.de cap.extraor.§.notandum eſt ꝙ domini.arg.C.de offi.aſſer.l.ſi poſt depoſitã.in tit. de feu. & benefi.l.imperialem,§.præterea ſi de feudo.in titu.explicit liber primus,§.ſi enim domino.argu. C. de teſti.l.nimis graue) & hoc contingit propter iuriſdictionẽ quã habet dominus in vaſallũ, vt in titu. de feu.& benefi.l.imperialem,§.penul.in tit. de pace tenẽ.l. quoniã, §.ſi miniſteriales. Extranei verò teſtes coguntur per comitẽ,vel populum, vel aliũ iudicem, & debent eſſe teſtes cum ſacramento, vt in tit.qualiter iudi.feu.ſit exami.§.ſi inter dominum. C.de teſti.l.ſi quãdo,et l.iuriſiurandi,in prin. ff. de tabulis exhi.l.locum,§.hoc inter.in Lombar.de teſtibus,§.decernimus. Niſi ſint tales quibus ſine fraude poſsit ſacramentum remitti. argu.in Lombard. de rebus interciatis.l.de eo homine.ff.ad municipa. l.vlt.primo reſponſo.in titu.de ſacra.& for.fidelit. c.vaſalli,in prin.& in titu.de pace Conſtan. §. vaſalli: & ſi non poteſt probare niſi per pares,poterunt cogi per comitem,vel populum, ſecundum Pileum.

Et de-

Et debent etiam iurare ieiuni, & ſeparari, vt melius falſitas poſſit cognoſci, vt in Lõbar. de teſtibus, l. periurijs, & l. vt teſtes, & l. nolumus, in fi. C. de teſti. l. nullũ. ff. de re mili. l. iij. §. ſi plures. Nam non eſt bonũ vt veritas negetur vel obſcuretur: (vt in titu. primo, §. vltimo. in Lõbar. qualiter quis ſe defende. de. l. ſi quaſcunq;) nã veritate mutata falſitas reperietur, vt in Authen. de fide inſtru. in princi. Vnde ita debẽt iurare quòd dicẽt veritatẽ, ſi Deus eos adiuuet, vt in Lõbar. qualiter q̃s ſe defen. debe. l. omnia ſacramenta. Et debent dicere veritatẽ ꝑ vtraq; parte, argu. C. de Epiſ. & cle. Authẽ. ſi iudex: & ſi probauerit vaſallus per pares, vel ꝑ breue teſtatum, vel per extraneos, vbi nõ ſunt pares, tũc debet dominus cogi vt vaſallo poſſeſsionẽ vacuã feudi tradat. Nec ſufficit, ſi voluerit p̃ſtare intereſſe, vt in tit. quib. mod. feu. acquir. §. ſin autẽ cõtrouerſia. in titul. ſi de feu. vaſal. fue. interp. §. ſi facta. Sed in venditione moderni dicunt quòd ſufficit ſi p̃ſtet intereſſe, vt ff. de acti. emp. l. prima: & de hoc plenius notaui in ſumma ſupra, tit: quib. mo. feu. acqui. §. in feudo autem ſciendum. Vbi verò vaſallus vult ꝓbare veterẽ inueſtiturã, poterit ꝓbare et per pares, & per extraneos, & quandoq; ſuo ſacramento, & alijs probationibus. Et dicitur fieri noua inueſtitura, q̃ primo quæritur: vetus, q̃ ab anteceſſoribus eſt quæſita, vt in tit. hic inci. cõſue. reg. c. j. §. ſine clericus. in titu. de feu. & benefi. l. quicunq; igitur, §. ſi q;dem vaſallus. Veruntamen reperitur per quoddã

argu.

argu.quòd non interſit inter nouam & veterem inueſtituram,vt argumen.C.de naturali.libe.l.iij.de qua etiam materia notaui in ſumma ſuprà,titul. quibus modis feu. acqui. §.inueſtitura noui feudi. & in ſumma infrà,tit. nouum non pater.ſuprà eadem ſumma,§.ſi vaſallus non deficiat. In feudo tamen clericorum indiſtinctè tam pares quàm extranei recipiuntur,vt in titu.qualiter iudi.feu.ſit exami. §.ſi interdictũ,in fi. Sin autem neuter fuerit in poſſeſsione, tunc in dubio, & vtroq; deficiente in probatione, dabitur ſecundũ Pileum defenſio ei q̃ conuenitur:quia fauorabiliores ſunt rei,quàm actores, (vt ff. de reg. iur.l.fauorabiliores) & promptiores ſumus ad abſoluendum quàm ad condemnandum, vt ff.de acti.& obli.l. Arrianus,& actore nõ probãte reus debet obtinere,vt C. de edẽ.l.qui accuſare. Et erit notandum quòd, vbi controuerſia eſt de inueſtitura,quòd per pugnã poterit veritas decerni, vt in tit.de feu.& bene.l.de inueſtitura.ſit etiam de fidelitate,licèt Mediolani non obtineat, vt in titul. hîc incipi.conſuetu.reg.l.lex Corradi,§.non eſt conſuetudo.in titu.de feud. & benefi.l.quicunque,& l. de militum,primo reſponſo,in fine. Et vbi vaſallus dicit ſe petijſſe inueſtituram infra annum & diem, poterit hoc probare per pares & per alios,& deficientibus probationibus poterit ſolus iurare:(vt in titu.de feud.& benefi.l.quicunque igitur,§.ſiquidem vaſallus,& l.de militum,§.ſi quis autem) maximè autẽ quãdo vaſallus bonus homo & bonæ opinionis

prà dictam rationem,ſcilicet ſi dominus eſt in poſſeſſione, vt in eodem primo reſpõſo, in verſ. cæterùm: aliud ſi primò vaſallus fuerit in poſſeſſione conſtitutus. Nam tunc vtroque deficiente in probatione, defertur ſacramentum vaſallo, (vt in titu. ſi de feud. vaſal. fuerit interpella. §. ſi de feudo defuncti, & in titu. nouũ non paternum, §. item placet) vel iudex intuebitur cui ſit potius ſacramentum deferendũ, vt in tit. qualiter iura. debe. vaſallus, §. vlti. et intelligitur pars ſcilicet dimidia, ff. de vſufru. lega. l. etiã. ff. de verbo. ſignifi. l. nomen filiarũ, §. portionis. Nã & Quintus Mutius ait partis appellatione rẽ pro diuiſo ſignificari, et quod pro indiuiſo noſtrum ſit, id non partem, ſed totum eſſe: ſed Seruius dicit vtrumque ſignificari, vt ff. de verbo. ſig. l. rectè, §. Quintus. Sed ego hîc intelligo partem ſiue ſit dimidia ſiue minus, vt ſuprà tit. quibus modis feu. acqui. §. cùm autem. Similiter intelligit Azo in iure emphyteutico, vt C. de iure emphyteu. l. prima, in fi. Vbi tamẽ ideo dicit nouum dominus, quòd vaſallus ei refutauit vt de nouo eius filios inueſtiret & inueſtiuit, & vnus filiorum decedat ſine liberis, & alter frater velit ſuccedere quia dicit paternum eſſe, & dominus velit negare quia dicit nouũ eſſe. in hoc caſu dixerunt quidam et benè, quòd feudum paternum remanſit, nec eſt nouum conſtitutum, ſed potius vetus reconciliatum, vt in titu. nouum non paternum, §. quidã. & ad hoc facit ff. de ſolu. l. q. ſic ſoluit. ff. de preca. l. ſed ſi manẽte. ff. de impẽſis in re. do. fac. l. q dicitur.

ff.de peculio,l.peculij, §.ſi ære.ff.de liber. & poſthu. l.filio. Ex his legibus ſumi poteſt pro arg.pro & contrà, an vaſallus, qui commiſit culpam contra dominum & dominus ei remiſerit, debeat de nouo inueſtituram facere dominus,et fidelitatem vaſallus: videtur quòd ſic. argumen.ff. de excuſa.tuto.l.Titius, in prin ff.de milit.teſta.l. in fraudem, §.primo. ff.de precario,l.ſed ſi manente, in fine.ff.de iure dotium,l.diuus,in fin. puto tamen quòd non, quia licèt cauſſam commiſit,non tamen amiſit:ſed per eã poteſt amittere ſi conuincatur, vt notaui in ſumma ſuprà,tit.quibus mo.feud.amit.§.illud tamen ſciendum, & §.ſed quæritur nunquid frater in feud. & §.aliquando tamen,in fi.Vnde ſola remiſsio cauſſæ ſufficit,nec eſt neceſſaria noua conceſsio.arg.ff.de peculio,l.peculij,primo reſponſo,§.ſi hære.ff. de precario,l.ſed ſi manente,in prin.argu.ff.ad Trebel.ſenatusconſul.l.Pomponius. Et vbi datur vt reddatur, non trãsfertur dominiũ vel ius, (vt ff.de ſolu.l.qui ſic ſoluit) ſed poſſeſsio tantùm,vt ff.de acquiren.poſſeſ.l.ſi quis vi,in fine.

Si verò contentio eſt inter dominum & vaſallũ de incremẽto,ſi quidem dominus inueſtiuit eum de manſo vno, & vaſallus dicat omne incrementũ ad ſe pertinere propter inueſtiturã ſibi factã mãſi,ſi dominus reſeruauit ſibi aliquid in ipſa,certè tunc oportebit vaſallum probare inueſtituram incrementi per pares curtis,vel breue teſtatum ſi ſunt pares:ſin autem,per alios, & hoc cùm vaſallus non eſt in poſſeſsione

ſeſsione incremēti. Si verò eſt in poſſeſsione incremēti, tunc non oportebit probare per pares curtis vel breue teſtatum, ſed iure ſufficiat. Si verò dominus nihil in ipſa curte retinuit, tunc omne incrementum iure feudi retinet vaſallus: diſtincto tamen eo, poſſit incrementum ſubſiſtere per ſe vel non. Si non poteſt, tunc vaſallo accreſcat: ſi ſubſiſtere per ſe poteſt, tunc ſubdiſtinguo vtrum incrementum ſit coniunctum vel ſeparatum. Si coniunctum, ad vaſallum ſpectat, & tunc dicitur incrementum & non nouum: ſi non eſt coniunctum, tunc ad dominum, niſi adiectum eſſet in datione cum. incremento, vt argument. ff. ad Trebel. ſenatuſconſul. l. facta, §. ſi hæres. argument. ſuprà, titul. quibus modis feudum acqui. §. penulti. & §. vlti. in titul. qualiter iura. debē. vaſal. §. è contrario. argument. ff. de lega. primo, l. ſi ex toto, in prin. l. quod in rerum, §. ij. l. ſeruum, §. ſi arcæ ff. de lega. ſecundo, l. cùm fundus. ff. de vſufruct. l. idem ſi fundi. argumen. ff. de iure dotium, l. iiij. et in titu. de feud. & benefi. l. de militum, in prin. & §. primo. in titu. explicit liber primus, c. inueſtitura quidem propriè. in titul. qualiter iudi. feud. ſit ex. § ſi inter dominum. argumento tamen videretur, quòd ſemper ſpectet ad dominum, non ad vaſallum, vt dicitur in agro limitato ff. de acqui ren. rerum do. l. in agris limi. ff. de flumi. l. prima, §. ſi in inſula.

Si tamen feudum ad dominum redeat, redibit & incrementum, vt ſuprà titu. quibus mod. feud. ac

qui.§.vltimo.arg.ff.de vſufruc.l.ſi fundi,§.hinc vicinus: & hoc verũ eſt de incremento quod accidit, non ex pecunia vaſalli, & circa hoc require in ſumma ſuprà, titu.quibus modis feu.amit. §.nec cõpenſare, & §. illud tamen non prætermitto. Vbi verò vaſallus habet decimam antiquã eius Eccleſiæ, nõ poteſt vſurpare noualia, vt in tit.de feu.et bene.c.tua.

Si verò contentio eſt inter dominum dicentem eſſe feudum, & filiam dicentem eſſe allodium, tunc filia remaneat in poſſeſsione donec iudicetur: probatione verò hinc inde ceſſante, electio iuriſiurãdi detur filiæ. Quidam tamen dicunt & diſtinguunt, quòd ſi ibi, vbi ſitum eſt feudum de quo eſt controuerſia, maior pars bonorum vaſalli eſt, vt tunc electio iuriſiurandi detur domino: ſi nõ eſt maior pars feudi, detur filiæ, vt in tit.ſi de feu.vaſal.fuerit inter pel.§ defuncto milite.in tit.hîc incipi.conſue.reg.c. hæc ſunt capitula, §.ſed ſi inter dominum, & §.item ſi ſit. Idem ſi contentio eſt inter emptorem qui emit à domino, & vaſallum, vt in titul.de ſucceſ.in feud, §.ſimiliter ſi contentio.

Si verò fuerit contẽtio inter dominũ & emptorẽ, idem dicendũ ſecundum quod ſuprà, vt in tit.hîc incipi.conſuetu.reg.c.hæc ſunt capitula, §.item ſi ſit. Vbi verò contentio eſt inter filiam dicentem allodium, & agnatos dicentes feudum, tunc primò remaneat apud filiam: ſed vtroque in probatione deficiente, datur electio ſacramenti agnatis, dummodo ſint eius agnationis qui feudum acquiſiuit, (vt in titu.

titu.qualiter iura.debe.vaſal.§.ad filias. arg.infrà eodem §.ſi contentio,inſi.)vt iurent cum duodecim ſacramentalibus, (vt in titu.ſi de feu.vaſal.fuerit interpella.§.inter filiam.in tit.hic incipi.conſuetu. reg.c.j.& c.hæc ſunt capitula,§.item ſciẽdũ.in tit.q. deb.ſucce.in feu.§.ſi cõtẽtio)ſi hoc iudici melius eſſe videbitur aliquo faciente pro eis:alioquin pro filia poſsidente iudicandum erit,vt in titu.hic incipiunt conſuetu.reg.c.j. §.ſacramentum.& facit pro eis ſi habent aliud feudũ ab eodem domino: vel hoc, vnde eſt quæſtio,eſt in territorio in quo habet feudum. argu.ſuprà,titu.quibus modis feu.acqui.§.cùm autem,§.ſi feudum quis,in eodem §.ſi contentio,in fi. in tit.hic incip.conſ.reg,c.j.§.ſi inter dominũ & vaſallũ,& c.hæc ſunt capitula,§. item ſi ſit,in fin.facit etiam ad hoc ſuprà eadem ſumma,§.vt quidẽ contentio.Si verò eſt inter plures, diuerſos inueſtitores introducentes, tunc iudex requirat à duobus hominibus p ſacramẽtum, quod fecerũt, quis poſſideat ſine rapina:& ille beneficium ſuum quietè obtineat,niſi in iudicio proprietatis conuincatur, vt in tit. de pace tenẽ.l.quoniam diuina, §.ſi duo,et §.ſi tres. et in tit.de feu.et benefi.l.ſi duos,in prin.et §.ſi tres.

CAPVT CXXXIX.

Qualiter vſus beneficij ſit tenendus.

S*Vprà dictum eſt quibus modis feudum acquiſitum amittatur: nunc videndum eſt qua-*

 liter

liter. vſus beneficij ſit tenendus. Sed quia ſcimus per id quod notatum eſt ſuprà titul. quibus mod. feud. acqui. & acquiſitum amittatur: per conſequentiam ſcire poſſumus quibus modis feudum acquiſitum retineatur. Vnde ad præſens omitto: nam ſcito vno cõtrariorum, ſcitur & reliquum, vt in Inſtitu. de his qui ſui vel ali. iu ſunt, §. videamus. ff. de accu. & inſcrip. l. qui accuſare.

CAPVT CXL.

Qualiter iudicium feudi ſit examinandum.

AD huius tituli ſummam ſufficiat ſumma ſuprà, titu. de conten. feudi: vnde ad præſens & iſtam obmitto.

CAPVT CXLI.

De feudi cognitione.

TItulus iſte ſumma non indiget, nec ex tenore rubricæ ſummari poteſt, ſed id quod in eo titulo continetur ſatis in ſuperioribus ſummis comprehenditur.

SECVNDA PARS PRINcipalis, & prima ſecundæ principalis.

CAPVT CXLII.

Quomodo vaſallus fidelitatem iurare debeat.

Suprà

SVPRA dictum eſt quibus modis feudum acquiratur, ſcilicet inueſtitura, ſucceſsione, &c. (vt in tit. hic inc. conſ. reg. c. j. §. ſciendum, & de ea plenius notaui in ſumma ſuprà, tit. quibus modis feu. acquir. §. nunc ad propoſitum, cum ſequẽtibus §.) & poſt inueſtiturã debet iurare vaſallus fidelitatem: idcirco conſequenter apponitur, qualiter debeat iurare fidelitatem vaſallus. Vnde videamus primò, qui debeant iurare fidelitatẽm tam vaſalli quàm alij, ſecũdò qui non, tertiò contra quos debeant iurare & cõtra quos non, & qui intelligantur excepti à fidelitate vel ſacramento iurantis.

Quartò qualiter & qua forma debeant iurare.

Quintò, quibus dominis ex pòſt facto non teneatur adiuuare ex ſacramento.

Generaliter omnis vaſallus debet iurare fidelitatem, (vt inf. eo. primo reſponſo. in titu. explicit liber primus, §. nulla inueſtitura. in titu. de capit. extraor. §. beneficium intelligitur quod ex bono. in titul. de ſacra. & for. fide. l. vaſalli, in prin. in titu. de pace Conſtan. §. hanc itaque pacem. in decre. diſt. c. optatum, in fine) & maximè ſi præſens eſt dominus in cuius animam iuratur, vt argumen. ff. de verb. oblig. l. ſi procuratori præſentis. Nam & inueſtitura poteſt dari & accipi per nuncium & procuratorem, vt notaui in ſumma ſuprà, titul. quibus mo. feudum acqui. §. talis inueſtitura. Et poteſt etiam quis ſeruire ꝑ aliũ, ꝑut notaui in ſumma ſuprà,

qui.mo.feu.acq.§.ſed quæri cōſueuit. Item quia ſacramentū verbo fit, (vt in Authē.de mā.prin.§.ſed nec) & quis per alium nuncium vel procuratorem obligatur, vt ff.de inſti.acti.l.prima. Ita & per ſacramētum alterius cum appellatione tollitur verborum obligatio & ea quæ ſacramento fit, vt ff. de acceptila.l.an vtilis,§,accepto, & l. & per iuſiurandum, in prin. Sed qui in cauſſa aliena ſacramentū calumniæ præſtat, in ſuam animam, ſcilicet iurantis iurat, vt in Lombar. de aduoc.l. vlti.in fi. in tit. extrà de iuramen. calum.c. j.§.penul.c.in pertractandis,c.imperatoris, & c.cum in cauſſa. Et cum libro debet iurare vaſallus, non neceſſitate, ſed in ſignum fidelitatis memoriæ cauſſa, (vt in titu. de capi.extraor.§.librum autem) vel ſupra capſam reliquiarum, arg.in lege Alemanorum.in tit.de iuratoribus quales & quantos. Item iurat domeſticus, vel familiaris, vel ex eo quod iuriſdictioni ſubiacet alicui, vel ex eo q ſuſcipit dignitatem, vel adminiſtrationē, vel confirmationē dignitatis ſeu adminiſtrationis, vt in eo.tit.§.j.in tit.de ſacra.& for.fide.c.ſi quis laicus,&c.ego Epiſcopus, & c.domino Ioanni, & c.retulit, & c.veritas, c.ea re credimus, c. cū clerici, c.Placentini, c.ſi diligenti, c.grauē & dolorē, c. petitio.& l.iuſiurandū, & l.vaſalli, in verſ.cæteri, & §.primo, & l.j.& l.in nomine Chriſti iuro ego. Et fortè familiaris vel domeſticus ideò iurat, qa dominus videtur habere iurisdictionem in ſuos miniſteriales, arg.in Authē.de quæſtore,§.ſi verò forſan, et

coer-

vt argu.ff.de ædili.edic.l.vlti.§.vlt. Item dicitur noualis quæ anno ceſſat, vt ff.de verb.ſig.l.ſylua.§.noualis. alias dicitur nouum, non ꝙ primò ſit, ſed quod priorem modum tranſſcendit, (vt in Authen.de ergaſterÿs cōſtan. §.reliqua) vel nouum, id eſt, vltimum, (vt in titu.extrà de cele. miſſ. c. cùm Marchio) non autē ꝙ ab initio eſt conſtitutum, vt in tit. extrà de cenſibus, c.deſcribatur. & maximè paternum, & vnde dicatur: & quid de hac materia contingat, dic vt notaui in ſumma ſuprà, quib. mo. feu. acquir.§.feudum ſiue beneficium, §. vel feudū eſt, §.feudum verò paternum, §.dicitur autem beneficium, §.& ſit talis inueſtitura.

Sed quæritur, ſi vaſallus habēs vetus beneficiū, inueſtiatur de aliquo nouo feudo ab eodē domino, adiunctо ad alterius feudum vt habeat illud tanq̃ antiquum & hæreditarium ſicut aliud ſuum feudum, nunquid dicetur nouū an vetus? reſpōdeo, videtur ꝙ debeat dici nouum, & non vetus. argum. ff. de fide inſtru. l.repetita. C.de dona. ante nup.l.ſi cōſtante, in fine primi reſp. & de pac.l.ſi vnus, §. item dicemus. ff.de contrahen. emp.l.pacta, in fine primi reſpon. ff.de caſtren.pecu.l.ſi fortè, in fin. Nam & contrariò vetus feudum non ſit nouū in p̃iudiciū cohæredū, vt in eo.§.quidam vaſallus. Sed ego puto ꝙ debeat dici vetus & non nouum, habens formā & naturam veteris feudi: (argu. ff.de dona.cau.mor. l.ſi aliam, in fine. & l.ſenatus, §.mortis. argum. ff.de pac.l.iure gentium, §. quod ferè. argu. ff. depoſiti, l. prima,

prima,§.quòd ſi rem,in fi.& l.Lucius) nam acceſſio prioris dicitur,(argu.ff.de le.j.l.ſi ex to.j.reſpō. & l.quod in rerum,§.ſi quis poteſt ſeruū,§.fi.argu. ff.de lega.ij.l.cùm fundus ſi areæ peculium,j.reſp. ff.de le.iij.l.ſæpè.ff.de fun.inſtruc.leg.l.iij.primo reſponſo.l.ſi mancipia,primo reſponſo.ff. de annu. lega.l.annuā)& eius naturæ eſſe debet additamentum,cuius eſt prius feudum. argu.ff. de pac. dot.l. inter ſocerum,§.cùm inter. & argu. in titu. de cap. extraor.§.beneficia conditionalia. C.de iure dot.l. etiamſi non,in fi.ff.de publi.act.l.ſi ego,§. idem ait. Acceſſio enim non mutat naturam prioris,argu.ff. de re iu.l.iiij.§.ſi ex conuentione.Item & legata ab hærede incipiunt,ſed loco hæreditariarum actionū habentur,vt ff.de act.& obli.l. hæreditariarum.argum.ff.de ſepara.l.quotiens. Nam & vbi dominus augmentat feudum, non habet vaſallus neceſſe de eo iurare cū primo iurauit: (vt notaui in ſumma ſuprà,quibus mo.feu.acqui.§. ſed quæritur nunquid frater,& addas hîc quæ in illo §. notantur) & vbi nouandi animo inueſtiuit de nouo de feudo veteri cum adiuncto: antiquū remanet vetus ſicut & fuit, & adiunctum dicetur nouum.argu.ff.de lib. legat. l.vlti.argu.ff.qui potio.in pigno.habe.l.creditor acceptis,j.reſpon.Idem poteſt quæri & dici de vaſallo habente feudum antiquum,qui feudum vel partem feudi alienauit voluntate etiā domini,& loco illius feudi alienati vaſallus ſuppoſuit de ſuo allodio: vel pretium conuertit in emptionem prædiorū,

vt eſſent loco feudi quaſi vice permutata dominij, vt non intelligatur diminuiſſe quæ vendidit. arg. ff. de leg. ij. l. Imperator, §. vlti. & l. ſed quod, & l. Lucius Titius, j. reſpon. in fi. ff. de lega. iij. l. qui filiũ, §. j. & l. xj. §. ſi rem, in fi. ff. de adimen. lega. l. pater. argu. ff. de condi. & demõ. l. filiæ ſuæ, §. j. ff. de iure dot. l. ita conſtante, §. quòd ſi fuerit, & l. cùm vir, §. vlt. & l. ſi is qui, in fi. ff. ſolu. ma. l. ſi cùm dotem, in fi. argu. ff. quod me. cau. l. ſi ipſa res, ff. de peculio, l. ſed ſi quis. ff. de tribu. act. l. procurator, §. nõ autem. ff. de peti. hær. l. ſi ipſe, in fi. ff. de vſusfr. l. ſi vſusfructus, §. j. ff. ſi quis omiſ. cau. te. l. ſi quis, in fi. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. ſi donante, §. ſponſus. ff. qui poti. in pig. hab. l. creditor acceptis, j. reſponſo. ff. de ali. & cibа. lega. l. Caio, j. reſpon. ff. de pigno. l. grege, §. cùm pignori. argu. contra. ff. de peti. hære. l. ſed & ſi lege, §. primo. Item ſi feudo aliquid accreſcat, non dicetur nouum, ſed incrementum, vt arg. ff. de iure dot. l. iiij. argum. ff. de fideicom. liber. l. generaliter, §. ſi quis alienum, in verſi. planè ſi fortè. ff. quorum lega. l. ij. j. reſponſo.

Item ſecundum iura eccleſiaſtica feudum nõ dicitur nouum, vel de nouo quis inueſtire ſi inueſtiat de feudo ſibi aperto morte vaſalli: vel alienato feudo ab alio vaſallo, ſi filium vel conſanguineũ conſortem alienantis inueſtiat, vel cùm facilè feudum alienatum à vaſallo non poſſit dominus recuperare, poterit aliquem inueſtire vt recuperet, & à domino recognoſcat, vel inueſtiat aliquos benè merentes,

licèt

licèt dominus iurauerit ſe nõ alienaturũ, vel infeudaturũ de nouo: quod poteſt etiam intelligi, niſi poſſeſsiones inutiles alienat vel cõmutat, vt in titul. de feud. & benefi. c. vt ſuper poſſeſsiones, & c. ex parte tua, & c. per literas. Si tamẽ vaſallus dominum occidit vel clericum eiuſdẽ, vel mutilauit: filius eius vaſalli vel hæres non poterit de eo feudo, vel de alio ab alio domino vel ſucceſſore inueſtiri, vt in titu. de feudis & bene. c. ad aures, & c. in quibus, §. primo. Et erit idẽ iudicandũ in vno quod in alio, niſi aliud ſpecialiter in aliquo ſtatuatur contrarium. argu. C. de naturali. liber. l. iij. ſimile in Inſti. ꝙ cum eo qui in aliena poſ. j. reſp. Differunt autẽ inter ſe, nam nouum tranſit ad filios & non ad collaterales, niſi ſpecialiter dictum ſit: paternum verò tranſit ad collaterales deficientibus deſcendentibus: tamen in neutro caſu aſcendentes poſſunt admitti, in vtroq; deſcendentes admittuntur, vt in titu. qui debe. ſuc. in feu. primo reſpon. ſuprà tit. j. §. ad filias, inf. eo. primo reſpon. argum. ff. de ritu nup. l. in eodem, §. j. & l. filio, in prin. & ad hoc require in ſumma ſuprà, de ſuc. feu. §. primo & ſecundo, §. aſcendentes, §. quod dictum eſt ſuprà vtrum filij, & §. item ſuccedũt collaterales, §. ſi verò eſt paternũ, & §. & ſuccedunt collaterales oẽs. Item minor poteſt inueſtiri de veteri beneficio, ſed non de nouo: (vt in titu. explicit liber primus, §. inueſtitura, §. noui) maior autẽ ad vtrumq; admittitur, vt ibidem, & de hoc require in ſumma ſuprà, quib. mo. feu. acqui. §. minor etiã, &

§. maior

§.maior admittitur. Item noua inueſtitura debet probari etiã per extraneos, ſed in clerico oẽs (ſublata differentia parium & extraneorũ) admittuntur, vt ſuprà, explicit liber primus, §.ſi inueſtitura. in tit. hîc inci.conſti.reg.c.j. §.ſi verò clericis: & circa hoc require in ſumma de conten.feud.§.ſi verò vaſallus non deficiat, §.vbi verò vaſallus, §.in feudo tamen clericorum, & in ſumma ſuprà, quib.mod. feu.acqui.§.inueſtitura noui feudi. Et erit ſciendũ quòd de veteri beneficio non poterit fieri nouum in præiudicium alicuius: & ſi factum fuerit, tunc & vetus cenſebitur, vt infrà eodẽ §.quidam vaſallus, ſuprà de ſuc.feud.§.primo.argu.ff.de libe. & poſthu.l.filio quem, primo reſponſo, in fi.argu.in Authẽ. de non eligen.ſecundò nuben.§.j.§.colligentes. Præiudicatur tamen præiudicanti, repudianti, & conſentienti, vt cohæres inueſtiatur de nouo, (vt in tit. hîc incipi.conſue.regni, c.hæc ſunt capitula, §.ſi contigerit vaſallum, in fi.) niſi in refutatione adiecerit vt ſuccedere poſſit vel ſimul inueſtiatur, vt in titu. de capi.extraor.§.quõdam vſui contingebat. Simile in patre emãcipante filium ſimpliciter vel cõtracta fiducia, licèt idem ſit hodie in vtroq;, vt C.de emanci.l.vlt.in Inſti.de legi.agna.ſuc.§.vlt. & ad hoc etiam facit quod notaui in ſumma, ſuprà de ſuc.feu. §.aſſcendentes, et §.ſed circa hoc iſtud. Et ſi contingat quòd vertatur in dubium ſit feudum nouũ vel paternum. dic vt notaui in ſumma ſuprà de cõten. feu.§.ſi verò controuerſia eſt inter dominũ & eum.

CAPVT CXLIIII.

In quibus caſibus feudũ amittatur.

AD huius tituli ſummã ſufficiat, quod notaui in ſumma ſuprà, quib.mo.feudum amit. quod ibi.notatur, hîc repetatur.

CAPVT CXLV.

De interpellatione feudi.

DIctum eſt ſuperius de contentione feudi, & hoc ponitur quaſi ſimile, vnde illa ſumma ad iſtum ſufficiat: vel hic dicit de interpellatione, quæ fit à vaſallo ipſi domino propter euictionem feu. vt videtur dicere, inf. eod. primo reſp. & §. primo. Et de hac materia traditur in ſumma ſup. quibus modis feu. acqui. §. & non ſolùm poſſunt dari, & §. item poſito ſine præiudicio: vnde illa ſufficiant ad ſummam huius tituli.

CAPVT CXLVI.

De conſuetudinibus regni.

HIc titulus non eſt ſummandus per ſe, cùm omnes præcedentes & ſequentes poſſunt dici conſuetudines regni: nec rectè poteſt ſummari reſpectu tituli, licèt hoc ſolùm nota. de conſuetudine feudorum: quia adeò vim ſuam extendit, ꝙ vincit leges & rationem, vt in titu. explicit liber primus, primo reſponſo. in titu. de feud. & benefi. l. vaſalli qui tempore guerræ, primo reſponſo. & in ſtatutis de fictis & feud. in titu. de pace Conſtan. §. vaſalli

ſalli qui tempore: & de conſuetudine feudorum notaui ſuprà, quibus modis feud. acquir. in proœmio, & §. in feudum dare poſſunt.

CAPVT CXLVII.

Qui de conſuetudine regni in feudo ſuccedant.

H*VIC ſummæ ſufficiat alia ſumma ſimilis huic ſuprà de ſucceſsione feud. & quod ibi notatum eſt, hic repetatur.*

CAPVT CXLVIII.

Capitula quædam extraordinaria huius doctrinę feudorum.

H*AEC reſpectu tituli non poſſunt ſummari, ſed ſunt capitula extrauagantia & alterius compilationis, quæ non erant in ſuprà dicta compilatione: & hîc ponuntur vt allegari poſſint ſub titulo certo.*

CAPVT CXLIX.

S*Vmmoperè mandare curamus, vt ſi quis aliquem de beneficio inueſtiuerit, quòd ille q inueſtitus fuerit, non poteſt per propriũ vendere, nec pro leuiſsima re locare nec infeudare, niſi maiorem partem apud ſe retinuerit: & ſi in deſperatione filiorum fuerit, nulla ratione, nec quolibet modo dare poteſt. Quæ omnià ſi facta fuerint, nullius momenti erunt, & eo defuncto omnia ad priorẽ dominum reuertuntur: & ſi dominus conqueſtus fuerit paribus, pares auditis rationibus intra anni*

ſpacium expedire faciant: vaſallo non faciente ſatisdationem, domino dent poſſeſsionē ſaluis ſuis rationibus, niſi diffinitiuam promeruerint ſentētiam. Feuda ſcutiferorum, vt ad libitum dominorum poſſint adimi, rationis non eſt, dum tamen ſeruiant ſecundum laudationem curiæ.

Vt inter conditionalia, & non conditionalia aliqua ſit differentia, dicimus quòd ſi quis alicui dederit beneficiū conditionale, (vtpote quæ dantur propter habitationem) deſerta habitatione beneficiū amittetur: & etiam cùm certò conſtituuntur ſeruitio, nō dato ſeruitio non poterit retineri beneficium. Quoniam de fidelitate mentionem fècimus, ſuper ea aliqd ſummatim diſpiciamus. Si beneficium eſt ſine fidelitate, & vaſallus aliquid quod ſit contra ſuum dominum fecerit, amittat beneficiū laudatione pariū: in hoc idē dicimus in his, qui fidelitatē iurāt. Si cui militi fidelitas requiſita fuerit à domino, dominus ſecundum quoſdam librum militi oſtendere debet, et miles eam facere debet, vel parium laudatione ſtare intra annum: quod niſi factum fuerit, miles ſecundū quoſdam de beneficio damnari poteſt, quod contra præceptum domini Lotharij regis Papiæ datum videtur. Librum autem quòd vaſallo oſtendi ſoleat non neceſsitate fieri, ſed voluntate: eſt enim quoddam ſignū requiſitæ fidelitatis memoriæ cauſſa. Et venit aliquando vt vaſallus dicat domino ſe facturum fidelitatē, quam pares laudauerūt: tunc non pdit beneficiū, ſi ſtat p dominū qd faciat curiā.

Qui fidelitatē iurāt, ſi voluntate vtrorumq; ſeparatio facta fuerit, fidelitas finitur: ſi ſua voluntate vaſallus vel iudicio parium feudum dimiſit, fidelitas durat.

Cùm plures fratres vaſalli paternū habent beneficiū, donec illud indiuiſum poſſident, vna fidelitas & vnum ſeruitiū domino fieri debet: ſi verò partitū fuerit, quot partes, tot erūt fidelitates. Seruitia verò non pro partibus, vt vnū primum, videlicet grauiora, ſed ꝑ quantitate beneficij moderāda. Plures autem domini etſi feudū intra ſe diuidant, nullo modo niſi vnā fidelitatē ex feudo habere poterunt. Seruitium verò omnibus non grauitate, ſed moderamine faciendum eſt, cùm feudum hæreditarium vni ex cohæredibus propria culpa auferetur à paribus per iudiciū, cæteris non præiudicat. Hoc aūt ita intelligitur, vt viuo eo vel ſuis hæredibus feudum ad cæteros venire non intelligatur. Si cōtentio fuerit inter dominum & vaſallum, & dominus habuerit aliquam rationem contra vaſallum, & vaſallus contra dominū, vaſalli ratio prius diſcutiatur: quoniā pares maiorem iuriſdictionem habēt de ſuo pari, q̄ de ſuo domino. Generaliter verū eſt in feudis dominos de euictionibus teneri, aut ſi quis ſciens inueſtiturā alterius beneficij acquiſierit, eo euicto nullā aduerſus dominū vaſallū actionē habere dicimus, quoniam in acquirendo malā habuit fidem. Vnum quidē nō minus vtile, ſed ſatis congruū ſuperioribus aduerti, & ex comprobato vſu in ſcriptis bono arbitrio

reducere pcuraui. Si qs igitur p vice domicaria vel villicaria, & vt dicã, p decania, vel alijs quibuſcunque angarijs feudũ, quod impropriũ eſt, accepit, niſi ſpecialiter hoc actum ſit inter cõtrahentes, id eſt, nominatim feudũ cum honore fe. & ita vt non liceat domino auferre quod datum fuerit, etiãſi adminiſtratio illa auferatur, quod datũ penitus ablata adminiſtratione ſine omni obſtaculo auferri liceat. Si aũt, quòd ſuperius dictũ eſt, pbare conetur, quodãmodo poſsidere vaſallum à quibusdam credatur, non iureiurando decidi oporteat, ſed teſtibus vel inſtrumẽto alyſúe legitimis pbationibus cauſſa firmiter approbetur. Si qua cõtentio de beneficio inter aliquos (put ſæpè fieri ſolet) orta fuerit, ſi vnus dominus vel loco domini habeatur, & alter vaſallus vel loco vaſalli habeatur: ſi per pares ſecundũ vſum regni iudicium ventiletur, primò de ſuo recto beneficio inueſtiri debet, & ſi poſſeſsio aliqua perturbata fuerit, modo reſtitui debet. Si alter ex fratribus, qui paternũ habeat beneficium, ſuam portionem dederit domino vel alicui extraneo: dominus vel extraneus tãdiu teneat ſine præiudicio, quamdiu ille, qui dedit, hæredẽ maſculum habuerit: ſi verò ſine hære de deceſſerit, alter frater ſi vixerit, vel eius hæres ſine vllo obſtaculo et tẽporis pſcriptione beneficiũ, qd hæreditariũ eſt, vẽdicet à quocũq; poſſidente. Hoc idẽ dicimus etſi fratres fuerint, et alter ab altero ex fratrib. acqſierit: hoc.n. veriſsimũ ex vſu cõprobato dicimus. Quoddã vſui traditũ recordationis cauſſa

in ſcriptis ponere procuraui. Si quis igitur habens filium ipſum per dominum inueſtire fecerit niſi nominatim cum domino pactus fuerit, (vt ſi filius deceſſerit ante patrem, quod feudū ad patrē reuertatur) dicitur defuncto ante patrem filio patrem carere beneficio, & domino acquiri beneficiū. Si maritus de feudo ſuæ vxoris inueſtiatur ea abſente, niſi nominatim quaſi gerēdo vxoris negotiū inueſtiatur, ſibi acquirit feudum ea ſciente vel iubente: ſi verò vterq; in ſimul inueſtiatur, pro parte ſibi proficiunt, niſi cū iam dicta diſtinctione factum fuerit. Et dicimus etiam vt ſi vnus ante alterum ſine hærede deceſſerit, quòd alterius pars domino acquiratur.

Vnum quidem ſatis vſitatū dicimus, quòd ſi aliquis deceſſerit nullo in feudo relicto hærede, ius feudi ad dominū pertinere dicimus: fruges aūt extātes non ad dominū, ſed ad filias ipſius vaſalli, vel etiam ad vxorē eius ptinerēt: & hac ratiōe creditor eas retinere poteſt, licèt pignus habere non poſſit, et hoc cū diſtinctione Imperialium conſtitutionum.

In beneficijs vt in cæteris contractibus præſcriptiones currere, ſatis humanū & rationi congruum videtur. Si quis ergo feudum alienum bona fide ab aliquo iuſta traditione acceperit, licèt dominus non ſit, cùm verus dominus in traditione putetur, longi temporis præſcriptione ius ſibi acquirit: ſi verò malam fidem habuerit, nulla ſe poterit tueri præſcriptione, nec etiam de euictione agere poterit. De ingreſſu curiæ à quibuſdā varia ac diuerſa putātur:

nos autẽ, quod ſæpius ac rationabiliter in multis curijs & ciuitatibus intelleximus, in ſcriptis bonæ recordationis cauſſa inſerere ꝓcurauimus. Quicunq; igitur beneficium per inueſtituram acquiſierit ſine poſſeſsionis traditione, pares ad inueſtiturã habeat, vt pro ipſo veritas diſcernatur, cùm cõtrouerſia inde fuerit. Sanè ſi poſsidet, alijs quibuſdam adiuuetur adminiculis. Veruntamẽ quia milites inopes vaſalli ſunt, per teſtes vel per breue teſtatum probatio ſatis competens eſſe dignoſcitur. Beneficia conditionalia, quæ in maioribus curijs à veteri tempore eſſe noſcuntur, vtpote patriarcharũ, archiepiſcoporum, abbatũ, abbatiſſarum, ducum, marchionum, comitum, capitaneorum, ſiue etiam maiorum valuaſorum, ſi duobus, tribus, vel deinceps alijs dantur vaſallis: tacitæ conditiones eos ſequuntur, niſi nominatim in ipſis traditionibus ipſæ conditiones excipiantur. Hoc idem etiam de his conditionibus, quæ nouiter conſtituuntur ad harum ſimilitudinem veriſsimum fore ſapientibus placet. Si duo fratres in hære des maſculos & fœminas de beneficio inueſtituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum uenire dicimus, cùm vnuſquiſque fratrum ſuæ ſoboli benè cõſuluit. Si enim frater ſuus ſine vlla progenie deceſſerit, feudũ non ad ſuperſtitem, ſed ad dominum perueniet: niſi pactum de ſucceſsione factum foret. Beneficium intelligitur de veteri & nouo, & cùm de veteri ſit inueſtitura, ſatis ſit ſi de recto beneficio fiat inueſti-

ſtitura. Hæc autem inueſtitura ab vnaquaque perſona fieri poteſt. ſiue ſeculari ſiue eccleſiaſtica. Si antiquitùs eorum cõſuetudo fuerit, hæc ſecundũ quoſdam, & à fœmina, & à minore xv. an. fit: de nouo ſi fiat inueſtitura, nominatim & de certa re oportet fieri. Hæc inueſtitura à muliere ſecũdum quoſdam non valet, quibusdam valere plus: quæ ſententia mitior eſt. A minore autem xviij. annorum non valet, hoc etiam de minoribus ann. xxv. aſſeritur, vt quibuſdam placet. A prælatis eccleſiarum verò tradi, et legitimè, dici poteſt iure vt valeat inueſtitura, dũ tamen diſsipator videri nõ poſsit: quod ſi aliter intelligeretur, nullum beneficium ab eccleſiaſticis perſonis datum retineri poſſet. Dicitur etiam quòd ſi cõiunctæ perſonæ gratia, vel etiam alicui alteri tale dedit feudum, quòd duos conſimiles vaſallos acquirere poſſet, inutile eſt beneficium. Quicunque paratus eſt facere benè fidelitatem domino ſuo, prout pater fecerat fidelitatem patri vel anteceſſori domini, dum tamen hæc bona fide dicat et non doloſè: ſed iuſto errore omninò condemnari nõ poteſt. Cùm enim cõtrouerſia eſt inter ipſos. ꝑ antiquitatẽ fe. vel per breue teſtatum vel per teſtes domino incumbit probatio, alioquin per vaſallum veritas inquiratur. Quoddam ſatis benè diſpoſitum ad vtilitatem, & ad pernitioſam calliditatem deſtruendam in ſcriptis inſerere curauimus. Quidam miles bina beneficia à duobus dominis, prout ſolitum eſt, acquiſiuit, qui decedens duos reliquit filios, qui paterna

 bene-

beneficia inter ſe diuidentes, alter eorum ſuo domino pro beneficio, quod ad eum venit, fidelitatem nullo antepoſito, ſicut et vti pater fecerat, fecit: alter verò frater alteri domino ſimiliter pro ſuo beneficio, quia alium & nullum dominum habere videbatur, nullo antepoſito fidelitatem fecit, defuncto poſteriore fratre ſine filijs vtrumque feudũ in vnã, vt prius, venit perſonam, & ſic dominus talem fidelitatem quærit, qualem frater eius fecerat. Quas altercationes amputantes, dicimus illud quod frater fecit, nihil ſuperſtiti obeſſe, licèt in ſecundam & tertiam generationem & vſque ad infinitum foret.

Qđ nomine gaſtaldiæ vel guardiæ in feudũ datur, ablata gaſtaldia vel guardia iure auferri poteſt.

Quidã dominus habẽs beneficiũ reliqt duos filios, et vnuſquiſq; ipſorũ habuit duos vel tres filios, vnus illorum fratrum deceſsit vna tantùm filia relicta: portionẽ illius nõ ad omnes ſuperſtites, ſed ad patruos illius & ſuis poſterioribus pertinere dicimus.

Qui accepit inueſtituram alterius beneficij, inutilis eſt hæc inueſtitura: & qui ſciens hoc agit, de euictione agere non poteſt.

Inter dominum & vaſallum nulla fraus debet eſſe, & inde poteſt accipi, ſi vaſallus nõ dolosè ſteterit per annum quærere inueſtiturã ſui beneficij, non damnabitur: dolus enim abeſt ſi iuſta cauſſa impediẽte ſteterit, vel etiã cum amore ſeruitium fecerit domino conſcio. Dicimus autem vt ſi contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, beneficio carebit.

Va-

Vaſallus habens feudum deliquit contra dominũ, cui iudicatum eſt, agnati cum domino litigant: quidam domino dicunt pertinere, quidam agnato. Dicimus autem ad dominum non pertinere, donec aliquis maſculus ex delinquenti vaſallo ſupereſt: alij verò contradicunt.

CAPVT CL.

De feudis & beneficijs conſtitutiones Imperiales.

IMperator Auguſtus Henricus ſecundus. De militum beneficijs quoniã dubias variasq́ cauſſas in regno noſtro eſſe cognouimus, ideoq́ ad Reipublicæ ſtatum quædam ſtatuimus. Si quis ergo dominum ſuum interfecerit, vel vulnerauerit ipſum dominum, ſuámue dominam obſederit, vel eam cucurbitauerit, vel contra ea, quæ in fidelitate nominantur, fecerit, vel his ſuprà dictis conſilium dederit, parium laudatione beneficium amittat. Si verò de ſupradictis ſe defendere voluerit teſtibus à parte domini deficientibus, cum tribus paribus ſe expurget: ſi autem pares habere non potuerit, cũ duodecim propinquioribus parentibus ſe defendat, vſu verò curiali ſolus defendat. Si quis autem ſuorũ parium idoneus tamen exinde ſe veritatem ſcire dixerit, & per pugnã eũ fatigare voluerit, vt per pugnã ſe defendat dicimus. Si quis aũt fuit, q̃ domino non ſeruierit, pariũ laudatiõe beneficiũ amittat: curiali tamen vſu id redimere poteſt pro medietate, quantum

tum valuerit. Sed ſi hoc defendere voluerit, duos vel vnum ſaltem parem oſtendat, & cum his ſe ſeruiſſe iuret: & ſi pares parémue habere nequiuerit, cũ tribus vel duobus propinquioribus parentibus ſe intra annum ſeruire iuret, vſu tamen curiali ſolus iurare conceditur. Qualiter autẽ iuret, an ſolus an cũ alijs, nihil intereſt, dum tamẽ ſeruitia nominet. Si autẽ concorditer cum domino ſuo ſe habuerit dominũ ſæpè videndo, tunc dicimus vt probet ꝑ teſtes ſeruitiũ feciſſe, & per ſe nõ ſtetiſſe: ſi autẽ aliqua inter dominũ & vaſallũ diſcordia fuerit, vel ſi domicilia in longinquũ habuerint, vaſallus domino ſe repræſentando ſeruitiũ promittat, vt ſi neceſſe fuerit hoc probare iureiurando, ſaltẽ ad finẽ controuerſiæ vaſallo à paribus dato. Si quidẽ intra annũ ſeruierit, quod leuiſsimũ fuerit, & dominus aliud ſeruitiũ impoſuerit, quod vaſallus neglexerit, vnde damnũ domino illatũ fuerit, vſq; ad fruges feudatarius parium exiſtimatione damnum reſarciat. De alijs verò culpis vnde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat ſe, vt ſuprà, vel emendet.

SI quis inueſtitus de feudo ligio, pro quo contra omnes fidelitatẽ domino debet, Lucio & Titio ex ſe deſcendentib. filijs, ſibi hæredibus inſtitutis, vita deceſſerit diuiſione facta: ſi ad ſolum Titiũ feudũ peruenerit, rationabiliter placuit eum ſolum fidelitatis ſacramento eſſe obnoxium, ad quem ſolida feudi iura trãſierint. Quòd ſi ab alio domino Lucius poſteà feudũ per inueſtiturã acquiſiuerit, pro

quo ſimiliter ei cōtra oēs homines fidelitatē fecerit: decedente Titio ſine liberis, ad quē deuoluatur feudum quod ex diuiſione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum quæri poteſt? Et cùm placeat quē ligium hominem duorū eſſe non poſſe, videri poteſt feudum ad dominum pertinere: ſed rectius viſum eſt feudum, q per inueſtituram acquiſiuerit, impedimento ei non eſſe, liceréq; ei per ſubſtitutum acceptabilem domino priori ſeruire.

EX facto incidiſſe ſcio Fredericum principem noſtrū, cùm ab initio dux eſſet, & pro ducatu fidelitatē faceret, diuino nutu poſteà Imperatorē creatū, petita ab eo fidelitate pro ducatu, petenti domino reſpondiſſe nō teneri fidelitatem facere, cùm omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat, & ipſe ſoli Deo & Romano Pontifici. Sed cùm inſiſtente feudi domino de hoc contenderetur, proceribus prudēter viſum eſt feudū amiſſum eſſe, vel alium ducem in ducatu conſtituendum, qui feudo ſeruire debeat & domino fidelitatem faciat.

DE negotio, ſuper quo nos conſulere voluiſti, tibi ſecundum ius curiæ & vſum feudi breuiter reſpondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per eccleſiā detinetur, nulla ſit faciēda fidelitas. Inſuper etiā te inſtructū eſſe volumus, q ſi dominus, à quo feudum tenebatur, diem ſuum pluribus hæredibus relictis obierit, vaſalli, qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatē pro eo feudo facere, niſi domini illud feudū primò partirētur:

quoniam

IVgales à quodā milite ſimul de eodē feudo inueſtiti fuerant, vt in ſe deſcendentesq; ſuos id haberent. Hi ex ſe filio & filia ſuperſtitibus defuncti ſunt, inter quos feudi quæſtio agitatur. Maſculus enim vniuerſum feudum ſibi vendicat, fœmina verò ad parētum feudū pariter cum fratre vocari ſe defendit: quidam pro maſculo, quidam pro fœmina pronunciāt. Eorum, qui pro filia iudicant, ſententiā ſequendā eſſe cenſeo, cùm filia ex antè dictorum iugalium contubernio ſupereſt ex prædefuncta vxore alio ſuſcepto maſculo, qui conſanguineus ad eā frater ſit: in cæteris priorum ſententia ſanè ſequenda eſt. Quòd ſi ſola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio ſuperſtite maſculo, ab hac luce ſubtracti fuerint: feudum ſcindi fert prudentum noſtræ ciuitatis opinio, vt dimidiam quidem partē fœmina ſibi acquirat, reliquam verò dominus aut eius hæres accipiat.

FEuda habitationum, niſi aliud ſpecialiter cautum ſit, morte accipientium finiuntur.

IMperator Henricus. Si contigerit feudū incuria aut fidelis neglectu conſortibus applicari, nullus ex eo leuamen detruſus excipiat, ne ſenioris ſui cōtēptus illuſus fiat, ob quē feudū iure dimiſerat. Sanè q aliter fecerint q̄ ꝑ mens ſaluberrima noſtræ cōſtitutionis expoſcit, beneficio ſe carituros eſſe cognoſcāt, ita vt eis amplius ſperare nō liceat: ſeniori danda licētia tā ab ipſis eorūq; poſteris, q̄ cæteris detentatoribus prædictum beneficium vendicandi.

Quæ ſi-

QVæſitum ſcio, dudumq́ apud prudentes fuiſſe cauſſam hanc. Si ſerui, quibus macula ſeruitutis obſtaculo fuerat, libertate donati fuerint, an ad feudi ſucceſsionem valeant aſpirare? Demque poſt magnas varietates obtinuit ſentētia diſtinguentium quo tempore libertatis donū aſſecuti fuerint, vt ſi quidē eo tempore quo cohæres alter, vtpote his conſtitutis inhabilibus, aut dominus quaſi ad ſe deuolutum vendidiſſet, ab eius ſucceſsione ſint penitus alieni, ne quod legitimè factū eſt, ſuperuenienti facto poſteà retractetur: qui ſi re integra manumiſsi fuerint, in feudum rectè ſuccedere queunt.

ANtiquatū eſſe ipſis rerum experimētis nos ipſi cognouimus, fideles, niſi aliud contractibus pactiones inſertæ deſiderent, dominorū ſumptibus eiſdem ſeruitia miniſtrare. Iuſtum nāque eſt vt illi conſequantur ſtipendium, quo tēpore ſuum commodare reperiuntur obſequiū: præſertim cùm nec quiſquā proprijs cogatur impēdijs militare, maximè cùm extra ciuitatis ſuæ tentoria ſeruitijs exhibendis eos conuenit fatigari.

GRegorius ſeptimus. Si quis Imperator, Regū, Ducū, Marchionum, Comitum, vel quarūlibet ſecularum poteſtatū, aut perſonarū inueſtiturā Epiſcopatuum, vel alicuius Eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit, Eccleſiaſtica communione priuetur.

QVoniam inueſtituras contra ſanctorum patrum auctoritatem à laicis in multis partibus

bus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in Eccleſia; immò ruinam ſanctæ religionis oriri, ex quibus cẽſuris religio cõturbatur: decernimus vt nullus clericorum inueſtituras Epiſcopatus, vel Abbatiæ, vel Eccleſiæ de manu imperatoris, vel regis vel alicuius laicæ perſonæ viri, vel fœminæ ſuſcipiat. Quòd ſi præſumpſerint, recognoſcant inueſtituram illam ab Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe vſque ad dignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere.

SIquis clericus, Abbas, vel monachus per laicos Eccleſias obtinuerit, excommunicationi ſubiaceat.

COnſtitutiones ſanctorum canonum ſequentes ſtatuimus, vt quicunque clericorum ab hac hora inueſtituram Eccleſiæ vel Eccleſiaſticæ dignitatis de manu laici acceperit, & qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiaceat, & communione priuetur.

MAius eſt poſſeſsionem dare, quàm ſit inueſtituram concedere.

NVlla iuris conſtitutione aut conſuetudinis, vſusq; longæui obſeruãtia prohiberi ſciſcitatus, inuenio vaſallũ arctiori, quàm in ſe habeat, lege feudum in alium vbilibet poſſe tranſferre.

LOnginquitate temporis fit ſæpè vt non pateat conditio originis: vnde iam ſtatutum eſt vt profeſsionem ſuam liberti Eccleſiæ debeant facere, qua profiteãtur ſe & de familia Eccleſiæ eſ-

ſe & eius obſequium nunquam relicturos. His quoque adijcimus, vt quoties curſum vitæ ſacerdos impleuerit et de hac vita migrauerit, mox cùm ſucceſſor eius aduenerit, omnes liberti Eccleſiæ vel ab eis progeniti cartulas ſuas in conſpectu omnium debēt ipſi, q ſubſtituitur, pontifici publicare, & profeſſionem in conſpectu Eccleſiæ renouare: quatenus ſtatus ſui vigorem illi obtineant, et obedientia earū Eccleſia nō careat. Sin autem ſcripturas libertatis ſuæ intra annum ordinationis noui pontificis manifeſtare contēpſerint, aut profeſſiones renouare noluerint: vacuæ & inanes cartulæ ipſæ remaneant, & illi origini ſuæ redditi, ſint perpetuò ſerui.

Liberti Eccleſiæ, quia nunquam eorum moritur patrona, à patrocinio Eccleſiæ nunquam diſcedant; nec poſteritas quidē eorum, ſicut priores canones decreuerunt. Ac ne fortè libertinitas eorum in futura prole nō pateat, ipſa quoq; poſteritas ſe ab Eccleſiæ patrocinio non ſubtrahat; neceſſe eſt vt tam idem liberti quàm eius progeniti profeſſionem Epiſcopo ſuo faciāt, per quam ex familia Eccleſiæ libertos ſe eſſe fateantur: eius patrocinium non relinquant, ſed iuxta virtutem ſuam obſequium ei, vel obedientiam præbeant.

Quicunque fidelium propria deuotione de facultatibus ſuis aliquid Eccleſiæ contulerunt, ſi fortè ipſi aut filij eorum redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Eccleſia ſuffragium vitæ temporis vſu percipiant.

Et

ET iure & moribus receptum eſt, vaſallum clericali ſe militiæ dedicātē feudū amittere. Scriptū eſt enim in diuinis eloquijs, Miles Chriſti ſeruiat Chriſto, milites ſeculi ſeruiāt ſeculo.

SIquis Epiſcopus ſecularibus poteſtatibus vſus, Eccleſias pro ipſis obtinuerit, deponatur et ſegregetur, omnesq; qui illi communicant.

ILlud per omnia interdicimus, vt nullus clericũs præbendam ſuam ſeu beneficium aliquod Eccleſiaſticum aliquo modo alienare præſumat: quod ſi præſumptum olim fuerit, vel aliquādo fuerit, irritum erit, & vltioni canonicæ ſubiacebit.

QVicunque militum vel cuiuſcunq; ordinis vel profeſsionis perſona prædia Eccleſiaſtica, à quocūque rege ſeu ſingulari principe, vel ab Epiſcopis inuitis ſeu Abbatibus, aut ab aliquibus Eccleſiarum rectoribus ſuſcepit, vel inuaſerit, vel eorum conſenſu tenuerit: niſi eadem prædia Eccleſiæ reſtituat, excommunicationi ſubiaceat.

SI tributum petit imperator, non negamus: agri Eccleſiæ ſoluant tributum. Si agros Eccleſia deſiderat imperator, poteſtatem habet vindicādorum, tollat eos ſi libitum eſt, imperatori non do, ſed non nego: quia non Eccleſia dari imperatori, nō pontificalis apex more capitis Eccleſiæ præeminens poteſt ſubijci regibus.

DE his quæ clerici emerint vel viuorum donationibus acceperint, conſueta princip-

 bus

bus debent obſequia, vt & annua eis perſoluant tributa, & vocato exercitu cum eis, conſenſu tamen Romani Pontificis, proficiſcantur ad caſtra.

Finiunt capitula de feudis,& beneficijs,conſtitutiones regales & imperiales,& decreta.

SVprà ſcripta capitula non ſummantur, ſed cũ leges & decretales & ſtatuta ſuper feudis eſſent extra uagãtia, & quædam ſine titulis, ſed in diuerſis locis ſparſa: fuit viſum vtile ponere ſub titulo, vt per titulum certum poſsint allegari.

CAPVT CLI.

De forma & ſacramento fidelitatis.

PRo ſumma huius tituli ſufficiat alia ſumma ſimilis huic ſuprà, qualiter iurare debeat vaſallus, vt quod ibi notatur, hîc repetatur.

TERTIA PARS SECVNdę partis principalis.

CAPVT CLII.

De pace tenenda.

SVprà dictũ eſt de cõtẽtione, et interpel. vnde ſubſequenter apponit de cõpoſitione in tit. de pace tenẽda et componẽda. Nam quod calamitas belli vel diſcordiæ introducit, pacis lenitas ſopit, (vt C. de cadu. tol. j. reſp.) & quod clade bellica turbatũ eſt, pacis remedio reformatur, vt in dec. 34. q. ij. c. j. & tumul

tus ꝓuinciæ aliquibus occaſionibus ortus, ex diuerſitate regionum remouetur, & pacifica prouincia demonſtratur, vt in Authen. de proconſul. Palæſti. §. communicabit. Namq; Imperator inhibet bella inter ſubiectos, & diſcordias & arma à priuatis fieri, vel emi: quia per ea diſcordiæ & mortes perpetrantur, niſi ſint cultelli minores, quibus nullus vtitur in prælijs, vt in Authẽ. de armis, in prin. §. j. & ij. §. ſi q; verò vnum, §. hãc igitur, §. vt autem. Inhibet vſum armorum cuilibet in genere, (vt C. armorũ vſus inſcio principe ſit interdictus, lib. xj.) & deferẽdorum inter patriam ſcilicet ſcutorum, lanceanorum, loricarum, (vt in d. Authen. de armis, §. eos. & C. negotiato. ne militent, l. eos) & maximè non militãtibus. Militantibus enim conceditur vt deferant ad palatium: & mercatoribus conceditur tranſeuntibus per prouinciam negotiandi cauſſa gladium ſellæ ſuæ alligare, vel ſuper cubiculo deferre. in Authent. de man. prin. §. pen. & in Nouel. illius tit. §. nemo priuatus. in Authent. de armis, §. eos. C. negociatores ne militent, l. prima, §. vlt. in eodem titu. de pace tenen. l. quoniam diuina, §. ſi quis ruſticus, §. mercator, §. ad palatium. Militantibus enim eſt conceſſus vſus armorum, qui debent ſuis numeris & inſignijs perſiſtere, & contra inimicos certare pro libertate Reipublicæ, à qua aluntur & armantur: quia militares expenſæ, & hoſtium executiones non poſſunt agi citra pecunias, & qui debent inimicorum incontinentiã refrenare, & noſtros ſubiectos tueri ac de-

Ee iij fen-

fendere, & Rempublicam augere, & publicis vtilitatibus occupari, vt armorum quotidiano exercitio ad bella ſe prępararent: cùm in bellicis exercitationib. efficiant meliores & prōptiores, vt C. de offi. iu. mi. l. milites qui à re. in Authen. de pratore Thracię, §. cùm verò. in Authen. vt iu, ſine quoquo ſuffra. §. illud ſcientes qui à re. in Authen. de fœderatis, in prin. C. loca. & conduc. l. milites, & l. vlt. Ideo enim milites ſunt ordinati, vt per ipſos prouincię iudicentur, (vt C. de offi. pręprato. Afri. l. in nomine, §. quoniam ideo) vt quod communi ſecuritate curandum eſt, eorum pręſidio protinus competens remedium poſsit mereri, vt C. de re mili. l. iam collatores, primo reſponſo. Item cōcedit Imperator deferre arma gratia venationis, (in Lombar. de armis, l. prima & ſecunda) vel propter iter, vel propter nauigationem, vt ff. ad l. Iul. de vi pub. l. j. & l. qui dolo, §. qui cum. Item non prohibet commercij cauſſa deferri, vel ſalutis tuendę, (vt ff. ad l. Iul. de vi pub. l. ſecunda, & l. hi qui ędes, §. qui telum) quia licitū eſt cuilibet redimere & tueri ſanguinem ſuum qualitercunque poſsit, & etiam armis depellere: (argu. ff. de bo. eorum qui ante ſen. mor. ſibi cōſci. l. prima, in fi. ff. de iuſti. & iur. l. vt vim ff. ad l. Aquil. l. itaq; & l. ſed & ſi) non tamen tela ſunt cōuertenda in vſum vomeris vel ligonis, vt C. de manci. colonis patri. l. vltim. in fine.

Vnde videndum eſt primò vnde nomen pacis deſcēdat, ſecundò ad quos ſpectet pacem tueri, tertiò

quid

quid per pacē vel diſcordias cōtingat, quartò de quibusdam priuilegijs vel beneficijs contingētibus occaſione & amore pacis, quintò qui debeant iurare pacem, ſextò qualiter puniantur pacis violatores, ſeptimò qui excuſantur à pœna, octauò quibus ſit præſtandum quod emendationis cauſſa præſtatur, nonò de treuga, decimò de alijs capitulis.

Eſt autem & nomen pacis appellatum à pacto, vel à pactione: vnde pactio quæ fit per pacem publicam appellatur, (vt ff. de pact. l. prima, & l. conuentionum) & pactum interponitur ad mitigandum auſteritatem, vt C. de tempo. ap. l. vltima, in fi. Tueri pacem ſpectat ad officium Irenarchæ: nam Irenarchæ debent idonei nominari à decurionibus iudicio prætoris, qui ad tutelam prouinciarum & ciuitatum faciant ſtare concordiam quietis ac pacis per ſingula territoria, vt C. de Irenarchis, l. prima, lib. x. Item ad officium imperij vel iudicis, vel prætoris, vel præſidis pertinet pacem inter diſcordes cōponere, vt ff. de vſufr. l. ſi cuius, §. ſi inter duos. ff. de ope. no. nun. l. prima, §. & poſt. & conueniens eſt iudici prouidere ne aliquis alij ſeditionem faciat, vt in Authent. de man. prin. §. deinde. Sed omnis pax ciuitatibus ineſt, dum æquitas ſubiectis ſeruatur: & non declinatur ad aliquam partium lucri vel paſſionis alicuius cauſſa, vt ibidem. Leges enim omnibus hominibus æqualiter ſecuritatem tribuunt, (vt ff. de pœn. l. capitaliū, §. ad ſtatuas) qui debet habere prouinciam paratam & quietam, vt ff.

de offi præ.l.congruit:quia quies populariũ ſpectat ad eius officium,vt ff.de offi.præfec.vr.l.prima, §. quies.Tuendi enim ſunt ciues,ſicut act.& excep.ar gu.ff.de acquir.re,domini.l.Caonio,§.oportet.Praterea debent habere ſolicitudinem,vt locus ſit quietus,& vt omnis iniuſtitia & læſio ſuſpendatur,(vt in Authen.vt nulli iudi,§.quemadmodũ) & debẽt adiuuare ad pacẽ tuendã & vindicandã,vt in ead. l.edic.j.reſp.Nihil enim boni relinquẽdũ eſt qđ ad tuitionem ſubiectorum pertinet,vt in Authen.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.§ itaque. Item milites pro pace excubant,(vt ff ad l.Iul.maie.l.famoſi,§.ſed & milites.ff.de accu.& inſcriptio.l.mulierem,§.milites)& ſolent homines arcere a malo,vt ff.de re mili.l.prima,in fi,& qui militarem & ciuilẽ manum habet ſeu adminiſtrationẽ,perfectus & ſufficiẽs ad bellum eſt & habilis,vt in Authen.de præto. Thraciæ,§.indubitatum,in fi.§.Item Epiſcopus & Comes & etiam Epiſcopi ad inuicem,atq; Imperatores & pontifices & duces ad inuicẽ ſe adiuuent, & debẽt eſſe vniti pro pace & ſaluatione omnium,vt in ead. l.placuit, in decre, diſt.x.c.præcipimus,& xcvj.c, cum ad verũ.C.de offi.præ.præto.Affri.l.in omnes, §.poſtquã.ff.de re mili l.tam collatores,§.j.in tit.de pace Conſtan.§.omnes de ſocietate. Itẽ principi ſpectat prouidere vt vitium malum non creſcat,ſed potius amputetur,vt oẽs in pace & Dei gratia, & regis viuere valeant,vt in Lombar.de eo qui cõtra iudi.ſuum,l.prima:ideo nanq; voluntarios labores ap

petit

petit, vt quietem alijs præparet, vt in Authen. vt diui. inſ. in principio. Nã propter tales diſſenſiones licèt non fiant ad interitum Reipublicæ, ipſa tamen læditur; non tamen ciues, qui inter ſe diſſenſiones faciunt, connumerantur in numero hoſtium, (vt ff. de captiuis & poſtliminio reuerſis, l. ſi quis ingenuam. §. j. & §. ſecundo) & ſuper his, quæ ad publicam læſionem ſpectant, priuati non poſſunt paciſci, (vt ff. de pactis, l. iuriſgentium, §. ſi paciſcar) & fiunt & ſuſcitantur plerunq; ſeditiones ciuitatum vel turbæ, eo quòd iudices illicitas exactiones vel pecuniã à ſubditis extorquent, vt in Authent. vt iudices ſine quo ſuffragio, quaſi in fine, vel cùm funeribus frequenter opprimunt aliqui ſine diſcrimine, vt ff. de muneribus et honoribus, l. tertia, §. præſes, l. ne in arbitris, §. ſin autem in ſcriptis,

Vnde & diſcordiæ ſedandæ ſunt, & maximè propinquorum, quas materia communionis ſolet excitare, (vt ff. de le. ij. l. cũ pater, §. dulciſsimus) vt in pace viuant, ne occaſio altercationis inter fratres oriatur, vt C. de bonis quæ liber. l. cùm oportet, §. ſui autem, in fine. Nam grauius videtur alicui incommodum fratris quàm alterius, vt in dicta, l. primo reſponſo, in fin. diuiſio enim bonorum, quam pater inter filios inæqualem facit, ſolet illos in fraterno cõſeruare certamine, & ad maiores adhuc & ſæuiores contentiones eos adducere, (vt in Authenti. de trien. & ſemiſ. §. & quòd ſæpè) & cuiuſq; intereſt amicos habere, vt ff. de vſufruct. lega. l. generali. pri

mo reſponſo. Unde etiam prohibetur quis opus nouum ædificare, ſi ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, vt ff. de operis publicis, l. opus nouum: cùm publicè vtile eſt ſine metu & periculo commeari, vt ff. de his qui deie. l. prima, §. ſumma cum vtilitate. & ff. de operis no. nũtiatio. l. de pupillo, §. ſi quis riuos. Lombardis tamen licet ciuitates murare, & munitiones facere, vt in titu. de pace Conſtan. §. ciuitates. ſimilia ff. de operis publi. l. de operibus. C. de ædificijs priuatis, l. per prouincias. Nam tutelæ ciuitatis prouideri videtur inſtructo murorum præſidio, (vt C. de expen. ludo. l. prima, libro xj.) ad quorum inſtructionẽ et reparationem nullus excuſatur, vt C. de operis publi. l. ad portus, & l. omnes prouinciarum. C. de quibus mu. vel præſta. nemini lice. ex lib. x. l. hac prouidẽtiſſima. & turres ædificare in muro ciuitatis: munitio cum priuatorum vſu & vtilitate ſeruabitur. vt C. de oper. publi. l. turres. Sed iſti muri & turres non habitabuntur ab aliquo ſine permiſſu principis propter fortuita incendia, vt ff. ne quid in loco ſacro, l. neque: niſi in pœdeplanis à militibus redeuntibus vel proficiſcentibus ab bella, vt C. de metatis & epidi. l. deuotiſſimos. Item prohibentur ciuitates vel homines inter ſe conuenticulas vel coniurationes vel coadunationes facere, etiã occaſione parentelæ: & maximè in Eccleſijs, vel corã iudice, vel ad malũ, vel ad ſodalitia collegia celebrare, vel milites in caſtris habere collegia, vt C. de Epiſcopis & cleri. l.

conuenti-

conuenticulam. & C.de ſeditioſ.l.j. & ij.C. de his qui ad Eccle.confu.l.denunciamus.ff. de collegijs il lici,l.prima,j.reſp.ff.ad l.Iuliam maieſt.l. cuiuſq;, j.reſp.ff.de pœn.l.aut facta,j.reſpō.in ea.l.hac edi-ctali,§. conuenticulas. in Lombarda de ar. l. ij. in Lombar.de aggreſsio.in vico facta,l.de ſacramen-tis,l.ſi ſerui,l.nolumus,l.collectã,& l. de conſpira-tionibus. Fallit in tenuioribus, qui ad ſtipem men-ſtruam conferendam conueniunt,dum tamẽ ſemel in menſe coëant; vel in his qui conueniunt religionis cauſſa,dũmodo non illicitè ſub prætextu religionis, vt ff.de collegijs illici.l.j.primo reſp.ff de extraor. crimi.l.ij.in Authen.de mandatis princi. §. neque Eccleſiæ. Item in his omnibus qui perpetrant homi cidium vel furtum, & volunt conuenire in vnum vt componant delictum,(vt in Lombar.de homici. libe.ho.l.j.in Lombar.de fur.l.ſi plures) vel ſi con-ueniunt aliqui ratione alimoniæ eorum vel incẽdij vel naufragij,dummodo non iurent,vt in Lombar. de aggre.in vico fac.l.de ſacramentis. Iuramẽtum autem fieri poteſt quòd non coniurabunt, vt in titu. de ſacramento & forma fidelitatis, c. petitio. Item in his qui debent alicui præſtare alimenta, vt ff. de ali.lega.l.iij.§.j.vel in his qui conueniunt ad tribu-tum in vnum conferendum,vt ff. de cenſi.l.cùm poſ ſeſſor.C.iniunc.mu.ſumptus,lib. xj. vel in pluribus tutoribus,vt ff. de adminiſtratione tutorum, l. iiij. §. ſi non erit. Item Lombardis permiſſum eſt ſocieta tem habere adinuicem,& eam renouare,vt in titu. de pa-

de pace Conſtan.§.item ſocietate. Item permittitur his, quorum intereſt conuenire, ne permittant poſſeſſores vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate militũ vexari, vt C. de paſcuis pub. l. vlti. Item adunari poſſunt veterani, C. de veteranis. l. prima, j. reſp. Idem in collegio vel corpore licito, vt argu. ff. quod cuiuſq; vni. l. vel ordin. decurionũ, vt in p̃dicto tit. l. ij. iij. et iiij. C. de decu. l. nominationũ. Idem in cœtu ſenatorum, idem in ſcholis militũ & officiorũ atq; aduocatorũ, vt in multis legibus appa ret. Item propter multas cõtentiones plerũq; res ad diuiſionem perueniunt, (vt ff. de ſeruitu. vrba. p̃di. l. in rem cõmunem) & ex contentionibus naſcũtur diſcordiæ, vt in decretis, lxxj. diſt. illud. ideo non oportet laudando augeri malitiã, vt ff. de ſeruo cor. l. j. §. vltimo. Aliquando tamen datur dilatio, vt augeatur vel aperiatur malitia alicuius, vt in Authẽ. vt cùm de appel. cog. §. ſecundo. Priuilegium ſeu beneficium contingit quandoq; ratione pacis: nã quis retinet benè priuilegium etiã depoſito officio amore quietis & pacis, quòd aliàs non retineret, vt C. de proximis ſacr. ſcrin. l. in ſacris ſcrinijs militantes, in fine. Item veterani perfruuntur integris beneficijs in ocio et pace, vt C. de veteranis, l. prima, in fi. Nec decus miniſtris, quod militando videntur adepti, ocij tempore & quietis amittunt, vt C. de impoſit. ſacri. cubicul. l. ſecunda.

Itẽ ſacramenta in die dominico non ſunt facienda, ſed pro pace facienda permittuntur, vt in titu.

extrà de ferijs,c.primo. Et eo die interuallũ fœderis interponatur,& pacta & tranſactiones loquantur,vt C.de ferijs,l. vltima.

Item ſi iudex interimat aliquẽ ſine culpa, punitur:ſed ſi per pacẽ facienda fecerit, nõ punitur, vt in Lõbar.de furtis,l.ſi quis latro de vno, in eadem l.& vindictã.ff.ad l.Corneliã de ſiccarijs,l.quarta, in principio. Itẽ miles qui ſubtrahit ſe à militia tẽpore pacis,multitudo militũ nõ eſt cõuocanda,ſed qui dã tantùm,ne aliqui per eos damno afficiantur, vt C.de re militari,l.vlt.§.ſi quãdo ad eos. Cœtus enim illicitus nõ debet attentari ſub ꝑtextu religionis,vel ſub ſpecie voti ſoluendi:(vt ff. de extraordina. crimi.l.y.)nec cõuẽticulæ vel cõiurationes ſieri debẽt. & fieri prohibentur metu pœnæ,vt in eadẽ hac êdictali,§.conuenticulas,in Lõbar.de armis,l.ſecũda. & C.de Epiſcopis & clericis,l.conuenticulas. Conceditur tamẽ Lombardis, & hoc fuit ratione pacis & cõcordiæ factæ inter Imperatorẽ Fredericum & Lõbardos,vt in ti.de pace Conſtan.§. itẽ ſocietatẽ. Item vbi plures ſunt,qui delictũ cõmiſerunt,poſſunt ſe adiuuare cauſſa cõponendi,vt in Lombar. de homicidijs liberi hominis,l. prima.in tit.de furtis.l.ſi plures homines.Item pro alimonijs vel incendio, vel naufragio,dũ tamen non iurent ſimul, vt in Lõbar. de aggreſ.in vico factis,l.de ſacramẽtis,l. nolumus, l.collectum,& l.de conſpirationibus. Itẽ matrimonium inter inuitos non contrahitur,niſi pro bono pacis fiat,vt in tit.extrà de deſponſati. impube. c.vbi.

Meritò

Meritò quilibet pacem obſeruet: nã quod in neceſſitate eſt, curandũ eſt, & malum quidẽ fugiendũ eſt, & quod melius eſt inueniendum, vt in Authẽ. quibus modis natu. efficiuntur ſui, primo reſponſo. Et quilibet maior xviij. annis iurat pacem, vt in eadẽ l. hac edictali, ij. reſp. Pacem verò Lõbardiæ iurat quilibet qui eſt maior xv. annorũ vel xvj. uſq; ad lxx. vt in titu. de pace Conſtan. §. conſules qui in ciuitate, & in c. in nomine Chriſti iuro ego. Et qui pacẽ iurare & tenere recuſat, punitur in publicatione bonorum, & lege pacis nõ fruitur, vt in eadẽ l. hac edictali, §. qui pacem iurare. Nam fruſtrà legis auxilium inuocat, qui contra eam committit, vt ff. de mino. l. auxilium, in fine. Et ſi aliquis prædictam pacem violare præſumpſerit, ſi ciuitas eſt, punitur in 100. lib. auri, oppidũ in xx. Duces, Marchiones, Comites in 50. lib. Capitanei maiores valuaſores in xx. lib. auri, minores verò & omnes alij in tribus libris auri. Et hæc omnia ſunt inferẽda Cameræ principis, & damna etiam ſecundum leges ſunt inferenda damnum paſſo: & ſi ad pœnam non ſufficiant, in corpore puniantur. Et eiſdem pœnis puniuntur receptatores violatorum pacis, vt in eadem l. hac edictali, §. & ſi quis temerario auſu, §. iudices, §. ſi quà verò ciuitatum, & §. receptatoribus. Iure tamen Romano videtur quòd ille deferens deberet medietatem pœnæ lucrifacere, vt argumentum ff. ad Senatuſconſul. Syllanianum, l. lege Corne, in fin. ad idem facit ius Lombardum in Lombar. de treugis,

gis, l. prima, & in eadem l. ſecunda. Aliquando etiam incurrit periculum animæ propter ſeditionẽ, vt in Lombard. de publi. crimi. l. ſi quis foris. Et ſi miles turbator pacis extiterit, capite puniatur, vt ff. de re militari, l. vltima, in fin. & ſi aliquis alium occiderit, vel vulnerauerit, vel iniuriauerit, vel aliud damnum dederit: iudex faciat delictum emendare ſecundum qualitatem perſonæ, vel nationis illius qui paſſus eſt, & etiam illius qui intulit, vt in eadem l. hac êdictali, §. & ſi quis temerario. argum ff. de pœn. l. ſi quis aliquid, §. ad veteres auctores. ff. de iniurijs, l. prætor, §. vltimo, & l. ſed ſi vnius, §. quædam iniuriæ. & in Inſtitution. de iniurijs, §. præterea autem. in Lombard. de plag. liberi homi. l. ſi quis alij oculum, & in omnibus legibus vſque in vltima. & in Lombard. de homicidijs liberi hominis, l. iij. iiij. & vj. l. ſi quis ſculdaſium, l. recolimus enim, & l. qui ſubdiaconum. in Lombar. de iniur. muli. l. ſecunda, in fine, & l. tertia. Vel ſecundum quod appreciatus fuerit, vt in Lombar. de mor. conſci. l. tertia, & in titu. de plagi. liberi hom. l. antepenultima. & titul. de plagi. ſeruorum, l. ſi quis ſeruo alieno ruſticano, & l. ſed ſi de ipſa. & titul. de homici. lib. ho. l. ſecũda, & tertia & ſeptima, l. ſi ſeruus regit, & l. ſi quis hominem liberaret. & titu. de aggreſſio. in vico factis. l. j. & ij. & titu. de dam. in via dato, l. ſi quis percuſſerit vaccam. & titu. de culpis ſeruorum, l. prima. Ideo autem natio perſonæ conſideratur, quia per eam præſumitur bonus vel malus,

vt ff.

vt ff. de ædil. edict. l. q. ſi nolit, §. qui mancipia. C. ad l. Iuliam maieſt. l. quiſquis, j. reſp. Et fortè ſic conſiderabuntur ætates, officia, & artificia: argum. ff. de cenſibus, l. forma, §. ſicut ego. Qualitas autem perſonæ ita conſideranda eſt, vt pro perſona occiſa minima, quæ exercitalis homo reperitur, vt p 150. ſolidos cõponantur, & pro primo in maiori exercitali 300. ſolidos, p gaſidys minimis principis 200. ſolidos pro maioribus verò, ſecundũ qualitatem perſonæ, vt tãtùm compoſitio non aſcendat vltra 300. ſolidos, pro diacono & ſubdiacono trecentos ſolidos, pro preſbyteris 600. ſolid. pro Epiſcopo 800. ſolidos, pro monacho 400. ſolidos, vt in Lõbar. de homici. liberi hominis, l. recolimus qualiter, & l. qui ſubdiaconum: per legẽ tamen Ludouici talis cõpoſitio, quæ fit pro clericis, debet fieri in templũ, & inſuper bannũ principi ſoluatur, vt in Lõbar. de reuer. Eccl. l. ſanguinis, & l. de vnoquoq;, & erit bannũ principis 60. ſolidos, vt in Lõbar. de exercitali, l. quicunq; homo, l. cauſſa, l. ſi quis liber homo, l. contenta. & tit. de aggreſsio. in vico factis, l. ſi ſeruus per. & titu. de eo q. alij poſ. de leg. l. j. & titu. de Epiſcopis & cleri. l. vt vbi propter. & titu. de eribanis, l. j. & titu. de eo q. denarios bonos ref. l. prima. Iure autẽ Romano non videtur requirendum cuius conditionis ſit, & an liber vel ſeruus fuerit: ſed inquiritur fuerit dolo an nõ occiſus, & vtrum homicida fuerit habilis an nõ, vt argu. ff. ad l. Aquiliam, l. ſed & ſi quicunq;, in fine primi reſponſi. ff. ad l. Corneliã de ſiccarijs, l. prima,

ma,§.j.& l.in lege,& l.eiuſdẽ,§.penul.& l.penult. Qui tamẽ abſcõsè,& furtiuè aliũ occiderit, mortis ſententiã incurrat,et bona omnia amittat, & ad parẽtes interfecti perueniant decem libræ auri ꝑ legitima æſtimatione,& medietas reſidui ꝓpinquis perueniat,alia medietas ad fiſcũ:& ſi aliquis refugiũ vel auxiliũ p̃dictis talibus perſonis præbuerit,tunc omnis eius poſſeſsio in publicum deueniat,vt in Lomb. de homicidijs liberi hominis, l.vltima.

Et ſi parentes non ſuperſunt, tunc omnia habet curtis regia, vel fiſcus, vt in Lomb.de parricidis,l. vlt.in tit,de ſepulchro violato,l.ſecunda. Per ſtatutum tamen Veronenſe bona omnia homicidæ (excepto fictu.& feudo)publicantur & aſsignantur hæredibus mortui,retentis decẽ libris in cõmuni, vt in tit.de feu.& bene.in ſtatutis.c. de rebus in quibus. Item in eo qui pacem fregit diſtinguit,vt ſi aliquem occiderit cum quo coactus fecit pacem, manũ, qua percuſit,amittat,vt in eadem l.de armis:ſi volũtariæ fecit pacẽ,& poſteà occidit eum,ſi quidẽ probatur eũ occidiſſe, capitalem ſubeat ſententiã, vt in eadem l.quoniam diuina,§.ſi quis hominẽ.Si per pugnam conuictus fuerit,manum amittat,vt in eadem l.quoniã diuina. Debet enim minus puniri cum cõuincitur per pugnam,quàm ſi per alias probationes: quia incerti ſumus de iudicio Dei, ſcilicet de pugna, vt in Lombar.de homicidijs liberi hominis,l.recolimus enim quod ſtatuimus,in fine. Si verò dicat ſe feciſſe vitam ſuam defendẽdo, tunc ſi conuincatur

per pugnam, capitalem ſubeat ſententiam, vt in eadem l. quoniam diuina, §. ſi quis hominem. Sunt & alij multi caſus vbi ſit pugna, quos licet colligere in ſumma Roffredi Beneuentani de pugna. Si verò alium tantùm vulnerauerit infra pacem, ſi non poterit probare quòd vitam ſuam defendendo fecerit, manum amittat, vt in eadem l. quoniam diuina, §. ſi quis alium infra pacis.

Excuſantur hi à pœna: nam pro occiſo in prælio compoſitio non requiritur, vt argumentum ff. ad l. Aquili. l. quæ act. §. ſi quis in colluctatiõe, in eadem l. placuit, §. poſteà verò, & l. quoniam, §, ſi quis alium infra pacis. ff. de iniur. l. iij, §. primo. Item nec pro occiſo iuſſu regis, (vt in Lombar. de cõſilio mortis, l. prima. argumen ff. quod vi aut clam, l. prima. §. vlti. argum. ff. fam. erciſcun. l. qui erat. argu. ff. de euic. l. ſi pignora, primo reſponſo) vt tale officium ei non noceat, cùm non ſui cõmodi cauſſa fecerit, vt ff. de furtis, l. ſi ſeruus communis, §, qđ verò. ff. rerũ amota. l. ſimiliter, § primo itẽ nec auctore rixæ occiſo in rixa, vt in Lombard. de homici. libe. homi. l. ſi quis ex leui cauſſa, in medio l. argu. ff. de pauperie, l. prima, §. cùm arietes. ff. ad l. Aquil. l. itaque ſi ſeruum, & l. ſcientia, §. iij. ff. de iuſtitia & iure, l. vt vim. C. ad l. Corne. de ſicca. l. j. & iij. C. quando lice. vnicuique ſe vindicare, l. prima. Item nec de eo, qui occiſus eſt ab eo qui ſe defendebat, vt in prædictis ll. in Lombarda de aggre. in via fac. l. iij. in fine. & l. v. Item nec pro occiſo à ſeruo defendente

dente dominum ſuum, vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §. ſi iuſſu, in fin. quamuis ſeruus in facinoribus domini dicto obediens eſſe nõ debeat, (vt ff. rerũ amotarũ, l. ſimiliter, §. primo. ff. de actioni. & obliga. l. ſeruus) ſcilicet in atrocioribus; vt ff. quod vi aut clã, l. his qui, §. ſi tutores. vbi & dominus impunè poterat, vt C. ad l. Iuliam de adulterijs, l. Gracchus. Itẽ nec pro occiſo ſine dolo; vt ff. ad l. Corneliam de ſicca. l. in lege Corne. de ſiccarijs. Item excuſatur qui ſe vindicando occidit canem cum virga & ſpata: aliud ſi poſt eum iactauerit, vt in Lombarda de dam. in via dato, l. quis ſe vindicando. Item excuſatur, ſi occidit canem facientem damnum in domo ſua, vel in nocte vel in die, vt in prædicto titu. l. ſi quis alienum canem. Item non requiritur, ſi damnum datum ſit infra nouem pedes à focolario menſurãdo ad pedes mediocris hominis, & non ad manus, vt in Lõbar. de plag. li. ho. l. ij. & titu. de dam. in via dato, l. ij. iure tamen Romano fit menſuratio per cubitus, argumen. C. de mili. ag. l. prima. aliàs dicitur ad pedes ſeu paſſum, vt ff. finium regun. l. vlt. §. vlt. C. de ædifi. priua. l. ſi cui, & l. menianæ. ff. de verb. ſignificat. l. iij. aliàs de lapide ad lapidem, hoc eſt, de miliari ad miliare, vt ff. de excuſa. tuto. l. ſcientiæ, §. j. ij. & iij. in Inſti. de excuſat. tuto. §. qui autem excuſare. ff. de officio prætoris, l. j. §. initio. Itẽ nõn requiritur, ſi quis ignem fecerit; & tranſierit viam publicam vel riuum, & damnum fecerit, vt in Lombard. de damno in via da. l. iij.

Item nec requiritur de eo quod fecit eundo auferendo aliquid propter neceſsitatem, (vt in prædicto titulo, l. decima. & in Lombarda de iurantibus. l. j. inf. e. l. quoniam quicunq;, & §. præterea, §. licitũ) cùm nemo in neceſsitatibus liberalis exiſtat, vt ff. de adimen. lega. l. rem legatam. & quod in neceſsitatibus fit, curandum non eſt, vt in Auth. quibus modis natu. primo reſponſo, colla. vij. Nam & pater poteſt filium vendere in neceſsitate famis: (vt C. de patribus qui filios diſtraxerunt, l. prima) & minor pro eadem cauſſa poteſt prædiũ vendere, vt in Lombarda de prohibita aliena. mino. l. vltima. Item excuſatur cùm damnum dat, ſi aliter periculum euitare non poſsit. argument. ff. ad l. Aqui. l. quemadmodum, §. item Labeo, l. & ſi quis fumo, §. primo. ff. de incen. rui. naufra. l. quo naufra. §. penultimo. ff. de aqua plu. arcen. l. prima. §. de eo. Item nec requiritur pro mortuo infoſſato alicuius, vt in Lombarda de damno in uia dato, l. ſi quis foſſatum. argumentum contra. ff. ad l. Aquiliam, l. qui foueas. & ff. quod vi aut clam, l. ſi alius, § . præterea. Item nec pro mortuo in puteo alicuius, vt in prædicto titu. de damno in via dato, l. ſi animal: veruntamen in lege Moyſi reperitur in exodo, c. xxj. quòd ſi aliquis aperuerit ciſternam & foderit, & non cooperuerit eam, cecideritq; bos vel aſinus in eã, dominus ciſternæ reddet precium iumentorum. Item nec pro rabioſo vel dæmoniaco occiſo componitur.

Item nec pro alio occiſo ab eiſdem: item vel à

mente

mente capto aut ab infante, vt in Lombar. de damno in via dato, l. ſi peccatis. & titul. de pauperie. l. iij. ff. de officio præſidis, §. primo. ff. ad l. Corneliam de ſiccarijs, l. infans. ff. ad l. Pompo. de parricidis, l. penultima, in fine. Item nec pro latrone publico & deſertore militiæ occiſo, C. quando lice. vnicuique ſe vin. l. vltim. Item nec pro transfuga occiſo, vt ff. ad l. Corneliam de ſicca. l. eiuſdem, §. vlti. Item nec pro homine occiſo ab animali domeſtico faida ſiue inimicitia requiritur: homicidium tamen componitur, vt in Lombarda de pauperie, l. iiij. argument. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dica. l. ex hac. Item nec pro occiſo à fera ab alio comitata, dum & ipſe ſupra eam ſtaret cauſſa luctandi, vt in Lombarda de venatoribus, l. iij. aliud ſi non luctandi cauſſa, vt argumen. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, l. prima, §. & generaliter. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. item & cum eo. Item pro homine occiſo inuento in curte aliena in nocte, qui non dat manus ad ligandum, non requiritur. in Lombard. de eo qui pec. in damnum inuene. l. ſi noctis tempore. in Lombarda de curtis ruptura, l. ſi ſeruus. Item nec pro homine fugitiuo deprehenſo & occiſo, qui non dat manus ad ligandum. Item nec pro occiſo à fugace, cùm eum deprehendere volebat, vt in Lombard. de fur. l. ſi liber aut ſeruus.

Item non componit, qui tres vuas, & non plures acceperit alienas, vt in prædicto titulo, l. ſi quis ſuper tres. Nam ſi ingreſſus fueris in vineam proximi

tui, comede quantum tibi placuerit, foras autem non efferas tecum. Si verò ingreſſus fueris ſegetem, frange ſpicas & manu contere, falce aũt non metas: vt in l. Moyſi, lib. Deut, c. xxiij. §. ſi fuerit inter vos, in ver. ingreſſus, &c. & in verſi, ſi intraueris. Item nec ꝓ occiſo pugnante cõtra patriam ſit compoſitio, vt arg. ff. de religio. & ſump. fune. l. minimè. Itẽ nec pro occiſo adultero à patre, vel à viro mulieris deprehenſo in domo viri, vt ff. ad l. Iuliam de adulte. l. patri datur, & l. marito.

Item nec pro ſeruo occiſo à domino, cùm eum in facinore deprehendit, vt ff. de verbo. obliga. l. qui ſeruum. ff. de l. j. l. quid ergo, §. ſi hæres. Dominus enim ſerui plenam in eũ habet coërcionẽ, ſed vſufructuarius modicam, (vt ff. de vſufru. l. loci corpus, §. primo, & l. idemq́; §. j. ff. de public. l. interdũ, §. primo, in fine. ff. de fur. l. ſerui & filij. ff. de pœnis, l. reſpiciendum, §. primo. C. de emen. ſer. l. j. & in familiam ſuam poteſt animaduertere, (vt ff. ad ſenatuscon. Syllani. l. et ſi certus, in fin.) alioquin ſine cauſſa non licet domino ſeruum ſuũ occidere, vel aliter in eum ſæuire, alioquin punietur de morte, vel liberum faciet vel conditionibus bonis vendat, vt in Inſti. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. Nam & vbi luſcauit eum, vel dentem excuſſit ei, cogatur eum facere liberum, vt in lege Moſi libro Exodi. c. xij.

Item parentes & magiſtri modicam habent coërcionẽ, (vt C. de emen. proxi. ff. de pœnis, l. aut facta, §. j. ff. ad l. Aquiliam, l. ſed & ſi quicunq;, §. vlt. & l.

præceptoris.ff.loca.& condu.l.item quæritur, §. itē Iul.ff.de furtis,l.ſerui & fily,primo responſo) & cō gruentius eſt controuerſias inter patrem & filiū, & inter dominum & ſeruum terminari,vt C.de patri potestate.l.congruentius:immò etiam patri licebat filium occidere & eum pro noxa dare,licèt hodie nō poſſit,vt ff.de liberis & poſthumis,l.in ſuis, in fine. in Insti.de noxa. act.§.vlt,ff.ad l.Pomp.de parrici dys,l.j.& l.diuus. C.de patri.potesta.l. vlt. Et filius de ei facta iniuria contra pacem actionem non habet,niſi eſſet emācipatus,vt ff.de iniur. l.præto.edic. §.ſed & ſi quis. Sed filiam adulteram potest occidere ſimul cum adultero, & multo magis contumelys afficere, vt ff. ad l. Iuliam.de adul.l.patri nec,§ primo. Item patronus in libertum modicam coërcionem habet, (vt ff.de iniur.l.prætor, §.prætereà, & l.non ſolum,§.quanquam,§.j.ff.de pœn.l.respiciendum,§.furta) & extraordinarium auxilium, vt ad Syllani.Senatusconſul.l.& in libertos. Item dominus in mercenarium,argument.in prædicto §.furta. Item dominus contra aſſcriptitū, vt in Authen. de nup.§.aſſcriptitio autem. C.de agri.& cen.l. vlt. Item Mundualdus,vt in Lombar.qualiter mund. l vlt. Itē creditoribus licet ſeruū obligatum prorſus maleficiys coërcere,vel in vinculis ligare.argument. ff.de pig. actio.l.eleganter,§. vlti. Item quilibet magiſtratus in ſubiectos modicam habet coërcionem,vt ff.de iur.om.iu.l.magiſtratibus Item & illi cui mandata eſt iurisdictio, vt ff. de offi.eius cui

mo reſponſo. Vnde etiam prohibetur quis opus nouum ædificare, ſi ad æmulationem alterius ciuitatis pertineat, vel materiam ſeditionis præbeat, vt ff. de operis publicis, l. opus nouum: cùm publicè vtile eſt ſine metu & periculo commeari, vt ff. de his qui deie. l. prima, §. ſumma cum vtilitate. & ff. de operis no. nũtiatio. l. de pupillo, §. ſi quis riuos. Lombardis tamen licet ciuitates murare, & munitiones facere, vt in titu. de pace Conſtan. §. ciuitates. ſimilia ff. de operis publi. l. de operibus: C. de ædificijs priuatis, l. per prouincias. Nam tutelæ ciuitatis prouideri videtur inſtructo murorum præſidio, (vt C. de expen. ludo. l. prima, libro xj.) ad quorum inſtructionẽ et reparationem nullus excuſatur, vt C. de operis publi. l. ad portus, & l. omnes prouinciarum. C. de quibus mu. vel præſta. nemini lice. ex lib. x. l. hac prouidẽtiſſima. & turres ædificare in muro ciuitatis: munitio cum priuatorum vſu & vtilitate ſeruabitur. vt C. de oper. publi. l. turres. Sed iſti muri & turres non habitabuntur ab aliquo ſine permiſſu principis propter fortuita incendia, vt ff. ne quid in loco ſacro, l. neque: niſi in pœdeplanis à militibus redeuntibus vel proficiſcentibus ab bella, vt C. de metatis & epidi. l. deuotiſſimos. Item prohibentur ciuitates vel homines inter ſe conuenticulas vel coniurationes vel coadunationes facere, etiã occaſione parentelæ: & maximè in Eccleſijs, vel corã iudice, vel ad malũ, vel ad ſodalitia collegia celebrare, vel milites in caſtris habere collegia, vt C. de Epiſcopis & cleri. l.

conuenti-

conuenticulam. & C.de ſeditioſ.l.j. & ij.C. de his qui ad Eccle.confu.l.denunciamus.ff. de collegijs illici,l.prima,j.reſp.ff.ad l.Iuliam maieſt.l. cuiuſq, j.reſp.ff.de pœn.l.aut facta,j.reſpō.in ea.l.hac edictali,§. conuenticulas. in Lombarda de ar. l. ij.in Lombar.de aggreſsio.in vico facta,l.de ſacramentis,l.ſi ſerui,l.nolumus,l.collectā,& l. de conſpirationibus. Fallit in tenuioribus, qui ad ſtipem menſtruam conferendam conueniunt,dum tamē ſemel in menſe coēant;vel in his qui conueniunt religionis cauſſa,dūmodo non illicitè ſub prætextu religionis, vt ff.de collegijs illici.l.j.primo reſp. ff de extraor. crimi.l.ij.in Authen.de mandatis princi. §.neque Eccleſiæ.Item in his omnibus qui perpetrant homicidium vel furtum, & volunt conuenire in vnum vt componant delictum,(vt in Lombar.de homici. libe.ho.l.j.in Lombar.de fur.l.ſi plures) vel ſi conueniunt aliqui ratione alimoniæ eorum vel incēdij vel naufragij,dummodo non iurent,vt in Lombar. de aggre.in vico fac.l.de ſacramentis. Iuramētum autem fieri poteſt quòd non coniurabunt, vt in titu. de ſacramento & forma fidelitatis, c.petitio. Item in his qui debent alicui præſtare alimenta, vt ff. de ali.lega.l.iij.§.j.vel in his qui conueniunt ad tributum in vnum conferendum,vt ff. de cenſi.l.cūm poſſeſſor.C.ut iunc.mu.ſumptus,lib. xj. vel in pluribus tutoribus,vt ff. de adminiſtratione tutorum, l. iij. §.ſi non erit.Item Lombardis permiſſum eſt ſocietatem habere adinuicem,& eam renouare,vt in titu. de pa-

de pace Conſtan.§.item ſocietate. Item permittitur his, quorum intereſt conuenire, ne permittant poſſeſſores vel colonos pratorum gratia qualibet importunitate militũ vexari, vt C. de paſcuis pub. l. vlti. Item adunari poſſunt veterani, C. de veteranis. l. prima, j. reſp. Idem in collegio vel corpore licito, vt argu. ff. quod cuiuſq; vni. l. vel ordin. decurionũ, vt in pdicto tit. l. ij. iij. et iiij. C. de decu. l. nominationũ. Idem in cœtu ſenatorum, idem in ſcholis militũ & officiorũ atq; aduocatorũ, vt in multis legibus appa ret. Item propter multas cõtentiones plerũq; res ad diuiſionem perueniunt, (vt ff. de ſeruitu. vrba. pdi. l. in rem cõmunem) & ex contentionibus naſcũtur diſcordiæ, vt in decretis, lxxj. diſt. illud. ideo non oportet laudando augeri malitiã, vt ff. de ſeruo cor. l. j. §. vltimo. Aliquando tamen datur dilatio, vt augeatur vel aperiatur malitia alicuius, vt in Authẽ. vt cùm de appel. cog. §. ſecundo. Priuilegium ſeu beneficium contingit quandoq; ratione pacis: nã quis retinet benè priuilegium etiã depoſito officio amore quietis & pacis, quod aliàs non retineret, vt C. de proximis ſacr. ſcrin. l. in ſacris ſcrinijs militantes, in fine. Item veterani perfruuntur integris beneficijs in ocio et pace, vt C. de veteranis, l. prima, in fi. Nec decus miniſtris, quod militando videntur adepti, ocij tempore & quietis amittunt, vt C. de impoſit. ſacri. cubicul. l. ſecunda.

Itẽ ſacramenta in die dominico non ſunt facienda, ſed pro pace facienda permittuntur, vt in titu.

extrà de ferijs,c.primo. Et eo die interuallũ fœderis interponatur,& pacta & tranſactiones loquantur,vt C.de ferijs,l. vltima.

Item ſi iudex interimat aliquẽ ſine culpa, punitur:ſed ſi per pacẽ facienda fecerit, nõ punitur, vt in Lõbar.de furtis,l.ſi quis latro de vno, in eadem l.& vindictã.ff.ad l.Corneliã de ſiccarijs,l.quarta, in principio.Itẽ miles qui ſubtrahit ſe à militia tẽpore pacis,multitudo militũ nõ eſt cõuocanda,ſed quidã tantùm,ne aliqui per eos damno afficiantur, vt C.de re militari,l.vlt.§.ſi quãdo ad eos.Cœtus enim illicitus nõ debet attentari ſub ꝑtextu religionis,vel ſub ſpecie voti ſoluendi:(vt ff. de extraordina. crimi.l. y.)nec cõuẽticulæ vel cõiurationes ſieri debẽt, & fieri prohibentur metu pœnæ,vt in eadẽ hac êdictali,§.conuenticulas,in Lõbar.de armis,l.ſecũda. & C.de Epiſcopis & clericis,l.conuenticulas. Conceeditur tamẽ Lombardis, & hoc fuit ratione pacis & cõcordiæ factæ inter Imperatorẽ Fredericum & Lõbardos,vt in ti.de pace Conſtan.§. itẽ ſocietatẽ. Item vbi plures ſunt,qui delictũ cõmiſerunt,poſſunt ſe adiuuare cauſſa cõponendi,vt in Lombar. de homicidijs liberi hominis,l. prima.in tit.de furtis.l.ſi plures homines.Item pro alimonijs vel incendio, vel naufragio,dũ tamen non iurent ſimul, vt in Lõbar. de aggreſ.in vico factis,l.de ſacramẽtis,l. nolumus, l.collectum,& l.de conſpirationibus. Itẽ matrimonium inter inuitos non contrahitur,niſi pro bono pacis fiat,vt in tit.extrà de deſponſati. impube. c.vbi.

Meritò

Meritò quilibet pacem obſeruet: nã quod in neceſſitate eſt, curandũ eſt, & malum quidẽ fugiendũ eſt, & quod melius eſt inueniendum, vt in Authẽ. quibus modis natu. efficiuntur ſui, primo reſponſo.

Et quilibet maior xviij. annis iurat pacem, vt in eadẽ l. hac êdictali, ij. reſp. Pacem verò Lõbardiæ iurat quilibet qui eſt maior xv. annorũ vel xvj. vſq; ad lxx. vt in titu. de pace Conſtan. §. conſules qui in ciuitate, & in c. in nomine Chriſti iuro ego. Et q pacẽ iurare & tenere recuſat, punitur in publicatione bonorum, & lege pacis nõ fruitur, vt in eadẽ l. hac edictali, §. qui pacem iurare. Nam fruſtrà legis auxilium inuocat, qui contra eam committit, vt ff. de mino. l. auxilium, in fine. Et ſi aliquis prædictam pacem violare præſumpſerit, ſi ciuitas eſt; punitur in 100. lib. auri, oppidũ in xx. Duces, Marchiones, Comites in 50. lib. Capitanei maiores valuaſores in xx. lib. auri, minores verò & omnes alij in tribus libris auri. Et hæc omnia ſunt inferẽda Cameræ principis, & damna etiam ſecundum leges ſunt inferenda damnum paſſo: & ſi ad pœnam non ſufficiant, in corpore puniantur. Et eiſdem pœnis puniuntur receptatores violatorum pacis, vt in eadem l. hac êdictali, §. & ſi quis temerario auſu, §. iudices, §. ſi qua verò ciuitatum, & §. receptatoribus. Iure tamen Romano videtur quòd ille deferens deberet medietatem pœnæ lucrifacere, vt argumentum ff. ad Senatuſconſul. Syllanianum, l. lege Corne, in fin. ad idem facit ius Lombardum in Lombar. de treugis,

gis,l.prima, & in eadem l.ſecunda. Aliquando etiam incurrit periculum animæ propter ſeditionẽ, vt in Lombard.de publi.crimi. l.ſi quis foris. Et ſi miles turbator pacis extiterit,capite puniatur,vt ff. de re militari,l.vltima,in fin. & ſi aliquis alium occiderit,vel vulnerauerit,vel iniuriauerit, vel aliud damnum dederit: iudex faciat delictum emendare ſecundum qualitatem perſonæ,vel nationis illius qui paſſus eſt, & etiam illius qui intulit, vt in eadem l.hac êdictali,§.& ſi quis temerario.argum ff. de pœn.l.ſi quis aliquid,§.ad veteres auctores.ff.de iniurijs,l.prætor, §.vltimo, & l. ſed ſi vnius, §. quædam iniuriæ.& in Inſtitution.de iniurijs, §. præterea autem.in Lombard. de plag.liberi homi.l.ſi quis alij oculum, & in omnibus legibus vſque in vltima. & in Lombard.de homicidijs liberi hominis, l. iij. iiij:& vj.l.ſi quis ſculdaſium,l.recolimus enim, & l.qui ſubdiaconum. in Lombar. de iniur. muli. l.ſecunda,in fine, & l.tertia. Vel ſecundum quod appreciatus fuerit,vt in Lombar.de mor.conſci.l.tertia,& in titu.de plagi.liberi hom.l. antepenultima. & titul.de plagi.ſeruorum,l.ſi quis ſeruo alieno ruſticano,& l.ſed ſi de ipſa. & titul. de homici.lib.ho. l.ſecũda,& tertia & ſeptima,l.ſi ſeruus regit, & l. ſi quis hominem liberaret.& titu.de aggreſsio.in vico factis.l.j. & iij. & titu.de dam. in via dato, l.ſi quis percuſſerit vaccam. & titu. de culpis ſeruorum,l. prima. Ideo autem natio perſonæ conſideratur, quia per eam præſumitur bonus vel malus, vt ff.

ma,§.j.& l.in lege,& l.eiuſdē,§.penul.& l.penult. Qui tamē abſcōsè,& furtiuè aliū occiderit, mortis ſententiā incurrat,et bona omnia amittat, & ad parētes interfecti perueniant decem libræ auri ꝓ legitima æſtimatione,& medietas reſidui ꝓpinquis ꝑueniat,alia medietas ad fiſcū:& ſi aliquis refugiū vel auxiliū p̄dictis talibus perſonis præbuerit,tunc omnis eius poſſeſsio in publicum deueniat,vt in Lomb. de homicidijs liberi hominis, l.vltima.

Et ſi parentes non ſuperſunt, tunc omnia habet curtis regia, vel fiſcus, vt in Lomb.de parricidis,l. vlt.in tit,de ſepulchro violato,l.ſecunda. Per ſtatutum tamen Veronenſe bona omnia homicidæ (excepto fictu.& feudo)publicantur & aſsignantur hæredibus mortui,retentis decē libris in cōmuni, vt in tit.de feu.& bene.in ſtatutis.c. de rebus in quibus. Item in eo qui pacem fregit diſtinguit,vt ſi aliquem occiderit cum quo coactus fecit pacem, manū, quæ percuſit,amittat,vt in eadem l.de armis:ſi volūtariæ fecit pacē,& poſteà occidit eum, ſi quidē probatur eū occidiſſe, capitalem ſubeat ſententiā, vt in eadem l.quoniam diuina,§.ſi quis hominē.Si per pugnam conuictus fuerit,manum amittat,vt in eadem l.quoniā diuina. Debet enim minus puniri cum cōuincitur per pugnam,quàm ſi per alias probationes: quia incerti ſumus de iudicio Dei, ſcilicet de pugna, vt in Lombar.de homicidijs liberi hominis,l.recolimus enim quod ſtatuimus,in fine. Si verò dicat ſe feciſſe vitam ſuam defendēdo, tunc ſi conuincatur

per pugnam, capitalem ſubeat ſententiam, vt in eadem l. quoniam diuina, §. ſi quis hominem. Sunt & alij multi caſus vbi ſit pugna, quos licet colligere in ſumma Rofredi Beneuentani de pugna. Si verò alium tantùm vulnerauerit infra pacem, ſi non poterit probare quòd vitam ſuam defendendo fecerit, manum amittat, vt in eadem l. quoniam diuina, §. ſi quis alium infra pacis.

Excuſantur hi à pœna: nam pro occiſo in prælio compoſitio non requiritur, vt argumentum ff. ad l. Aquili. l. quæ act. §. ſi quis in colluctatiõe, in eadem l. placuit, §. poſteà verò, & l. quoniam, §, ſi quis alium infra pacis. ff. de iniur. l. iij, §. primo. Item nec pro occiſo iuſſu regis, (vt in Lombar. de cõſilio mortis, l. prima. argumen ff. quod vi aut clam, l. prima. §. vlti. argum. ff. fam. erciſcun. l. qui erat. argu. ff. de euic. l. ſi pignora, primo reſponſo) vt tale officium ei non noceat, cùm non ſui cõmodi cauſſa fecerit, vt ff. de furtis, l. ſi ſeruus communis, §, qđ verò ff. rerũ amota. l. ſimiliter, § primo. itẽ nec auctore rixæ occiſo in rixa, vt in Lombard. de homici. libe. homi. l. ſi quis ex leui cauſſa, in medio l. argu. ff. de pauperie, l. prima, §. cùm arietes ff. ad l. Aquil. l. itaque ſi ſeruum, & l. ſcientia, §. iij. ff. de iuſtitia & iure, l. vt vim. C. ad l. Corne. de ſicca. l. j. & iij. C. quando lice. vnicuique ſe vindicare, l. prima. Item nec de eo, qui occiſus eſt ab eo qui ſe defendebat, vt in prædictis ll. in Lombarda de aggre. in via. fac. l. iij. in fine. & l. v. Item nec pro occiſo à ſeruo defendente

dente dominum ſuum,vt ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §.ſi iuſſu,in fin. quamuis ſeruus in facinoribus domini dicto obediens eſſe nõ debeat,(vt ff. rerũ amotarũ,l.ſimiliter,§.primo.ff.de actioni. & obliga. l.ſeruus) ſcilicet in atrocioribus;vt ff. quod vi aut clã,l. his qui,§.ſi tutores.vbi & dominus impunè poterat, vt C.ad l.Iuliam de adulterijs,l. Gracchus. Itẽ nec pro occiſo ſine dolo,vt ff.ad l. Corneliam de ſicca . l. in lege Corne.de ſiccarijs.Item excuſatur qui ſe vindicando occidit canem cum virga & ſpata: aliud ſi poſt eum iactauerit,vt in Lombarda de dam.in via dato,l.quis ſe vindicando. Item excuſatur, ſi occidit canem facientem damnum in domo ſua, vel in nocte vel in die,vt in prædicto titu. l. ſi quis alienum canem. Item non requiritur, ſi damnum datum ſit infra nouem pedes à focolario menſurãdo ad pedes mediocris hominis, & non ad manus, vt in Lõbar. de plag.li.ho.l.ij.& titu. de dam.in via dato,l.ij. iure tamen Romano ſit menſuratio per cubitus, argumen. C.de mili.ag. l.prima.aliàs dicitur ad pedes ſeu paſſum,vt ff.finium regun.l.vlt.§.vlt. C. de ædifi.priua.l.ſi cui,& l.menianæ. ff. de verb. ſignificat. l.iij.aliàs de lapide ad lapidem, hoc eſt, de miliari ad miliare,vt ff.de excuſa.tuto.l.ſcientiæ,§. j. ij. & iij.in Inſti.de excuſat.tuto.§. qui autem excuſare. ff.de officio prætoris,l.j.§.initio. Itẽ nõn requiritur, ſi quis ignem fecerit, & tranſierit viam publicam vel riuum,& damnum fecerit, vt in Lombard. de damno in via da.l. iij.

Item nec requiritur de eo quod fecit eundo auferendo aliquid propter neceſſitatem, (vt in prædicto titulo, l. decima. & in Lombarda de iurantibus. l. j. inf. e. l. quoniam quicunq; & §. præterea, §. licitũ) cùm nemo in neceſſitatibus liberalis exiſtat, vt ff. de adimen. lega. l. rem legatam. & quod in neceſſitatibus fit, curandum non eſt, vt in Auth. quibus modis natu. primo reſponſo, colla. vij. Nam & pater poteſt filium vendere in neceſſitate famis: (vt C. de patribus qui filios diſtraxerunt, l. prima) & minor pro eadem cauſſa poteſt prædiũ vendere, vt in Lombarda de prohibita aliena. mino. l. vltima. Item excuſatur cùm damnum dat, ſi aliter periculum euitare non poſsit. argument. ff. ad l. Aqui. l. quemadmodum, §. item Labeo, l. & ſi quis fumo, §. primo. ff. de incen. rui. naufra. l. quo naufra. §. penultimo. ff. de aqua plu. arcen. l. prima. §. de eo. Item nec requiritur pro mortuo infoſſato alicuius, vt in Lombarda de damno in uia dato, l. ſi quis foſſatum. argumentum contra. ff. ad l. Aquiliam, l. qui foueas. & ff. quod vi aut clam, l. ſi alius, § præterea. Item nec pro mortuo in puteo alicuius, vt in prædicto titu. de damno in via dato, l. ſi animal: veruntamen in lege Moyſi reperitur in exodo, c. xxj. quòd ſi aliquis aperuerit ciſternam & foderit, & non cooperuerit eam, cecideritq; bos vel aſinus in eã, dominus ciſternæ reddet precium iumentorum. Item nec pro rabioſo vel dæmoniaco occiſo componitur.

Item nec pro alio occiſo ab eiſdem: item vel à mente

mente capto aut ab infante, vt in Lombar. de damno in via dato, l. ſi peccatis. & titul. de pauperie. l. iij. ff. de officio præſidis, §. primo. ff. ad l. Corneliam de ſiccarijs, l. infans. ff. ad l. Pompo. de parricidis, l. penultima, in ſine. Item nec pro latrone publico & deſertore militiæ occiſo, C. quando lice. vnicuique ſe vin. l. vltim. Item nec pro transfuga occiſo, vt ff. ad l. Corneliam de ſicca. l. eiuſdem, §. vlti. Item nec pro homine occiſo ab animali domeſtico faida ſiue inimicitia requiritur: homicidium tamen componitur, vt in Lombarda de pauperie, l. iiij. argument. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dica. l. ex hac. Item nec pro occiſo à fera ab alio comitata, dum & ipſe ſupra eam ſtaret cauſſa luctandi, vt in Lombarda de venatoribus, l. iij. aliud ſi non luctandi cauſſa, vt argumen. ff. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur, l. prima, §. & generaliter. ff. ad l. Aquil. l. item Mela. §. item & cum eo. Item pro homine occiſo inuento in curte aliena in nocte, qui non dat manus ad ligandum, non requiritur. in Lombard. de eo qui pec. in damnum inuene. l. ſi noctis tempore. in Lombarda de curtis ruptura, l. ſi ſeruus. Item nec pro homine fugitiuo deprehenſo & occiſo, qui non dat manus ad ligandum. Item nec pro occiſo à fugace, cùm eum deprehendere volebat, vt in Lombard. de fur. l. ſi liber aut ſeruus.

Item non componit, qui tres vuas, & non plures acceperit alienas, vt in prædicto titulo, l. ſi quis ſuper tres. Nam ſi ingreſſus fueris in vineam proximi

tui, comede quantum tibi placuerit, foras autem non efferas tecum. Si verò ingreſſus fueris ſegetem, frange ſpicas & manu contere, falce aũt non metus: vt in l. Moyſi, lib. Deut. c. xxiij. §. ſi fuerit inter vos, in ver. ingreſſus, &c. & in verſi. ſi intraueris. Item nec pro occiſo pugnante cõtra patriam ſit compoſitio, vt arg. ff. de religio. & ſump. fune. l. minimè. Itẽ nec pro occiſo adultero à patre, vel à viro mulieris deprehenſo in domo viri, vt ff. ad l. Iuliam de adulte. l. patri datur, & l. marito.

Item nec pro ſeruo occiſo à domino, cùm eum in facinore deprehendit, vt ff. de verbo. obliga. l. qui ſeruum. ff. de l. j. l. quid ergo, §. ſi hæres. Dominus enim ſerui plenam in eũ habet coërcionẽ, ſed vſufructuarius modicam, (vt ff. de vſufru. l. loci corpus, §. primo, & l. idemq́; §. j. ff. de public. l. interdũ, §. primo, in fine. ff. de fur. l. ſerui & filij, ff. de pœnis, l. reſpiciendum, §. primo. C. de emen. ſer. l. j. & in familiam ſuam poteſt animaduertere, (vt ff. ad ſenatuscon. Syllani. l. et ſi certus, in fin.) alioquin ſine cauſſa non licet domino ſeruum ſuũ occidere, vel aliter in eum ſæuire, alioquin punietur de morte, vel liberum faciet vel conditionibus bonis vendat, vt in Inſti. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt. Nam & vbi luſcauit eum, vel dentem excuſſit ei, cogatur eum facere liberum, vt in lege Moſi libro Exodi. c. xij.

Item parentes & magiſtri modicam habent coërcionẽ, (vt C. de emen. proxi. ff. de pœnis, l. aut facta, §. j. ff. ad l. Aquiliam, l. ſed & ſi quicunq;, §. vlt. & l. præ-

præceptoris.ff.loca.& condu.l.item quæritur, §. itē Iul.ff.de furtis,l.ſerui & filij,primo reſponſo) & cō gruentius eſt controuerſias inter patrem & filiū,& inter dominum & ſeruum terminari,vt C.de patri poteſtate.l.congruentius:immò etiam patri licebat filium occidere & eum pro noxa dare,licèt hodie nō poſſit,vt ff.de liberis & poſthumis,l.in ſuis, in fine. in Inſti.de noxa. act.§.vlt,ff.ad l.Pomp.de parrici dijs,l.j.& l.diuus.C.de patri.poteſta.l. vlt. Et filius de ei facta iniuria contra pacem actionem non habet,niſi eſſet emācipatus,vt ff.de iniur. l.præto.edic. §.ſed & ſi quis. Sed filiam adulteram poteſt occidere ſimul cum adultero,& multo magis contumelijs afficere, vt ff. ad l.Iuliam.de adul.l.patri nec,§ primo. Item patronus in libertum modicam coërcionem habet, (vt ff.de iniur.l.prætor, §.prætereà,& l.non ſolum,§.quanquam,§.j.ff.de pœn.l.reſpiciendum,§.furta) & extraordinarium auxilium, vt ad Syllani.Senatusconſul.l.& in libertos. Item dominus in mercenarium,argument.in prædicto §.furta.Item dominus contra aſſcriptitiū, vt in Authen. de nup.§.aſſcriptitio autem. C.de agri.& cen. l. vlt. Item Mundualdus,vt in Lombar.qualiter mund. l.vlt. Itē creditoribus licet ſeruū obligatum prorſus maleficijs coërcere,vel in vinculis ligare.argument. ff.de pig. actio.l.eleganter,§. vlti. Item quilibet magiſtratus in ſubiectos modicam habet coërcionem,vt ff.de iur.om.iu.l.magiſtratibus Item & illi cui mandata eſt iurisdictio, vt ff. de offi.eius cui

man. eſt iuriſdi.l.vlt.Itē arg.ſuprà dictarum poteſt dici ꝙ & vxor poteſt à viro modicè coërceri. Nam vbi eam occidit in adulterio deprehenſam, non patitur mortem l.Cor.de ſic.licèt relegari poſſit, & vbi poteſt occidere, multò magis verberibus afficere, vt ff.ad l.Iul.de adul.l.ſi adulterium, l.ſi Imperator, & l.nec in ea,§.j. Et debet vxori iraſci quæ violauerit matrimonium eius,vt ff.ad l.Iul.de adulte.l.mariti,inf.reſpon. In eam vindictam dare in diſciplinam,vt in Lōbar.quis ſe defen.deb.l.ſi quis am.§. ſi verò ipſa.Sed ſine cauſſa non licet verberibus talibus afficere,quæ ingenuis ſint aliena:(vt C.de repudijs, l.conſenſu,in ſi.primi reſpōſ.in Authen.vt licet ma.& auiæ,§.ſi quis autem propriā)immò plus punitur quàm ſi in aliam commiſiſſet,vt ff.de pœnis, l. capitalium,§. omnia.& quòd poſſit eam caſtigare & coërcere temperatè,ſatis poteſt coniici ex prædictis ll.maximè cùm vxor debeat eſſe in officio mariti,(vt ff.de ope.liberto. l.ſi cū patronus)& maritus fungitur corpore vxoris,& ſubſtantia & omni ſuo iure:& vxor ipſa obſequia præſtare debet viro,(vt C.qui poti.in pigno.habean.l.aſſiduis,j.reſponſ.& in medio l. & ſeipſam marito dat,vt C. ne fideiuſ. dot.dentur.l.ij.C.de pact.dot.l.hac lege) & ſubiecta dicitur viro affectu,(vt ff.de iniur.l.prima,§.item ait. C.qui tuto. dari poſ.l,maritus) inter quos affectio eſt & pietas,vt ff.de le.iij.l.vxorem & filium,primo reſponſo.Reuerentia enim marito ab vxore exhibēda eſt,vt ff.ſoluto matrimonio,l.alia cauſ

ſa,in

ſa,in fi. Viri enim ſunt, & debent eſſe principes domus ſuæ, & maiores, vt ſtatuit Aſſuerus rex Indiæ & Aethiopiæ, vt in lege diuina in libro Heſter, circa prin. & ait etiam Dominus ad Euã, Sub viri poteſtate eris & ipſe dominabitur tibi, vt in lege Moſi. c.iij.§.& dixit dominus ad Abraham. Item de familia viri eſt & de vna domo, (vt argum. C. de re militari. l.quicunq. ff. ad Sylla.ſenatuſcon.l.iij.§.ſi vir) & inter eos eſt quædam vitæ ſocietas & diuinæ domus, vt ff. rerum amota. l.prima. C.de crimi. ex pil.hære.l.aduerſus. Item ait Paulus in Epiſtola ad Cor.c.vij. Mulier alligata eſt legi viri quanto tempore vir eius viuit. Itẽ alibi, Vir eſt caput mulieris, in c.xj. & alibi in eodẽ c. Mulier eſt ex viro, & creata eſt propter virum, & non è conuerſò. Vnde ad ſimilitudinem vſufructuarij, qui debet impẽdia præſtare, & qui non poteſt modicè coërcere & cogere operari, poterit vir vxorem cogere & coërcere operari, (vt ff. de vſufru. l.ſi cum impendia, & l. ideẽq, §.primo. ff. ſolu.ma.l.ſi cùm dotem, §.ſin autem in ſæuiſsimo) quia ille, cui alimenta debent præſtari, partim ſuo labore, partim alimoniarum taxatione paſcatur, (vt C.de admi.tuto.l.lex quæ) vt tamen eã cogat vt ingenuam & liberam, & non tanquam libertã, vt arg. C.de repu. l.conſenſu, in fi.primi reſp. C.de ope.liber.l.libertæ. ff.eod.l.liberta ſi in concubinatu. Poſſunt tamen & alij caſus eſſe vbi quis excuſatur à pœna, & vbi impunè habet in alium coërciones: ſed prædicta ſufficiant ad præſens.

Et ſi quæratur quibus ſit præſtãdum, quod emẽdationis cauſſa præſtari debet, videtur poſſe dici vt ſit illi cui offenſum eſt, ſi non eſt in alterius poteſtate, & quod ei fiat mendum ſiue compoſitio: ſed ſi eſt in alterius poteſtate, tunc fiet illi in cuius fuerit poteſtate, vt in Lombar. de eo qui mulierem vel ſeruum, l. vltim. & ſi interim moriatur pater, mendum quod debet præſtari non tranſmittitur ad hæredes, immò redibit ad ipſum filium. arg. ff. de iniur. l. ſed ſi vnius, §. vltimo. Et quod dictũ eſt quòd ibi filio fiat mẽdum, verum eſt niſi in muliere rapta, vbi fit compoſitio parentibus & curiæ, vel curiæ tãtùm ſi parẽtes non ſuperſunt, vt in Lomb. de rap. l. prima. vel fit ibi mulieri, niſi conſentiat in matrimonio raptoris: quo caſu fit eius patri & matri, vel alteri eorum qui ſupereſt, vt in Authen. de raptis muli. §. ſancimus. Iure enim diuino ſi ſeduxit quis virginem necdũ deſponſatam, & dormierit cum ea, dotabit eam, & tenebit eam in vxorẽ: ſi pater virginis noluerit ei dare in vxorem, reddet pecuniã iuxta modũ dotis, vt in li. legis Moyſi libro Exodi. c. xxij. in verſ. Si ſeduxerit quis virginem, &c. Si verò non viuit vulneratus vel paſſus, ſed mortuus eſt, tunc videtur prima facie quòd hæredibus eſſet præſtandum, quia ad eos ſpectet vindictam defuncti proſequi. argum. C. de his qui b. vt indig. l. prima. ff. ad ſenatuscon. Sylla. l. neceſſarios, §. vlti. in Lombard. de homi. liber. ho. l. item annunciatum, in fin. & l. ſi quis liber homo. in Lombar. de conuitijs, l. ij. Nam & iniuriam factam

cada-

cadaueri debent hæredes vindicare, quia intereſt hæredes defuncti æſtimationẽ purgare, vt ff. de iniu. l. j. §. ij. & §. quotiens. argum. ff. ad l. Iuliam maieſt. l. vltima. ff. de iure fiſci, l. res quæ, primo reſpon. & quod emendatur, debet præſtari hæredibus ipſius, in Authen. vt defun. ſeu fu. eo. §. ſancimus igitur ſi quis. Sed puto potiùs quod præſtabitur propinquis parentibus, (vt in Lombardia de pauperie, l. itẽ relatum. & titu. de raptu, l. j. ij. & iij. & titu. de ſepulchro viola. l. ij. & titu. de parricidijs, l. ij. & titu. de homici. libe. ho. l. ij. viij. l. ſi quis ſculdaſium, & l. vlti. & titu. de adulte. l. tertia) & tunc qui mendũ percipiunt, de eo creditoribus defuncti non tenentur, etiamſi eſſent hæredes. Non enim iure hæreditario capitur vel perſecutionem rei continet, ſed potiùs vindictam iure ſanguinis: (vt argument. ff. de acquirend. hæreditate, l. pro hærede, in fine. ff. de colla. bo. l. ſi emancipati. §. emancipatus dedit in dotem, in fine, & l. penul. argumen. ff. de interdic. & releg. l. iij. ff. de caſtrenſi pecu. l. dotem, in fine. ff. de his qui deiece. vel effu. l. ſi verò, §. ſi libero homini. ff. ad l. Aquiliam, l. huic ſcripturæ, §. vltim. & l. nam ſicut, in fin. ff. de ſepulchro violato, l. vj. in fine, & l. penul.) & non iudicio teſtatoris, ſed alio modo vel præmio conſequatur, vt argumen. ff. de lega. ij. l. ſed & ſi ſic. §. j. ff. de hæredibus inſtituendis, l. antepenul. argumen. contrarium ff. de acquirenda hæreditate, l. pro hærede, §. ſi quid tamen. Compoſitio verò presbyteri ſoluitur Epiſcopo ad cuius paro-

parochiam pertinet,ita vt medietatem vtilitatibus Eccleſiæ, cui præfuit, conferat, & aliam dimidiā in eius eleemoſynā: vt in tit. extra de pœnis, c. presbyteri. Et ꝙ dictū eſt ꝙ defertur propinquis parētibus, intelligas vt primò filijs maſculis & non fœminis: et his deficientibus, parentibus vel propinquis præſtabitur, qui etiā filias defuncti excludent, vt in Lombar. de homici. libe. homini. l. ij. l. ſi mulier maritū, l. ſi quis Longobardus ab alio, l. ſi duo aut tres. l. ſi homo occiſus, l. ſi maritus occiderit, l. ſi quis mulierē, l. ſi quis ſculdaſiū, & l. qui hominē liberū. Nam & parentes debent præſtare ſolatiū ſiue auxiliū ad vindicandū mortem defuncti, et ſi non præſtiterint, puniuntur in quinquaginta ſolidis applicandis his, quibus dicitur in Lombarda de homici. libe. ho. l. ij. & erit hoc in argumentum, vt omnes parentes cogantur ad compoſitionem: & ad idem eſt in eodem titulo, l. homo occiſus. & in titulo de feu. & bene. l. in ſtatutis, c. & oēs diſcordias. & quia intereſt iudicis prouidere vt diſcordiæ pacificentur, vt ſup. eadē ſumma, §. tueri pacem, cum ſequenti. §. penultimo dictum eſt. Argumentum tamen eſt, vt non cogantur, niſi ille qui cōpoſitionē eſt recepturus, (vt in ṗdicto titulo, l. ſi quis aliqua) & appellabuntur parentes vel propinqui, ſcilicet aſcendentes patrui, auunculi, fratres, conſobrini, & oēs perſonæ huius ꝓpinquitatis, vt in Lombarda de parricidijs, l. prima et & tertia. ff. de in ius vo. l. qui litigandi, §. parentes. in Lombarda de raptu, l. ſi quis puellā. & tit. qualiter

ter quis ſe defen.deb.l.j. Si tamen ille, qui mendum debet recipere, pupillus eſt, qui ad plenum pacē facere non poteſt: mendum erit auctoritate iudicis collocandum apud idoneos homines. argumen. ff. ad l. Fal. l. diuus Seuerus.

Vbi tamen quæritur de ſucceſsione homicidæ, tunc propinqui eius ſuccedent ei, & pro homicidij emendatione & non vlteriores: & tunc appellabuntur propinqui fratres tantùm, vt in Lombarda de parricidijs, l.j. & ij. Deſcendentes verò ſuccedunt vſq; ad tertium gradum, (vt in Authen. vt nulli iudi. §. vlti. C. de muli. quæ cū ſeruis, l. prima) nec homicida ſuſtentabitur de hæreditate, immò hæredes hac conditione accipiunt, & cum iureiurando promittunt, ꝙ nec ſuo conſenſu, nec ſua voluntate aliquod emolumentū de hæreditate ad homicidā perueniat: & ſi inueniatur poſteà ꝙ hæres emolumentū pſtiterit de hæreditate homicidæ, tunc hæreditas ad fiſcum perueniat, vt in eodē titulo, l. quoniā, §. ſi verò pacis violator. ſimile in Lombar. de his qui extra patriā per triennium mo. l. prima, j. reſp. in fine. Aliter verò, vbi quis ratione delicti amittit hæreditatem, de ipſa donec viuit debet alimentari à ſucceſſoribus, & maximè à filijs: (argu. in Authen. de inceſt. nup. §. ij. argu. in Lombar. de vlt. volun. l. j.) licèt hæredes non ſuccedant homicidæ, ſicut & aliàs, (putà in crimine maieſtatis) niſi ſi filia q̄ ſuccedit in aliqua particula, (vt C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis) vel in crimine parricidij, vt in Lombar. de parricidijs,

diis,l.quicunque.Veruntamen in l. quicunque poſſet intelligi, cùm habebat hæredes:& licèt,vt ſuperius dictum eſt, quòd parentes propinqui in mendo præferuntur filiæ defuncti, tamen ex conſuetudine Veronenſi filia admittitur ad mendum, & alios parentes excludit,& quilibet,qui admittitur ad ſucceſsionem defuncti,admittitur ad mẽdum pro parte pro qua eſt hæres. Et ad hoc facit ſtatutũ vel ius ciuile ciuitatis Veronæ incipi.palatium publi.omnibus,& c.& aliud ſtatutum de eo qui hominem occiderit:& aliud ſtatutum ſi quis præmeditatè, et per illa ſtatuta hæredes homicidæ non ſuccedunt:ſi præmeditatè occidit, niſi in feudum,& factis poſt mortem homicidæ,ſed hæredibus mortui bona aſsignantur,vt in titu.de feu.& bene.in ſtatutis, in c. de rebus in quibus. Et erit hic ordo volentium pro compoſitione habere hæreditatem iure Longobardo talis,vt prius admittantur filii & cæteri excludãtur: his deficientibus,parentes, propinqui, excluſis aliis omnibus,& etiam filia: his deficientibus ſi ſupereſt filia,ipſa habeat medietatem,& ſi non ſit hæres, curia regis habet aliam medietatem,ſi eſſent alij hære des,ipſi haberent illam,quam percipit curia. Si non eſt filia,percipiunt etiam hæredes, & his deficientibus curiæ regis applicabitur, & iſta probantur ſpecialiter his legibus Lombar.de homi.li.ho.l.ſi maritus occiderit,l.ſi quis mulierem,l.ſi mulier.l.ſi quis Longobardus ab alio,l.ſi quis liber,& l.item annunciatum eſt,primo reſpon.& in fine l.in Lombar. de

par-

parricidijs, l. prima & ſecunda. Lege verò Salica ſi quis occiſus fuerit, filij habere debent medietatē cō poſitionis, & aliā medietatē parentes proximiores, tam ex parte patris quàm ex parte matris, vt in lege Salica, c. lxj. ſi alicuius pater.

Et per hoc, quod ſuperiùs dictum eſt, apparet quæſtionem de iure ſopitam eſſe, qua quæritur vtrum, quod datur nomine compoſitionis, debeant habere hæredes defuncti extranei, an filij defuncti, hæredes defuncti non exiſtentes? & dicatur quòd de iure non inſpecta conſuetudine vel ſtatuto Veronenſi filij debeant eſſe potiores: quia potiùs debet haberi ratio coniunctarum perſonarum quàm extranei. argu. ff. de pac. l antepenultim. ff. de priuile. credi. l. j. & quia talis cōpoſitio non videtur ad eos pertinere iure hæreditatis, ſed ratione proximitatis. & ad hoc eſt arg. ff. de interdic. & rele. l. iij. ff. de colla. bono. l. dedit in dotem, in fi. & l. pen. ff. de ſepul. viol. l. pen. in Authen. de adiutoribus quæſtorum, §. illo etiam obſeruando. Multa alia et ſimilia poſſunt reperiri, ſcilicet in dona. propter nup. quòd habeant filij, etiamſi non ſint hæredes: quia honore proprio habent. & legis præmio. in Authen. de non eligen. ſecundò nuben. §. colligentes. in Authentic. de nup. §. ſoluto igitur, in fine, & §. & ſi ſuper his, & §. ſed hi quidem. C. de ſecund. nupt. l. hac êdictali, in fin. l. ſi quis prioris, §. primo. & in alijs caſibus multis reperitur, vt C. de legibus, l. cum reſponſo. ff. de lega. j. l. qui filiabus, §. vlti. & l. filio pater, l. ſed ſi nam,

& l. quid

